





Ex libris
bibliothecæ.
Comitis
J.M. PORTALIS





DESCRIPTION EXACTE
DES PRINCIPALES
CURIOSITEZ NATURELLES
DU MAGNIFIQUE
CABINET
D'ALBERT SEBA.





J. M. Quinkhard pinx. | Jac. Houbraken sculp.

ALBERTVS SEBA, ETZELA OOSTFRISIVS

Pharmacopoeus Amſtelaedamenſis

ACAD: CAESAR: LEOPOLDINO CAROLINAE NAT: CVRIOS: COLLEGA XENOCRATES DICTVS;

SOCIET: REG: ANGLICANAE, et ACAD: SCIENTIAR: BONONIENSIS INSTITVTVS SODALIS.

AETATIS LXVI. ANNO CIƆIƆCCXXXI.

LOCUPLETISSIMI RERUM NATURALIUM THESAURI ACCURATA DESCRIPTIO, ET ICONIBUS ARTIFICIOSISSIMIS EXPRESSIO, PER UNIVERSAM PHYSICES HISTORIAM.

OPUS,

CUI, IN HOC RERUM GENERE, NULLUM PAR EXSTITIT.
EX TOTO TERRARUM ORBE COLLEGIT,
DIGESSIT, DESCRIPSIT, ET DEPINGENDUM CURAVIT

ALBERTUS SEBA,

ETZELA OOSTFRISIUS,

ACADEMIÆ CÆSAREÆ LEOPOLDINO CAROLINÆ NATURÆ CURIOSORUM COLLEGA XENOCRATES DICTUS; SOCIETATIS REGIÆ ANGLICANÆ, ET INSTITUTI BONONIENSIS, SODALIS.

TOMUS I.



AMSTELAEDAMI,
Apud J. WETSTENIUM, & GUL. SMITH, & JANSSONIO-WAESBERGIOS.
MDCCXXXIV.



ILLUSTRIBUS,

AMPLISSIMIS, CELEBERRIMIS, PERSPICACISSIMIS,

ACADEMIÆ

CÆSAREÆ LEOPOLDINO-CAROLINÆ

NATURÆ CURIOSORUM,

TUM

SOCIETATIS

REGIÆ BRITANNICÆ,

ET

BONONIENSIS

AD PROMOVENDAS ARTES ATQUE SCIENTIAS

INSTITUTI,

PRAESIDIBUS

AC

MEMBRIS,

COLLEGIS SUIS SPECTATISSIMIS,

OPUS

OPUS HOC

QUADRIPARTITUM,

SEDULA RERUM NATURALIUM COLLECTIONE,

ET

FIDA PER SENSUS OBSERVATIONE,

NATUM,

PERFICIENDÆ PHYSICES HISTORIÆ,

SUMMIQUE ARCHITECTI

E CREATIS

COGNITIONI ET GLORIÆ AMPLIFICANDÆ,

UNICE DESTINATUM,

IPSIS HINC,

UTPOTE

GENEROSISSIMIS EADEM IN ARENA ATHLETIS,

JURE DEBITUM,

BREVI QUIDEM,

SED

LEGI INTER IPSOS STABILITÆ OBSEQUIOSA,

INSCRIPTIONE

IN

PUBLICUM

GRATISSIMI,

QUEM

HONORIFICENTISSIMA

SUI IN

AMPLISSIMAS HASCE SOCIETATES

RECEPTIO

POSTULAT,

ANIMI,

ET INDE SUSCITATI,

AD

ORNANDUM, QUAM NACTUS EST, SPARTAM,

FERVORIS,

MONUMENTUM,

EA,

QUA PAR EST,

ANIMI DEVOTIONE,

OFFERT ET CONSECRAT

ALBERTUS SEBA.

RERUM

RERUM NATURALIUM
STUDIOSIS
HERMANNUS BOERHAAVE
S.

Quandoquidem peritissimus magnifici, quod in publica Historiæ Naturalis commoda quam maxime edit, Operis Autor mihi id spectandum dedit prius, simulque petivit, meam ut sententiam super eo dicerem; non debui equidem, neque volui, Viro præclare de studiis Historiæ Naturalis merito illud denegare. Postquam enim apparatum, sane regium, excussi, quem suis de thesauris, omnium ditissimis, attulit ad promovendam harum elegantiarum notitiam, incomparabili hoc libro comprehensam: credere debui, pulchrius usque haud apparuisse aliud eo in genere, nullum utilius, magisque durabile in sera tempora, aut ardentius quærendum in ornamentum bibliothecarum publicarum, quin & in delicias elegantium spectatorum artis pingendi, & sculpturæ. Quid enim habet homo, in quo suavius semet oblectet, quam ut sensuum ope cognoscat ea, quæ adorandus unice, & omni amoris teneritudine diligendus, naturæ Autor creavit in usus mortalium, horumve curiosæ objecit contemplationi? Facultates certe organorum mirabiles, sensibus nostris liberaliter adeo datæ, speculationi huic famulantur inprimis, quo mentem ducant in cognitionem corporum, quibus instruitur, ornaturque, rerum universum. Erit quidem hæc humanæ sapientiæ pars tum demum absoluta, quando industria hominum lustravit oculis fidelibus quidquid in his spectari potest. Spectata satis examussim depingere debent artifices: labilem quo fulciant memoriam; aliis prosint, quos deficit videndi suismet oculis alteri observata oportunitas; posteros doceant ea, quæ suo tempore reperta erant. Enimvero imago artificiose, & vere, rem exprimens propriis lineamentis, & circumcæsura, longe vividius speciem videntis animo inprimit, quam disertissimi cujusque descriptio verbis exquisitissimis concepta. Ubi vero colorum accedunt lumina, ut fieri posse curavit, tum quidem suprema habetur operis perfectio. Si ergo ita agere induceret animum unusquisque, cui datur occasio videndi rariora; cui suppetit ea pecuniæ vis, quæ tam sumtuoso, & splendido, instituto necessaria; qui eo degit loco, qui alit artifices, & instrumenta, quibus propositi executio eget; qui ingenium denique a natura habile ad hæc, & cultura sedula idoneum magis, & otio, & pace, fruens, arti adfert; tum, collatis undique symbolis, tandem haberi posset Naturalium corporum absoluta enumeratio. Hæc autem prima est Historiæ Naturalis pars. Post quam fossilium, animantum, & stirpium, collecta supellex, in ordines artificiose digesta, & per singula quæque deinde descripta particulatim, concinnæ opulentiæ Thesaurum dabit. Fossilium divitias suo quasque loculo ponere Georgius Agricola, *Vir in Historia rerum subterranearum maximus; in plantis, & animalibus, copias ordinare in classes, tribus, gentes, & familias,* Joannes Rajus, *eximius in his artifex, & magister, docuit. En faciem nitentem superbæ supellectilis! Hujus tandem partes singulas si explorarent, & examinatas depingerent, describerentque* Marcelli Malpighii, Joannes Swammerdammii, Martini Listeri, Frederici Ruyschii, *ædificio tum fastigium foret impositum. Consideranti dicta constat, quanta debeamus* Alberto Sebæ, *qui totam dedit ab unguicu-*

** *lis*

lis vitam, ut per diligentiam infinitam cognoſceret quam accuratiſſime id omne, quod, vel ullo reſpectu, pertineret ad materiem Medicam, atque colligeret ſibi ex locupletiſſimo vaſtæ Naturæ theſauro ea, quæ omnium optima forent, & lectiſſima in unoquoque ſingulari remediorum genere. In his occupatus ea in urbe, in quam de omni telluris angulo quotidie adfertur quidquid usquam bonæ frugis naſcitur, ſemiſeculi fere ſpatio, effecit incomparabili induſtria, ut copia ipſi læta facta omnia examinandi ſumma cum cura, quæ de triplici dicto rerum medicatarum regno producuntur. Ab his ſenſim animum applicuit, ut & cætera cognoſceret, redimeret ſibi, a corruptione præſervaret, in ſua propria forma haud mutata retineret, ut vitæ inſtar in iis per omne tempus poſſet ſpectari. Oportuniſſima tempeſtatis ratio, qua ubique tale fervebat opus, Swammerdammiis, Ruyſchiis, Vincentiis, Kiggelariis, Witſenis, *aliisque, certatim hæc curantibus. Favebat locus, in quem aſſiduo moniti, prece & pretio moti, undique advehebant navium vectores non medicamenta modo, ſed & alia quæcunque Naturæ producta. Imo & rudes aliarum artium nautæ, atque claſſiarii, ſimul & diſſitiſſimarum regionum coloni, incitati præmiis, atque edocti prius, adduxere in urbem quidquid rarius occurrebat.*

En operis eximii lautiſſimam materiem undique congeſtam. Hanc arte ſervavit non corruptam peritiſſimus artificii hujus Magiſter. Pictoribus dein depingendam exercitatiſſimis ſuo curavit ære. Denique æri incidendas iconas effecit. In quibus quidem omnibus quantum intentæ curæ & ſollicitæ adhibuerit, quam arduos ille & diuturnos labores tulerit, quantum argenti effuderit propriis de facultatibus, quot obſtacula magnanimus ſuperaverit, priusquam typis excudi potuerit Opus, norunt, qui vel parvi quid in his moliti deſperabundi fere deſiſtere ab incepto mox coacti ſunt. Exemplo ſint conatus acerrimi a Regum magnificentiſſimis affectati, mox incurioſo fine evaneſcentes: quoniam profuſæ ad talia liberalitates intercipi ſolent ab his, quorum erat hasce deferre ad deſtinata propoſita. Unum forte eximio in Opere culpabunt illi, qui vix pulchris præſentibus contenti, aut obliqua invidia ſtimulati, carpere, & rodere, ſolent: quo meritis detrahant aliquid. Ordinem hi turbatum clamabunt, nec ſuis quæque locis concinne, ut oportuerat, digeſta. Quaſi Autor celeberrimus promiſiſſet conſcribere Hiſtoriam Naturalem inſtituto Ariſtotelis, Theophraſti, Plinii, Dioſcoridis, Geſneri, Aldrovandi, Raji. *Errant illi, ſciantque, tantum præcipua hic pingi, & deſcribi breviter, quæ ſuis in theſauris poſſidet. Si cui volupe, conficiat ſibi nobili de hoc Opere indiculum, ad quem recurrat, quoties volet quærere conſpectum ſingularis cujusque rerum hic contentarum; conferat dein comperta hisce in voluminibus, quæ laudati modo ſcriptores habent; comparet cum iis quæ præterea* Rondeletius, Salvianus, Markgravius, Piſo, Jonſtonus, Sloanius, Goudartius, Moufetus, *& alii, ſuper hisce commentati ſunt. Habebitur præclari Operis uſus locupletiſſimus, conſtabitque de excellentia ejusdem ſuper omnia ſic edita usque in noſtram tempeſtatem. Gratulor ideo Rerum Naturalium Studioſis de aucta, atque ornata, ſupellectile! Tibi quoque juvat me gratari, Vir eximie,* ALBERTE SEBA, *de immortalitate parata Tuis meritis & nomini: durabit hoc Tuum Opus monumentum Tibi aere perennius, excitabitque ſeris poſteris admirationem, & venerationem. Utinam pergas ultra, potes enim, colligere de univerſa terra, marique, quidquid necdum ſatis deſcriptum ibidem latet! O ſi omnia illa æqua pulchritudine depicta porro dares! Inſpiret Tibi hanc mentem, animumque, generoſæ Tuæ virtus indolis, ut omnem illum apparatum, aliter, eheu! interiturum, & diſpergendum, poſt ſera fata, cures legandum Academiæ patriæ. Immortalis inde Ravii te exemplum excitet. Ita quippe æternum habebis ingenii, induſtriæ, ſcientiæ, & virtutis, erectum inſigne, & ſempiternum, exemplum!*

Leydæ 17$\frac{27}{9}$33.

PRÆFA-

PRÆFATIO AUTHORIS.



I quis pertractandæ cuidam materiei intentus alios ante se Authores habet, rei ejusdem scrutinio claros, quorum è scriptis sapiat; ei profecto haud exiguum inde adminiculum posse accedere nemo facilè negaverit. Ita enim non errores duntaxat deteget, quos commisere alii, vel inscitiâ, vel præjudicatâ opinione, vel partium denique studio, seducti, hosque, ceu totidem scopulos, cautus evitare poterit; verùm etiam addiscet, quousque priorum progressa sit in detegendo sedulitas, ut, horum suffultus laboribus, disciplinæ, quam sibi excolendam sumsit, pomœria proferre ulterius queat.

Nec quisquam sanè, modo vel leviter Veterum in monumentis versatus fuerit, inficias ire potest, Eos plurimis in rebus glaciem, ut ajunt, fregisse, & , ut alia taceam, in Historicis æquè ac Physicis viam stravisse, quam dein institerè posteri, ingrati animi crimine meritò arguendi, si debitam Illis laudem recusaverint. Interim Recentioribus tamen multò adhuc magis obstricti sumus, utpote, qui in promovendis quibuscunque scientiis nec tempori, nec sumtibus, nec labori pepercerè. Nostri hæc Ævi præ aliis retrò omnibus gloria est, Viros quod tulerit excellentissimo in hisce ingenio, & vi judicii acerrimâ donatos.

Missis reliquis scientiis, de solâ nunc Physicâ disseremus. Ex quo tempore vitra innotuerè; quorum ope non exilissimum duntaxat sabuli granum oculis nostris, millecuplo majus, cumque omnibus suis angulis & superficiebus transparentibus, exhibetur; sed vel id ipsum visui sistitur, nudos quod oculos prorsus fugiebat; quid quæso datur vel remotissimo in Æthere suspensum, vel profundissimam in abyssum Oceani depressum, vel in intimis Terræ visceribus reconditum, horum quod vitrorum adminiculo haud queat usurpari oculis, & ita perlustrari, ut principes ejus partes, naturæ, & dotes, cognoscantur?

Olim rudior saltem Humani corporis anatome instituebatur: hodie verò quæ excolitur, quantò est subtilior, quanto locupletior! Mytulis, etiam, Erucis, Muscis, Foliis, Floribus, Fructibus, Radicibus, &c. artificiosè evolvendis, nunc insudatur: nec vel vilissima rerum conditarum sine stupore sinit abire examinantem.

Quid in Animali Oeconomiâ magis absconditum est quam sanguinis circuitus? Dubitatur equidem, an de eo quicquam priscis temporibus innotuerit. Id scimus, illius, si quâ unquam gavisi sunt Veteres, cognitionem ab eâ, quæ hodie viget, multis parasangis distare. Res tamen ferè nihili est hâc ætate, microscopiorum ope sanguinis per pellem Anguillarum demonstrasse trajectum. Inde verò legitimâ Analogiâ concludimus, quanam ratione per venas & arterias Humani corporis, per Cor, & Pulmones, massa sanguinea circulum obeat.

An aliud datur inventum nobilius Antliâ Pneumaticâ? Quæ vel invisibiles Elementi Aerei in corpora vires exponit, gravitatem ejus & tenuitatem adeo exactè determinat, ac bilanx Ferri Chalybisve pondus.

Hæc & similia adminicula apud Veteres haud memorata repereris: neque dubium est, quin Nepotes nostri, penitius adhuc arcana Naturæ pervestigando, plura, quam nobis innotescunt, detecturi sint.

Id præterea est, quo ætas nostra prioribus antecellit, quod propriis tantum, non alienis credat oculis, nec nisi talia in lucem proferat, quæ suis ipsa manibus versat. Olim perfunctoriè tractabantur pleraque; disserebatur de naturâ rerum, nec visarum ante, nec examinatarum. Quot & quanta pro veris habuit & divulgavit credula Antiquitas, quæ non nisi fide & testimonio aliorum suffulta dein in meras fabulas abiere!

At fieri tamen haud potest, unus ut Homo omnem exhauriat rerum naturalium thesaurum: præter enim habilitatem & peritiam, quæ eò requiruntur, terminus, Humanæ vitæ statutus, pervestigandis omnibus & singulis minimè sufficit. Adde immensam Naturæ ipsius amplitudinem, nullis circumscribendam limitibus, ejusque productorum copiam ineffabilem, & modos operandi imperscrutabiles. Defige oculos in varietatem illam infinitam rerum creatarum à minimis ad maximas usque! An finem, an numerum earum, invenies? Quis varia harum genera,

species,

ſpecies, & ſubalternas differentias, in ordinem redigat? Ne dicam de ipſarum affectionibus & dotibus, tam abſolutis, quam relativis ad alia. Sed progrediamur ulterius: quis, quæſo, Phyſicorum hujus ævi, vel omnibus etiam illis adminiculis, recens inventis, quibus caruerè veteres, ſuffultus, immenſam auſus eſt determinare diviſibilitatem materiei, è quâ conſtant corpora Phyſica? Quis exilitatem incredibilem, & numerum infinitum exſanguium inſectorum, quæ ſpatioſiſſimum hocce univerſum permeant & replent?

Hanc ob rationem quilibet ferè rerum Phyſicarum curioſi unam duntaxat Hiſtoriæ Naturalis partem ſibi ſumſerè excolendam. Inter veteres Ariſtoteles, Ælianus, Phile, *& alii, Zoologiæ præcipuam navarunt operam; poſterique, quibus idem arridebat penſum, illos hâc in parte ſecuti, immortalem ſibi famam compararunt: uti* Conradus Geſnerus, Ulyſſes Aldrovandus, Wilhelmus Piſo, Georgius Markgraaf, Carolus Cluſius, Franciſcus Hernandes, Johannes de Laet, Joh. Euſebius Nieremberg, Buſtamantinus, Joh. Johnſton, Samuel Bochartus, Gualterus Charleton, Franc. Willougby, Wilhelmus Rondeletius, Thomas Moufetus, Eduardus Wotton, Martinus Liſter, Joh. Rajus, Hans Sloane, Swammerdammius, Goedartius, *& alii plures.*

Quum verò & Sacræ Paginæ multorum Animalium mentionem faciant, unde mutuata ſunt Hieroglyphica; ideo D. Wolfgangus Franzius, *quondam Doctor & Profeſſor Theologiæ in Academiâ Wittenbergenſi, eorundem tradidit hiſtoriam, quam dein* D. Johannes Cyprianus, *dum viveret, Doctor & Profeſſor Theologiæ Lipſienſis, additâ continuatione, & accuratâ explicatione, quatuor tomis in quarto edidit anno* 1712. *Hos dein ſecutus Vir Clariſſimus* J. J. Scheuchzerus, *Medicinæ & Mathematum Profeſſor, idem thema quam eruditiſſimè pertractavit. Horum itaque Scriptorum ope commodior multò hodie, quam olim, & brevior patet via ad cognitionem naturæ Animantium, & ſingularium illarum proprietatum, quæ à Deo ipſis inditæ rerum Divinarum, & moralium, ſigna præbent.*

Idem & verum eſt de Vegetantibus, Herbis, aliiſque Plantis, quas Terra profert fœcunditatem ſuam ab aſtris nacta. Brevem hujusce materiei conſpectum daturi, binis eam capitibus comprehendemus: neque tamen de cujuslibet generis & ſpeciei ſubdiviſionibus, aut de florum, fructuum, &c. anatome quidquam hìc addemus, cognita ſupponentes eximia illa inventa, quibus hoc ævo locupletata eſt Botanice.

Caput primum omnia complectetur Telluris, arborumque germina, edulia, Hominis, & Brutorum, in pabulum creata. Alterum ſiſtet, quidquid fragili, plurimiſque morbis obnoxio, corpori curando, tanquam remedium inſervit. Interim nec incongruum foret, prioris capitis materiem huc quoque referre; ſiquidem vel minima quælibet herbula, edulis, vi roborandi polleat, quâ corpus à morbis defendi, &, niſi penitus in integrum reſtitui, ſaltem aliquâ ratione ſublevari poteſt. Nos tamen vulgò receptam potius ſequemur diviſionem.

Novimus, cunctis in Regionibus, quatenus ferace Terrâ gaudent, vegetantia creſcere, in uſus Hominum Brutorumque nata. Fertiliores equidem ſunt, quæ calidiore ſub climate jacent: attamen in genere nulla datur, quæ plantas haud proferat, & tales quidem, quæ ipſi ſoli propriæ, & peculiares, non ubique, ſed certis tantum locis, pro ſitûs & cœli diverſitate, reperiuntur. Variant autem Plantæ inter ſe formâ, proprietatibus, virtutibus, uſu, &c.; diſtinguuntur etiam in claſſes, genera, & ſpecies: unde in integra hodie ſyſtemata coactæ ſunt, quotquot innotuerè: nullatenus enim dubitandum eſt, quin numerus incognitarum longè major ſit cognitarum numero; ſaltem quoad vires. Dantur equidem, quæ certas quaſdam, ut ajunt, ſignaturas, & inſignia, præ ſe ferunt, è quibus de virtute quidquam hariolari poſſe videmur; attamen haud quaquam eo hactenus pervenit Botanice, certi ut aliquid ſic determinari queat: licet revera admodum hodie floreat diſciplina Botanica, & novis quotidie incrementis augeatur. Notatu dignum eſt, Herbas Floreſque reperiri, quorum alii capitis, alii oculorum & aurium, alii dentium, alii linguæ, manuum alii & pedum, cordis, hepatis, pulmonum, veſicæ, renum, muſculorum, &c. formam æmulantur.

Interim virtutes Plantarum intrinſecæ externo habitui multum antecellunt. Illarum enim ſi per-

perfecta nobis cognitio foret, in dies profectò magis magisque detegeremus, quod vel per prata viridantia, vel per ipsas etiam communes vias, ambulando, fragrantia Balsama, Olea, & Sales, quæ in herbis recondita inde educi queunt, pedibus premamus, nostrisque decerpenda manibus sponte occurrant, quæcunque vitæ sanæ conservandæ, morbisque abigendis, apta nata sunt. Ne gramina quidem vi medicatâ destituta sunt, horumque radices in Officinas Pharmaceuticas recipiuntur.

Prætereo exoticas Plantas & Aromata: indigenarum certè copia datur maxima, è quibus Essentias, ut vocant, & Spiritus, Ars elicit. Supremus Conditor flori cuilibet non peculiarem duntaxat formam, propriosque colores, visu jucundos; sed singulares etiam sapores, odores, aliasque dotes, reliquis sensuum organis afficiendis, Cordique, dum languescit, confortando idoneas, mirâ varietate impertivit. Planta quævis huic illive usui accommodata est, suoque hinc etiam nomine, & vi suâ singulari, gaudet. Foliis non eadem inest virtus, quæ floribus; & hi aliâ rursum pollent facultate, quam fructus, semina, & radices. Nec cortices & putamina suo carent usu; sed vel nucleos sæpe ipsos viribus superant. Quæ quidem omnia luculentis demonstrari speciminibus possent; nisi Authorum plurimi id iam ante nos egissent, & experientia quotidiana idem abundè doceret.

Ipsa etiam ligna Naturæ loquuntur potentiam, summique Conditoris perfectitudines nunquam satis deprædicandas. E siccissimo & aridissimo sæpe ligno saluberrimæ eliciuntur Aquæ, Spiritus vi Balsamicâ ditissimi, Olea similia, & Sales. Medicus & Chirurgus plus quàm florem ætatis suæ hisce omnibus distinctè cognoscendis impendat necesse est; quò annis demum increscentibus medicamenta, cuique morbo accommodata, ex amplissimo hujus Universi viridario seligere sciat, & præscribere: Summus enim Archiater omnem hanc copiam ipsi commisit. Deum qui hìc quærit, Deum inveniet, & sapientissimum quidem, atque inexhausta bonitate omnia sustentantem, qui, ab orbe condito in hunc usque diem, humani generis curam plus quàm paternam gerere non dedignatus est. Mens certè, stupendis hisce Dei operibus intenta, satiari nequit.

Quodsi radices, arborum præcipuè, effodimus, hæ ipsæ rursum, præter alios fines, telluris simul firmitudini inserviunt, & fibrillis suis, laxioribusque vasis, succos, roris, pluviæ, aliorumque influxuum ope, unà cum Spiritu Catholico, *omnis vitæ atque vigoris authore, primùm telluri mandatos, attrahunt; ut Planta sic accrescat, ramusque quilibet & folia debitam sibi nutrimenti partem in sui conservationem obtineant, eo usque, donec ad præfinitum perfectitudinis terminum, pro suâ quodlibet specie, pervenerit vegetans: prout in fructuum anatome exposuimus.*

Ad integumenta arborum, corticesque, si oculos convertimus, eos equidem utplurimum, strictiore suâ compagine, textili haud esse absimiles, gummosoque, aut resinoso quasi pulmento roboratos comperiemus. Vestimenti ergo vice funguntur ad truncum, ramosque, defendendos, ne ab immodici caloris, frigoris, siccitatis, humiditatisve, excessu quid noxæ capiant. Ut verò & ipsa hæc vestis incorrupta externis queat injuriis resistere, quot annis, Verno tempore, novo ea animatur humorum circuitu, qui contusis sauciatisque ejus partibus medetur, detrimenta restaurat, debilitata firmat, simulque è trunco ramisque germina, folia, flores, fructusque, protrudit.

Folia verò qui contemplatur, his videbit æstum temperari, nimisque subitam prohiberi partium fluidarum perspirationem; quin & arceri nocituram aëris, roris, pluviæque humiditatem immodicam, ne flores fructusque tenelli inde lædantur. Æquè igitur frigoris nimii, quam enormis æstûs, injuriis ea resistunt: præterquam, quod & singulare concilient virente comâ ornamentum tam ramis, quàm toti arbori, quæ hacce destituta veste, nudata quasi brachia, calvumque verticem protendens, injucundam mortis imaginem repræsentat: prout hyemali tempore abundè patet.

Quantum denique ad semina, fructusque Vegetantium: suum cuilibet Plantæ semen est, suus cuivis semini loculus, pro variâ indole & formâ seminis varius, sphæricus, oblongus, trigonus, quadrangulus. Exacta ubique viget proportio, cujus in admirationem abripiuntur vel consummatissimi etiam scientiæ Botanicæ cultores.

Eximius ille Naturæ Mysta Wilhelmus Derham, *in Physicâ Sacrâ pag.* 445, *sedulò notat, quantopere sollicita sit Natura de propagatione & conservatione omnis generis Plantarum:*

& Joh. Rajus, *suo in libro, Dei sapientiam per creationis opera demonstrans, Tom. I, pag.* 121, *observat curam illam singularem, quâ Deus semina, quorum ope Vegetantia quævis conservantur & propagantur, custodit, & a corruptione immunia reddit. Plures alii præstantissimi & perspicacissimi Viri, hujusce scientiæ, & universæ Physices, cultoribus haud incogniti, eodem de themate scripserè: attamen, quum hi æquè, ac, qui floruerè hactenus, Zoologi, (ut antea abundè patefecimus) plurima circa Plantarum Oeconomiam, ipsis ignota, sagacioribus posteris demum detegenda reliquerint; hinc Illorum saltem vestigiis insistendum est, si felices porro in hisce progressus facere exoptamus. Profectò enim, plura sunt in utraque hâc Physices parte, quæ adhuc latent, quàm quæ novimus: interim & tempus, & industria, Divini Numinis favore suffulta, iis quoque lucem adferet, modo stratam ab antecessoribus viam prosequamur indefessi.*

Quæ verò huc conferunt, adminicula sunt, I. *Scripta majorum supra memorata, quæ facem nobis præferunt, & licet nonnullibi manca, plurimæ tamen utilitatis sunt in aliis.* II. *Nova inventa, tam privatorum Naturæ Curiosorum, quam publicarum Societatum, quales sunt Britannica, Parisina, Cæsareo-Leopoldina, Berolinensis, & aliæ.* III. *Nova Itineraria Physicorum & Mathematicorum, qui vel propriis, vel Principum sumtibus, exteras peragrarunt regiones, & quæcunque ibi offenderè rariora, summâ cum accuratione adnotarunt.* IV. *Commercia litteraria cum Eruditis, non in Europâ solum, sed & in reliquis terræ habitatæ partibus qui degunt, instituta.* V. *Illustres & famigeratissimæ Societates, Cæsareæ, Regiæ, aliæque, quæ in Germaniâ, Angliâ, Galliâ, Lusitaniâ, Italiâ, aliisque locis, Physicam, & cæteras eò pertinentes artes atque disciplinas promovendi gratiâ, fundatæ sunt.* VI. *Scripta summo cum studio elucubrata à plurimis illarum Societatum membris, heic equidem, brevitatis ergo, nominatim haud commemorandis; quæ qui consulit Curiosus, usu plenissima inveniet.* VII. *Musea præstantissima omnis generis rerum Naturalium, aliquo abhinc tempore collecta, quibus Belgium nostrum præ regionibus aliis superbit.*

An uspiam tanta mirabilium, è terrâ, vel aquis petitorum copia, tot Florum, Herbarum, Conchyliorum, Piscium, Avium, aliorumque animantium rariorum specimina, occurrunt, ac hisce in oris? Fateor, nullam quidem hactenus heic coivisse Societatem Naturæ Curiosorum: cujus rei rationem investigare supersedeo. Et dolendum profectò est, hâc nostrâ in Patriâ, quæ iis omnibus, quorum ad detegenda Naturæ mirabilia, ad scientias promovendas, & illustrandam historiam Naturalem, usus est, affluit, imò ferè diffluit, adeò tamen parvam haberi rationem culturæ ingeniorum, & eruditionis amplificandæ. Interim id non obstat, quo minus privati dentur Homines, colligendis iis, quæ ad historiam Naturalem pertinent, addictissimi; dum florentissima heic navigatio pulcherrima huicce studio subministrat adminicula.

Iidem & me impulerè igniculi, ut, Numinis Divini favore ditatum me sentiens, multis abhinc annis operam dederim indefessam comparando mihi Thesauro rerum rarissimarum, quæ ad promovendam atque illustrandam Zoologiam pariter ac Botanologiam (ut alia prætereeam mirabilia Naturæ opera) facientes, in vitæ meæ, iam iam, auxiliante Deo, ad LXIX. annos protractæ curriculo, eâ, quâ versor, in statione, ex omni orbis terrarum angulo ad me quasi confluxerè.

Opus, priorem cujus Tomum nunc edimus, specimen est dictorum: neque enim aliter id, nisi speciminis loco, haberi volumus. Reperient inibi Curiosi præter, quæ possideo ipse, aliud nihil, exceptis paucissimis quibusdam, aliunde mutuatis, de quibus ita semper loquimur, ut Musea, unde deprompta sunt, simul commemoremus. Reliqua omnia, uti Serpentes, Viperæ, Dracones, Lacertæ, Vegetantia, &c. &c. mea sunt, quæ à dexterrimis hujus ævi Chalcographis æri incidi curavi, ut eorum vivæ imagines, secundum ipsos, quos asservamus, Archetypos quam exactissimè descriptæ, hisce in Tabellis repræsentarentur. Præterea & cavi sedulò, ne quid eorundem in historiâ proferrem, nisi quod attenta contemplatio & diuturna me docuit experientia. Neque & aliorum ante me Authorum huc verba transtuli, Laconicâ potius dictione & bonâ fide impertitus ea, quæ & possideo ipse, & ab aliis relata mihi sunt.

Haud equidem diffiteor, Collectionem hancce omnis generis Animantium, Avium, Vegetantiumque terrestrium ac marinorum, &c. &c. non longâ duntaxat annorum serie, sed summo

etiam

etiam labore plurimisque mihi ſumtibus conſtitiſſe; attamen & , quas inde hauſi, dulciſſimas oble-ctationes luculentiſſimo mihi præmio fuiſſe, ingratus ſim, niſi agnoſcam. Senſi his tanquam toti-dem calcaribus deſiderium, quo flagrabam, Deum ex infinitis ſuis operibus cognoſcendi, eousque excitari, ut coætaneos meos, atque poſteros, eorundem pariter ad contemplationem allicere ani-mum induxerim, remotiſſimus interim ab illaudabili ſolius novitatis ſtudio, aut vanâ aliis præ-cellendi cupiditate.

Nobilior multò eſt inſtinctus, ſanctioresque ſunt ſtimuli, quibus ad Operis hujus editionem com-pellor. Non terrena mihi gloria, nec Hominum acclamatio, ſed idem ille cordi eſt ſcopus, ad quem collinearunt Viri tot eximii, datam obſervatorum ſuorum expoſitionem nonniſi in verum creationis finem dirigere conati.

Idipſum verò eſt (non vana loquor) me quod impulit, omnem ut operam impenderim ad comparandum mihi, quidquid rari, & ad Animalium, Plantarumque cognitionem, Deique hinc gloriam amplificandam proficui, è remotiſſimis quibusvis regionibus, potui acquirere; partim ad-jutus ope amicorum, quibuscum ad utrasque Indias multorum ſpatio annorum literaria habui com-mercia; partim jure uſus emtionis, dum defunctorum quandoque Curioſorum Muſea vendebantur; partim amicitiâ initâ cum expertis Nautis, Chirurgis, aliisque Hominibus, in diſſitas oras, ra-riorum proventu celebres, proficiſci ſolitis, qui quidem vel pretio conducti, vel & gratis ali-quando, plurima nobis inde adtulerè non vulgaria ſpecimina. Quid multa? Placuit Deo Cle-mentiſſimo, cui ſoli omnia gratus debeo, in eo, quo fungor, officio, literarii ope colloquii mei, ad plurima orbis terrarum loca dimanantis, nullam non mihi ſuppeditare opportunitatem, Ani-mantium, quæ creavit, mirabiliſſima hisce meis uſurpandi oculis & manibus. Feris hinc beſtiis, quæ ſuo ſaltem modo Deum deprædicant, Hominique inſerviunt, profectò ingratior non ſolum, ſed & rudior dicendus forem, hunc ſi theſaurum meum ſub terrâ reconderem, ſeu, quod idem eſt, publico inviderem. Quum verò maxima eorum, qui hisce ſtudiis delectantur, pars in ex-teris degat regionibus, optatâ carens occaſione huc proficiſcendi; hinc iis quaſi obviam iturus Mu-ſeum meum, vivis iconibus expreſſum, in ipſas eorum oras atque ædes, ut ita dicam, transfero.

Ita, bono cum Deo, propoſitum ordimur opus, primam hancce ejus edendo Partem, ſpe freti, fore, ut & hæc, & tres deinceps ſecuturæ, iam iam prælo paratæ, quarum contenta paulò poſt breviter enarrabimus, faventes experiantur Curioſorum animos.

Non equidem nego, plurimos ante me Animalium dediſſe hiſtoriam; iamque ſupra eorum feci mentionem. Rajum *verò inter præcipuos habeo, qui brevem quidem, at accuratiſſimum, Zoolo-giæ exhibuit conſpectum, idiomate Latino, titulo:* Synopſis Methodica Animalium, *Lon-dini* 1693. *Illorum ſingulis ſua debetur laus. Quin & fateor ingenuè, me, ubi neceſſum erat, eorum ſcripta conſuluiſſe circa Animantium ſpecies, Erudito orbi à me propoſitas. Attamen haud ſoli immoratus regno Animali, Vegetantium quoque & Foſſilium è claſſibus nonnulla in me-dium protuli rarioris notæ ſpecimina, quæ omnia (paucis aliquot, ut ante dixi, exceptis) vel ſiccata, vel liquori condienti immerſa, ipſe poſſideo. Inde autem nata mihi eſt, quæ aliis, ſi non omnino, ſaltem pro parte, defuit, occaſio, opus hocce, non clauſis, ut ajunt, oculis, conſarcinan-di ex ſolis Itineratorum relationibus, qui res peregrinas, à ſe viſas, ſæpe vel nimium quantum ex-aggerant, vel aliâ prorſus, quàm naturali, facie depingunt, proprio errore & imperitiâ de-cepti, aut fucum aliis facere gaudentes. Ego verò ea duntaxat chartæ mandavi, quæ & propria me experientia, & fida docuerè teſtimonia Hominum peritorum, qui iis ipſis in locis commorati, ſuismet oculis, quantum par erat, exactiſſimam rerum notitiam ſibi comparave-rant. Incubui autem in id tantò magis, quum tot deſcriptiones imperfectas, efficitasque narra-tiunculas de Serpentibus, aliisque Animantibus, in ſcriptis veterum deprehenderim, à poſteris dein inde transſcriptas.*

Omnem, quoad potui, operam navavi, ut ſingulorum Animantium, Avium, Plantarum, &c. icones, æquè ac ſubjunctæ deſcriptiones, veram Lectoribus exhiberent ideam, Naturæ, quâ eorum quodlibet gaudet, conformem. Hunc verò in finem nativam Exempli cujusvis magnitu-dinem in imaginibus, quantum chartæ permittebat ſpatium, exactiſſimè exprimi curavi: unde in hasce defixus Tabellas oculus nonniſi vivam conſpicit formam omnium illorum, quæ boni pu-

blici

blici gratiâ, prout editio hæcce testatur, ex omnibus mundi plagis collegi, Nominis Divini gloriam pro virili amplificaturus: is enim unicus est, quem hoc in Opere mihi præfixi, scopus. Quid, quæso, prodesset, rerum creatarum formas, colores, picturam, affectiones, victum, & similia, hisce in paginis commemorata, ob oculos posuisse, nisi simul hæc omnia eum in finem dirigeremus, ob quem à Deo creata, Hominisque ante pedes collocata sunt? Is verò haud alius est, nisi ut æterna Numinis potentia, & Divinæ perfectitudines, inde cognoscantur; quarum certè & vestigia ibi tam luculenta reperiuntur, ut, ea qui non videat, usu carere oculorum dicendus sit.

Omitto dicere de pessimo illo abusu, quo Ethnicorum plurimi animantia quadrupeda & insecta, honore soli Creatori debito affecerè; dum contra alii hodie, Atheistæ dicti, Animalis Oeconomiæ scientiam ludibrio habent. Deo sint grates, qui eo nos donavit intelligentiæ lumine, ut perlustrando Naturæ regno, cujus haud minimam Animantia partem constituunt, intenti, Omnipotentiam, Sapientiam, & infinitam Creatoris Bonitatem, reperiamus undique, adoremus, linguaque & calamo propagemus. Id verò officii, quo tenemur omnes, ego quidem, pro dato mihi virium & cognitionis modulo, hoc in Opere, quod Deo Ter Optimo, & Sacrosancto Ejus Nomini dicatum sit, exequi allaboravi. De successu Lectoris benevoli esto judicium. Restat, ut in fine hujus Præfationis synopsin exhibeamus eorum, quæ in quatuor hujus Operis Partibus continebuntur.

Tomus quilibet centum ad minimum complectetur Tabulas, cùm integris, tum dimidiatis chartæ majoris, Regiæ dictæ, plagulis impressas, quarum icones, ut supra memoravi, ab optimis hujus ævi Chalcographis exaratæ nativam suorum speciminum formam atque magnitudinem, quantum par est, vividissimè exprimunt. Adjuncta singulis est descriptio vel Latino-Belgica, vel Latino-Gallica.

Tomus prior anatomen sistit variorum fructuum, foliorum, & Plantarum; tum plurimas exoticorum rarioris notæ Animalium, bipedum, quadrupedum, & multipedum, species, uti Araneos peregrinos, Millepedas, Scorpiones, &c. raras itidem Aves, suis cum nidis; Mures, Glires, Feles, Canes, Sciuros volantes; Ranas alienigenas grandiores, Bufones, Pipa *dicta Animalia, è dorso suo pullos excludentia; Ranarum deinde è piscibus, retrogradamque in pisces transformationem; Chamæleontes; Lacertarum species rariores, Dracones, Viperas, Serpentes, Testudines, tam ovis adhuc inhærentes, quàm exclusas; Crocodilos pariter ovo etiamnum inclusos, exclusosque, &c.*

Altera Pars Serpentologiam præcipuè dabit, sive Serpentum historiam: ubi animantium horum è quatuor Orbis plagis collectorum rarissima & exquisitissima, magnitudine, picturâ mirabili, & habitu, nativis, summâ, quâ fieri poterat, arte æri incisa, plagulis cum integris tum dimidiatis impressa repræsentabuntur, additâ simul eorundem pro more historiâ. Exotica rarioris notæ Vegetantia, & quædam alia specimina singularia, hinc inde interserta sunt.

Tomo tertio elegantissimæ continebuntur species eorum, quæ suppeditat Oceanus; Plantæ, Musci, Echini, Stellæ, Solesque marini, Conchylia exotica rarissima, & ejusmodi: tum & plurima fossilium peregrinorum specimina, uti mineræ Auri, Argenti, Æris, Stanni, Plumbi, Ferri, &c.; Lapides dein vario miroque modo figurati; eruta è terræ visceribus ligna, & Conchylia, petrefacta, aliaque hujus generis rariora; quæ inter & universalis diluvii habentur reliquiæ, utrisque ex Indiis, tum & aliis ex oris peregrinis haustæ.

Quarta tandem Pars Reptilia dabit plurima, atque Insecta tam terrestria, quàm aquatica, ex quatuor Orbis partibus, non sine multo labore atque impensis, coacervata, ad vivum æri incisa, cumque nidis suis, & generandi modo, ordinatim descripta.

Faxit Deus Ter Optimus, Maximus, omnia ut cedant in sui Nominis gloriam, proximique salutem! Is enim unicus est & præcipuus laboris hujusce finis.

VOOR-

P R E F A C E
D E
L'A U T E U R.



PErsonne ne niera que quiconque se propose de traiter de quelque sujet, manié auparavant par d'habiles gens, ne puisse tirer de grands secours de leurs Ecrits: car il ne découvrira pas seulement les erreurs où sont tombés ceux qui l'ont précédé, soit par ignorance, soit par préjugé, soit par amour de parti, écueils qu'il pourra éviter d'autant plus soigneusement; mais il aprendra encore jusqu'où ont été les recherches de ses devanciers, afin qu'à l'aide de leurs travaux, il soit en état de pousser plus avant la Science qu'il a pris à tâche de cultiver.

En vérité tout homme, pour peu versé qu'on le suppose dans la connoissance des monumens de l'Antiquité, doit convenir que les Anciens ont rompu la glace en plusieurs choses; & qu'en particulier en fait d'Histoire & de Physique, ils ont frayé le chemin à leurs Descendans, qui seroient bien ingrats s'ils leur refusoient les louanges qu'ils méritent à si juste titre. Il faut avouer néanmoins que nous sommes encore plus redevables aux Modernes, qui n'ont épargné ni veilles, ni dépenses, ni peines, pour l'avancement de toutes les Sciences. Notre siecle même peut se glorifier sur tous les précédens, d'avoir produit à cet égard d'excellens Hommes, doués d'une pénétration superieure.

Nous nous bornerons à ne parler maintenant que de la seule Physique, laissant à l'écart les autres Sciences. Depuis l'invention des Microscopes, on ne voit pas seulement par leur secours le plus petit grain de sable, mille fois plus gros qu'il n'est réellement, avec tous ses angles & ses surfaces transparentes; mais on découvre même les objets, qui d'ailleurs échapent entierement à la subtilité de la simple vuë. Qu'y a-t-il, je vous prie, de suspendu dans le plus haut des Airs, de caché au fond de la Mer, ou dans les entrailles de la Terre, dont on ne puisse parvenir à connoitre la nature, les parties principales, & les qualités, en les considerant & les examinant attentivement par le moyen de ces sortes de verres?

L'ancienne Anatomie, du moins celle du Corps humain, est assez grossiere; mais quelle n'est point l'Anatomie qu'on cultive aujourd'hui? Combien n'est-elle pas plus délicate? Combien plus riche? Elle s'étend jusques sur les Moules, les Petoncles, les Chenilles, les Mouches, les Racines des Plantes, les Fruits, les Fleurs, les Feuilles &c., dont elle sait déveloper artistement la structure. En un mot, il n'est rien de si chétif en apparence, qui soit à l'abri des recherches surprenantes de l'Anatomie moderne.

Qu'y a-t-il dans l'Economie Animale de plus caché que la Circulation du sang? Il est vrai qu'on doute encore si les Anciens en ont connu quelque chose; mais toujours savons-nous certainement, que la connoissance qu'ils en ont eu, supposé qu'ils en ayent eu quelqu'une, est bien differente & bien éloignée de celle que nous possedons présentement sur cet article. C'est presque une bagatelle aujourd'hui, de faire voir avec le Microscope le passage du sang par la peau des Anguilles. Cependant nous en concluons avec raison, par voye d'Analogie, la maniere dont se fait cette circulation dans le Corps humain, par les veines, les arteres, le cœur, & les poumons.

Y a-t-il de plus belle invention que la Pompe Pneumatique, cette curieuse machine, qui démontre la force de l'Air sur les corps, & qui détermine aussi exactement la subtilité des parties, & la pesanteur de cet Elément, qu'une balance marque le poids des métaux?

Vous ne trouverez pas chez les Anciens, ni ces secours, ni de semblables pour la perfection des Sciences; & il ne faut pas douter que nos Neveux, en s'attachant à fouiller plus avant dans les secrets de la Nature, n'encherissent sur nous, & ne découvrent quantité de choses qui nous sont inconnues.

Un second avantage de notre siecle sur ceux qui l'ont précédé, c'est qu'il requiert de ne se pas confier aux yeux d'autrui, mais de croire uniquement ses propres yeux, & de ne donner pour sûr que ce qu'on a touché & manié de ses propres mains. Autrefois on traitoit la plupart des matieres de Physique fort à la legere. On discouroit amplement de la nature des choses, qu'on n'avoit ni vu ni examiné préalablement. Combien de faits l'Antiquité trop crédule n'a-t-elle pas cru & divulgué pour véritables, qui n'étant fondés que sur la foi & le témoignage de quelques personnes, ont été renvoyés ensuite au Païs des fables & des chimeres?

Il ne peut pourtant jamais arriver, qu'un seul Homme épuise le Trésor des Curiosités Naturelles. Car outre le savoir & l'habileté que cela demanderoit nécessairement, le terme de la vie humaine est trop court pour suffire à un pareil examen. Les ouvrages de la Nature sont immenses & sans bornes, ses productions innombrables, ses diverses manieres d'operer impénétrables. Jettez les yeux sur la varieté infinie des œuvres de la Création, depuis les plus petites jusqu'aux plus grandes: y trouvez-vous une fin? en pouvez-vous compter le nombre? Qui sera capable de les ranger en ordre, sous leurs genres, leurs especes, & leurs differences, pour ne rien dire ici de leur nature, & de leurs qualités absolues & rélatives? Je vais plus loin. Je demande quel est le Physicien de nos jours, qui aidé de tous les secours, & de toutes les nouvelles inventions, inconnues aux Anciens, ose néanmoins prétendre déterminer l'immense divisibilité

de la Matiere dont les Corps physiques sont composés? Qui définira la petitesse incroyable, & la multitude infinie des Insectes répandus par-tout sur la surface de la Terre?

C'est par ces considerations, que presque tous les Physiciens se sont dévoués à ne cultiver qu'une seule partie de l'Histoire Naturelle. Ainsi *Aristote*, *Elien*, *Phile*, & quelques autres d'entre les Anciens, ont tourné toutes leurs vuës du côté de l'Histoire des Animaux; en quoi ils ont été suivis de beaucoup de Modernes, qui ont gouté leur dessein, & se sont aquis par leurs travaux en ce genre une immortelle réputation. Tels sont *Conrad Gesner*, *Ulysse Aldrovandi*, *Guillaume Pison*, *George Marggraaf*, *Charles de l'Ecluse*, *François Hernandes*, *Jean de Laet*, *Jean Eusebe Nieremberg*, *Jean Bustamantin*, *Jean Johnston*, *Samuel Bochart*, *Gautier Charleton*, *François Willoughby*, *Guillaume Rondelet*, *Thomas Moufet*, *Edouard Wotton*, *Martin Lister*, *Jean Ray*, le Chevalier *Hans Sloane*, *Jean Swammerdam*, *Jean Goedart*, & divers autres.

Comme l'Ecriture sainte fait aussi mention de plusieurs Animaux, desquels les Hiéroglyphes sont empruntés, *Wolfgang Franzius*, autrefois Docteur & Professeur en Théologie dans l'Académie de Wittenberg, en a donné une Histoire en Latin, que feu *Jean Cyprianus* Docteur & Professeur en Théologie à Leipzig, a publiée dans la même ville en 1712, en 4 Tomes in 4°, avec une Continuation & des Explications de sa main. Ensuite M. *Jean Jaques Scheuchzer* Professeur en Medecine & en Mathématique a traité le même sujet d'une maniere pleine d'érudition; de sorte que les soins de ces Auteurs nous ont ouvert maintenant un chemin plus court & plus commode qu'on n'avoit auparavant, pour parvenir à la connoissance de la nature des Animaux, qui sont, par leurs proprietés particulieres, des Emblêmes des choses Morales & Divines.

Cela est encore vrai par raport aux Végétaux, aux Herbes, & aux differentes Plantes que la Terre, renduë fertile par l'influence des Astres, produit toujours en abondance. Ayant dessein de donner un leger échantillon de cette matiere, nous le ferons en deux Chapitres, dans lesquels cependant nous ne parlerons point des subdivisions des Plantes en Genres & en Especes, ni de l'Anatomie des Fleurs, des Fruits &c., supposant que tout le monde connoit assez les belles découvertes dont notre siecle a enrichi merveilleusement la Botanique.

Notre premier Chapitre renfermera les Plantes de la Terre qui servent de nourriture aux Hommes & aux Animaux; le second contiendra tout ce qu'on employe comme des Remedes pour guérir les maladies auxquelles nous sommes exposés. J'avoue qu'il ne seroit pas mal à propos de ranger ce deuxieme article sous le premier Chapitre, puisqu'il n'est point de si petite Plante bonne à manger qui n'ait la vertu de fortifier le corps, de le garantir des maladies, & si-non de rétablir la santé, du moins de porter du soulagement dans les maux. Cependant nous suivrons la division communément reçuë.

Personne n'ignore que dans tous les lieux d'un bon terroir, il nait des Végétaux pour l'usage des Hommes & des Bêtes; & quoique les Climats chauds soient les plus fertiles, il n'y a pourtant en général aucun Païs qui ne produise des Plantes qui lui sont particulieres, & qu'on ne trouve pas partout, mais seulement en certains endroits, suivant la qualité du sol, & la difference du climat. En effet, les Plantes varient entre elles extrêmement par leur figure, leurs proprietés, leurs usages &c. On les distingue par Classes, par Genres, & par Especes, si exactement, qu'aujourd'hui toutes les Plantes qui nous sont connues se raportent à des Systêmes complets. Au reste, il ne faut pas douter que le nombre des Plantes que nous ne connoissons pas, ne l'emporte sur le nombre de celles que nous connoissons, du moins quant à leurs vertus. On voit à la vérité des Plantes qui portent de certaines marques, ou caractères, par lesquels il semble qu'on peut deviner quelque chose de leurs qualités: mais la Botanique, toute florissante, toute riche qu'on l'ait rendue dans notre siecle, n'est point encore parvenue à ce haut degré de pouvoir déterminer là-dessus rien de certain. C'est néanmoins une chose remarquable, qu'on rencontre des Herbes & des Fleurs, dont les unes imitent la figure de la tête, les autres des yeux, des dents, celles-ci de la langue, celles-là des mains, des pieds, du cœur, du foye, des poumons, de la vessie, des reins, des muscles &c.

Cependant les vertus intrinseques des Simples, sont de beaucoup superieures à celles que dénote leur figure externe. Si nous en avions une parfaite connoissance, nous découvririons davantage, combien en nous promenant dans les vertes prairies, & même dans les chemins battus, nous foulons aux pieds de Baumes odoriferans, d'Huiles, & de Sels contenus dans ces Simples, & qu'on en pourroit extraire; de sorte que nous voyons naitre sous nos pas tout ce qui est propre à maintenir la santé & à repousser les maladies. Les Herbes même qui viennent sans être cultivées, ne sont point dénuées de vertus Medicinales; aussi conserve-t-on soigneusement leurs racines dans les boutiques d'Apothicaires.

Je passe sous silence les Plantes Exotiques & les Aromates; certes il y en a une grande quantité dont la Chymie tire des Essences, des Esprits, &c. L'Etre suprême n'a pas seulement donné à chaque Simple, par une admirable diversité, une forme particuliere, des couleurs charmantes & toujours variées; mais de plus il leur a donné des saveurs, des odeurs, & des qualités differentes, propres à recréer les sens, & à réjouir le cœur. Chaque Plante a son utilité, son nom, & ses vertus particulieres. Les feuilles n'ont point les mêmes vertus des fleurs, ni celles-ci les vertus du fruit, des semences, & des racines. Les écorces, & les coques des noyaux ont aussi leur usage, souvent plus grand que celui des noyaux mêmes. Je pourrois démontrer ce que j'avance par des exemples palpables, si plusieurs Auteurs ne l'avoient fait avant moi, & si l'experience journaliere ne suffisoit pour nous en convaincre pleinement.

Les bois même qu'on employe dans la Medecine, annoncent la puissance & les perfections des Esprits balsamiques, des Huiles qui ont de pareilles propriétés, & des Sels. Le Medecin & le Chirurgien doivent consacrer la fleur de leur âge à bien connoitre toutes ces choses, pour savoir ensuite choisir dans le vaste

Jar-

Jardin de l'Univers, les médicamens convenables à chaque maladie, & les prefcrire à leurs malades; car le Souverain Medecin leur a confié l'adminiftration de toutes ces productions de la Nature. Quiconque recherche ici Dieu, trouvera par-tout Dieu, plein de fageffe & de bonté, qui depuis la Création du Monde jusqu'à préfent, a daigné prendre un foin plus que paternel du Genre-humain. L'esprit attentif à contempler cette partie merveilleufe des Ouvrages du Créateur, ne fauroit jamais fe laffer ni fe raffafier.

Si nous creufons dans l'interieur de la Terre, pour examiner les racines & principalement celles des Arbres, nous verrons qu'outre plufieurs utilités qu'elles ont, elles fervent encore à affermir le terrein, & attirent par leurs fibres & leurs canaux déliés, non feulement les fucs de la rofée, de la pluye, des vapeurs, & des autres exhalaifons dont la terre eft imbibée, mais auffi *l'Esprit Recteur* qui eft la caufe de leur vigueur & de leur accroiffement. C'eft de cette maniere que pouffent les Plantes, que la sève monte à l'extrêmité des branches & des feuilles, qu'elle les nourrit & les fait croitre, jusqu'à ce que les Végétaux foient parvenus, chacun felon fon espece, au point de leur entiere perfection, ainfi que nous l'avons expofé dans l'Anatomie des fruits.

Si nous jettons les yeux fur les couvertures exterieures, ou les écorces des Arbres, nous les trouverons ordinairement d'un tiffu ferré, affez femblable à un tiffu fait au métier, & fournies d'un fuc gommeux ou réfineux. Elles fervent donc comme d'une robe, pour garantir le tronc & les rameaux de l'excès de la chaleur, de l'âpreté du froid, de la fécherefffe, & de la trop grande humidité. Mais pour que l'écorce puiffe elle-même réfifter aux injures extérieures, toutes les années dans la faifon du Printems, elle eft ranimée par une nouvelle circulation d'humeurs, qui remedie aux parties qui ont fouffert, répare leur dommage, raffermit ce qui a été affoibli, & fait pouffer tant du tronc que des branches, des bourgeons, des feuilles, des fleurs, & des fruits.

Quiconque confidérera les feuilles avec quelque attention, reconnoitra leur utilité pour tempérer la chaleur, & empêcher la trop promte transpiration des parties fubtiles des Plantes. Elles détournent encore l'humidité nuifible de l'air, de la rofée, & de la pluye, qui gâte les tendres fleurs, & fait périr les fruits, s'oppofant également à la rigueur du froid, & à la chaleur exceffive. Ajoutez, que ces mêmes feuilles dans le regne de leur verdure ne fervent pas d'un petit ornement au tronc & aux branches des Arbres; car quand ils en font dépouillés, ils ne forment que comme un corps nud, ou un fquelete, dont la tête chauve s'éleve par deffus les bras, & préfente à nos yeux tous les Hyvers la trifte image de la mort.

Enfin les femences & les fruits des Végétaux ne font pas moins dignes de notre attention. Chaque Plante a fa femence particuliere, & chaque femence a fa loge, differente fuivant la qualité & la forme de la femence qu'elle contient. Tantôt cette loge eft ronde, tantôt oblongue, ici triangulaire, là quadrangulaire; en un mot il regne par-tout une fi exacte proportion, qu'elle produit la jufte admiration des Botaniftes les plus confommés.

Guillaume Derham, cet excellent Naturalifte, s'eft attaché à obferver expreffément dans fa Théologie Phyfique pag. 445, combien la Nature eft attentive, combien elle eft foigneufe de la propagation de toutes fortes de Plantes. *Jean Ray* n'a pas oublié de faire la même remarque, dans fon Livre de la Sageffe de Dieu démontrée par les Ouvrages de la Création, Tom. I pag. 121. Plufieurs autres Perfonnes illuftres, très-connues des Amateurs de la Botanique & de la Phyfique, & diftinguées par leur vafte pénétration, ont auffi traité fort au long cette matiere. Avouons pourtant que les Naturaliftes anciens & modernes laiffent à leurs Defcendans (comme je l'ai déja dit) quantité de chofes à découvrir qui ont échapé à leur vigilance. C'eft en marchant fur leurs traces, que nous pouvons esperer un heureux fuccès dans ce genre de recherches. Car pour ne point déguifer la vérité, il y a encore dans ces deux parties de la Phyfique, un beaucoup plus grand nombre de chofes que nous ne connoiffons pas, que de celles que nous connoiffons: mais avec le tems, l'induftrie humaine ne peut que fournir de grandes lumieres aux travaux des habiles gens, qui fuivront courageufement les pas des Savans qui les ont précédés.

Nous ne manquons point de fecours pour faire de nouveaux progrès. Ces fecours font premierement, les Ecrits des Anciens nommés ci-deffus, Ecrits qui quoique fautifs & imparfaits, ne laiffent pas de nous éclairer, & de nous être fort utiles, à beaucoup d'égards. En fecond lieu, les découvertes tant de plufieurs Particuliers, que des Membres de diverfes Académies de l'Europe, telles que la Societé Royale de Londres, les Académies des Sciences de Paris, de Berlin, des Curieux de la Nature &c. En troifieme lieu, les nouveaux Itineraires des Phyficiens & des Mathématiciens, qui en voyageant à leurs dépens, ou par la liberalité des Princes, ont pris à tâche de marquer avec un grand foin toutes les Raretés qu'ils ont eu occafion de voir çà & là. En quatrieme lieu, les commerces literaires avec les Savans, non feulement de l'Europe, mais des autres Parties du Monde. En cinquieme lieu, ces illuftres & fameufes Societés fondées dans toute l'Europe par des Empereurs, des Rois, ou des Princes, pour l'avancement des Arts & des Sciences. En fixieme lieu, les Ouvrages fi travaillés de plufieurs Membres de ces Societés, Ouvrages que je paffe fous filence pour éviter la longueur, mais dont la lecture eft extrêmement profitable. En feptieme lieu, les magnifiques Cabinets de Raretés en tout genre, concernant l'Hiftoire Naturelle, qu'on s'attache à faire depuis quelque tems, en quoi notre Hollande l'emporte fur tous les autres Païs.

En effet, où trouve-t-on ailleurs une auffi grande abondance de Curiofités merveilleufes, aportées par terre & par mer? Où rencontre-t-on un affemblage de Fleurs, de Plantes, de Coquillages, de Poiffons, d'Oifeaux, & d'autres Animaux rares, comparable à celui qu'on a dans ces Provinces? J'avoue qu'il ne s'eft point encore formé chez nous de Societés de Naturaliftes, & je m'abftiendrai d'en rechercher les raifons; mais certes, c'eft grand dommage que dans un Païs comme le nôtre, qui abonde, je dirois presque qui regorge de tous les avantages propres à fouiller dans les fecrets de la Nature, à perfectionner les Sciences,

 à illus-

à illustrer l'Histoire Naturelle, on ait si peu à cœur la culture des Esprits, & le patrimoine du Savoir. Cependant, cela n'empêche point qu'on ne voye ici, des Particuliers remplis d'ardeur pour recueillir tout ce qui concerne l'Histoire Naturelle, en quoi notre florissante Navigation seconde puissamment leurs desirs.

Voilà les étincelles qui depuis longtems ont enflammé ma passion d'aquérir un Trésor des choses les plus rares qui peuvent servir à éclaircir & à avancer l'Histoire Naturelle des Animaux, de même que celle des Plantes, pour ne pas parler des autres productions de la Nature. Me trouvant dans une heureuse situation, j'ai eu le bonheur de me former un tel Trésor des quatre coins du Monde, pendant le cours d'une vie qui par la grace de Dieu est déja parvenue à soixante & neuf ans.

L'Ouvrage dont je publie maintenant le premier Tome, est un échantillon de ce que j'ai dit, car je ne veux pas qu'on le regarde autrement que comme un échantillon. Les Curieux ne verront dans cet Ouvrage que les Raretés que je possede en propre, à l'exception d'un très-petit nombre empruntées d'ailleurs, & dont je parle toujours de telle maniere, que j'indique en même tems les Cabinets d'où je les ai prises. Tout le reste, comme par exemple les Serpens, les Viperes, les Dragons, les Lézards, les Végétaux &c. sont uniquement de mon Cabinet. J'en ai fait graver toutes les Figures en cuivre par les plus habiles Maitres, pour qu'elles fussent tirées d'après nature, & avec la derniere exactitude, sur les Originaux que je conserve. Telles sont les Planches qui ornent ce Livre. Pour ce qui est des Descriptions, j'ai eu un soin scrupuleux de n'y rien marquer en les donnant, que ce que l'experience journaliere & un examen attentif m'ont apris. Je n'ai pas cru devoir transcrire les passages des Auteurs qui m'ont précedé, me contentant de communiquer de bonne foi, & dans un stile laconique, ce que j'ai vu par moi-même, ou ce qu'on m'a fidelement raporté.

Si d'un côté, je ne dissimule point que ce n'est qu'après une longue suite d'années, de grandes peines, & des dépenses considerables, qu'il m'a été possible de ramasser cette vaste Collection de toutes sortes d'Animaux, Oiseaux, Végétaux &c., tant de ceux que la Terre porte, que de ceux que la Mer produit; d'un autre côté je serois un ingrat de ne pas avouer, que les doux plaisirs que j'y ai gouté, me tiennent lieu d'une ample récompense. J'ai senti par ces éguillons le desir dont je brulois de connoître Dieu par ses œuvres, s'enflammer jusqu'à souhaiter vivement d'exciter mes contemporains & la posterité à la contemplation des mêmes œuvres: bien éloigné au reste, de m'être laissé entrainer à l'amour blâmable de la seule nouveauté, ou à la vaine ambition de surpasser les autres.

Les motifs qui me portent à mettre au jour cet Ouvrage sont plus nobles, mes vues sont plus pures. Je ne recherche point la gloire d'ici-bas, ni les applaudissemens des Hommes: je n'ai à cœur que de concourir au but de plusieurs excellens Esprits, qui ont taché de diriger toutes leurs recherches, aux fins qu'a eu le Créateur en nous plaçant dans ce Monde.

C'est-là, je ne dis que la pure vérité, c'est-là ce qui m'a engagé de travailler avec ardeur à me procurer des lieux les plus éloignés tout ce qu'il y a de rare, pour servir à la connoissance des Plantes & des Animaux, & manifester par ce moyen la gloire de Dieu. J'ai été aidé dans ce dessein, en partie par des Amis, avec qui j'entretiens depuis un grand nombre d'années un commerce literaire dans les Indes Orientales & Occidentales; en partie par mes achats, dans les ventes qui se sont présentées quelquefois de Cabinets de Curieux; en partie par des liaisons que j'ai contracté avec des Chirurgiens, des Navigateurs experts, & autres personnes qui ont coutume de partir pour les Païs les plus reculés & les plus fertiles en productions rares. Ces gens-là, les uns par recompense, les autres par leur liberalité, ne m'ont pas procuré un petit nombre de Curiosités peu communes. Mais à quoi bon de plus longs discours? Il a plu à la bonté de Dieu, à qui seul je reconnois devoir tout ce que je possede, de me fournir par l'étendue de mes Correspondances diverses occasions, d'avoir sous les yeux & sous la main les Animaux les plus admirables. Ainsi je ne serois pas seulement plus ingrat que les Bêtes, qui du moins louent Dieu à leur maniere & sont utiles à l'Homme; mais je serois même plus irraisonnable, si j'enfouissois mon Recueil, j'entends par-là, si je refusois d'en faire part au Public. Puis donc que la plus grande partie de ceux qui aiment ce genre d'études, demeurent dans les Païs étrangers, ou n'ont pas l'occasion de venir ici, je vais au devant d'eux, & je transporte pour ainsi dire dans leur Patrie, & dans leurs propres maisons, mon Cabinet par des représentations fideles.

J'ose me flater que la premiere partie de cet Ouvrage, de même que les trois autres parties qui doivent suivre, & qui sont déja prêtes pour l'impression, seront favorablement reçuës des Connoisseurs. Je ne prétends pas nier qu'avant moi plusieurs Auteurs n'ayent traité ce sujet, ainsi que je l'ai déja remarqué. En particulier M. *Ray*, que je mets au rang des principaux Ecrivains sur ces matieres, nous a donné une idée courte mais fort exacte de l'Histoire des Animaux, dans un Livre Latin imprimé à Londres en *1693* in 8°, sous le titre d'*Abregé méthodique des Animaux*. Il faut aussi rendre justice au mérite de divers autres Naturalistes; & je confesse ingénument, que quand il m'a paru nécessaire, je n'ai point négligé de consulter leurs Ecrits sur les differentes Especes d'Animaux dont j'ai parlé dans le cours de cet Ouvrage.

Je ne me suis pas attaché seulement à cette Classe de l'Histoire Naturelle; j'ai aussi fait mention des Végétaux & des Fossiles rares que je possede, ou secs, ou conservés dans des Esprits. Par-là, j'ai eu un avantage qui a manqué, si-non tout-à-fait, du moins en partie aux Auteurs qui m'ont précédé: c'est de n'avoir pas composé mon Ouvrage à l'aveugle, sur des relations de Voyageurs qui n'ont que trop coutume d'exagerer les Curiosités étrangeres qu'ils ont vu, & de les dépeindre entierement differentes de ce qu'elles sont réellement, trompés de bonne foi par leur ignorance, ou se faisant un plaisir de tromper les autres. Pour moi, je n'ai rien couché sur le papier, qu'instruit auparavant par l'experience, ou par le témoignage d'habiles gens qui ont demeuré eux-mêmes sur les lieux, qui ont vu, & qui ont eu la précaution de

prendre

prendre toutes les informations possibles. J'ai été d'autant plus reservé à cet égard, que j'ai eu souvent occasion d'apercevoir, combien de descriptions imparfaites, combien de fables, (sur les Serpens par exemple & d'autres Animaux) ont passé des Anciens chez les Modernes.

C'est par ces raisons que j'ai fait tous mes efforts pour n'offrir à mes Lecteurs, dans les Figures de cet Ouvrage & dans leurs descriptions, que la juste représentation de chaque chose, parfaitement conforme à sa nature. Pour cet effet, j'ai eu soin de faire graver les Figures en grandeur naturelle, autant que l'espace du papier l'a pu permettre. Quiconque jettera les yeux sur ces Planches, y trouvera une peinture exacte de tout ce que j'ai recueilli des quatre coins du Monde pour le bien du public, comme l'arrangement de cette édition le montre suffisamment, & pour la gloire de Dieu, qui est mon grand but.

Car sans un tel but, de quoi nous serviroit la connoissance des œuvres de la Création? Doit-elle tendre à d'autres usages qu'à nous porter à celebrer les perfections de l'Etre suprême, dont il y a par-tout des traces si manifestes, que celui qui ne les voit pas, doit être un Aveugle-né?

Je me tais sur l'Idolatrie de plusieurs d'entre les Payens, qui ont rendu à des Quadrupedes, & même à des Insectes, l'honneur dû au seul Créateur; tandis que d'un autre côté, quelques Athées de nos jours se sont raillés de la science de l'Economie Animale. Quant à nous, rendons des actions de graces à Dieu qui nous a doué d'une intelligence suffisante pour qu'en examinant attentivement l'Histoire Naturelle, dont la Classe des Animaux fait une des parties considerables, nous le retrouvions par-tout, nous l'adorions, nous le celebrions de bouche & par écrit!

Ce devoir de tous les Hommes, j'ai tâché selon la mesure de mes forces & de mes talens, de le remplir dans cet Ouvrage, que je consacre à son saint Nom. C'est au Lecteur équitable à juger du succès. Il ne me reste avant de finir cette Préface, qu'à tracer très-succinctement le contenu des quatre Tomes qui composeront tout mon Ouvrage.

Chaque Tome aura cent Planches au moins, gravées magnifiquement, d'après les Originaux, & par les meilleurs Maîtres, sur des Feuilles entieres ou des demi-Feuilles de *Papier Royal.* La description de ces Planches sera en Latin & François, ou en Latin & Hollandois.

On trouvera dans le premier Tome, l'Anatomie de diverses Plantes, Feuilles, Fruits &c: Plusieurs Especes d'Animaux rares étrangers, à deux pieds, à quatre pieds, à plusieurs pieds, comme des Araignées, Millepieds, Scorpions &c: Des Oiseaux rares avec leurs nids: Des Rats, des Loirs, des Chiens, des Chats, des Ecureuils volans: Des Grenouilles singulieres des autres Païs, des Crapauds, des Pipas, Animaux dont les Petits sortent du dos: La métamorphose des Grenouilles en Poissons, & des Poissons en Grenouilles: Des Caméléons: Les Especes les plus extraordinaires de Lézards: Des Dragons, des Viperes, des Serpens, des Tortues, tant de celles qui sont encore adhérentes à leurs œufs, que de celles qui en sont sorties: Des Crocodiles renfermés dans leurs œufs, ou éclos, &c.

Le second Tome donnera l'Histoire Naturelle des Serpens les plus beaux, les plus rares, & les plus singuliers, qu'il m'ait été possible de rassembler des quatre Parties du Monde, toujours conjointement avec leurs représentations, gravées aussi artistement que l'art a pu le permettre, en figure & en grandeur naturelles. Ce Tome renfermera encore des Végétaux Exotiques peu communs, & plusieurs autres Raretés qui y seront parsemées çà & là.

Dans le troisieme Tome, sera contenu tout ce que l'Océan produit de plus curieux, Plantes marines, Mousses, Hérissons marins, Etoiles, Soleils de mer, Coquillages &c: Des montres de Fossiles Etrangers, comme de Mines d'Or, d'Argent, de Cuivre, d'Etain, de Plomb, de Fer &c: Des Pierres de figures diverses & singulieres: Des Bois qu'on tire des entrailles de la terre, des Coquilles, des Pétrifications, & semblables Raretés qu'on regarde être des restes du Déluge universel, & qu'on a ramassé dans les Grandes & les Petites Indes, & en d'autres Païs fort éloignés.

Enfin le quatrieme Tome traitera des Reptiles, des Insectes terrestres & aquatiques, rassemblés de toutes parts à grands fraix & peines; avec leurs figures, la description de leurs nids, de leur génération, &c.

Dieu veuille que cette entreprise tourne à sa gloire & au bien des hommes! Ce qui est le principal ou plutôt l'unique but que je me suis proposé en publiant cet Ouvrage.



AUTHORI

Locupletissimum Rerum Naturalium Thesaurum

edenti

FELICITATEM!



Enex, sepulchro proximus, efferat
Elapsa retrò tempora; sentiens
E virium languore, quantùm
Prævaleat Senio Juventus.

Nos jure nostros præferimus dies,
Senile mundi tempus, origini;
Aevi valorem haud metientes
Corporis, ast animi, vigore.

Ut balbus acri judicio Puer
Rerum perito est inferior Sene;
Sic Orbis ætas ultima arte
Exsuperat studioque primam.

Negasne? Profert Amsteliis Tibi
Testes ab oris innumeros SEBA,
Opus superbis universæ
Divitiis Physices repletum.

Opus stupendum, quod Veterum sibi
Ætate nunquam par habuit; cui,
Quæcunque Majorum supersunt
In Physicis monumenta, cedunt.

Opus, minuto cuncta volumine,
Quæ fudit almo prodiga de sinu
Natura, sculptas arte vitam
Per Tabulas imitante, sistens.

Suos Vetustas invida Plinios,
Et Ælianos, & Sophiæ Ducem
Jactet Stagiriten, celebres
Historiæ Physicæ Magistros!

Ex mille nobis sufficit unicus,
Æterna nostri gloria seculi,
ALBERTUS, *hac in parte Solus*
Qui Veteres superavit omnes.

ALBERTUS, *inquam! Divite qui manu*
Occasionem corripiens datam,
Totam suas Naturam in ædes,
Lamechidi similis, coëgit.

Non Ille nostri divitiis Soli
Contentus, omnes, quas acus indicat,
Orbis plagas excussit, ausum
Oceani Domino juvante.

Tanti laboris, tam variæ fuit
Curæ, supremi munera Numinis
Legisse, Thesaurumque, cujus
Nunc specimen datur, aggregâsse!

Sic Africanas, sic Asiaticas,
Orbisque largo quas gremio Novus
Profert, opes Europa lustrans
Heic propriis stupefacta confert.

Seu

Seu Te, quod imis, Fossilium *genus,*
Terræ sepultum visceribus latet,
Delectet; immensam SEBANA
Materiem Tibi Gaza fundit.

Exoticorum seu Vegetantium
Te cura verset nobilis; huc ades!
Heic stirpium rarissimarum
Ampla Tibi seges apparatur.

Quin & docebit Te SEBA *candidus,*
Cutim tenellam glubere frondium,
Et fructuum extricare villos,
Ut fabricam videas stupendam.

Sed parva dixi: namque, Hominis mage
Propinqua stirpi, gens Animantium,
Quæ cura SEBAE *congregavit,*
Exsuperat numerum modosque.

Quis hîc canendi principium eruat?
Tantâve dignum materie ordinem?
Diversitati multitudo
Juncta rudem reprimit Poëtam.

Tibine primas, Simie! deferam?
Natura nostram cui faciem ferè,
Gestusque, finxit; Nos ut inter
Brutaque quid medii daretur.

Utrumne moles principium dabit?
Immanis ergo tunc Elephas chorum
Ducet, suâ cum prole, cujus
His specimen datur in Tabellis.

Nili sequetur fluminis Incola,
Malignitatem cui SEBA, *creditam*
Priscis, ademit lacrymasque
Ante neces Hominum profusas.

Hinc est, quod audax hujus ab ovulo
Scrutatus ortum, lentaque Bestiæ
Augmenta, demonstrare primus
Tam nitidis valeat figuris.

Duci Lacertas jungere ceteras
Juvabit; inter quas Tua, Cordyle!
Spectabilem Te cauda reddit,
Mille gyris sinubusque crispa.

Quid? si Lacertas excipiat genus
Chamæleontum, perfidiæ malum
Exemplar; & sensura nostras,
Non Veterum, Salamandra, flammas.

Addamne deinceps, qui propè tertiam
Totius implent, Aspidum & Anguium
Exercitus, & Viperarum,
Haud alibi numerosiores?

Omnes at horum quis species queat,
Et mille pictas exuvias modis,
Escasque, diversumque digno
Ingenium celebrare versu?

Tu, quisquis isthæc non nihili facis,
Fontes ad ipsos i potius! Dabit
Serpentium quævis supremi
Indicium Tibi Conditoris.

At quò Sciuros, quò referam Canes,
Feles, Lacertas, cætera? Quæ datis,
Instar Volucrum, utuntur alis,
Nixa simul pedibus quaternis.

Et quo vel ipſas conſtituam loco,
Quas uſus alæ pernicis omnia
Prætervehit, ſuaviſſimarum
Aërias Avium cohortes?

Jactat loquelam Pſittacus æmulam
Noſtræ; canori gutturis Oſcines
Dulciſſimum jactant tremorem;
Omnigenos aliæ colores.

Omitto Nidos, quos ſoboli ſuæ
Lectâ parentes materie, in locis
Accommodatis, mille formis,
Arte parant Homini negata.

Forſan Volantûm Te ſuperaddere
Genti liceret, Papilio, Tuis
Parentibus qui gratus, horum,
Non propriam, ſpeciem propagas.

O! quam ſtupendis Te peperit modis;
O! quot colorum non imitabili
Natura Te fulgore pinxit,
Verme licet rudiore natum!

Sed reſtat ingens Quadrupedum cohors,
Inter priores quam ſpecies decet
Locare: numquid reſtat Hyſtrix,
Cardiaco celebris lapillo?

Et, quem ſagittis impenetrabili
Natura circum tegmine muniit,
Tatu; &, cui Formica fraude
Capta famem levat, alter Urſus.

O! quot Rubetæ, quot mihi Glirium
Murûmque claſſes, & quot ab exteris
Teſtudines oris ſuperſunt,
Ordine quæque ſuo locandæ!

Primus merebat præ reliquis cani
Feris Philander, ſollicitiſſimæ
Imago matris, ventre fiſſo
Qui catulos fovet atque nutrit.

Sed hanc & ambit Rana loquax ſedem;
Non illa noſtri climatis incola,
Exuta Piſcem quæ deinceps
Rana manet, moriturque Rana.

Te Rana! Gazæ, Te volo, gloria
Princeps SEBANAE, *quæ vario gradu*
E Piſce naſcens Rana Piſcis
Poſt veterem repetis figuram.

Philoſophiam Pythagoræ Tua
Nobis adumbrat mobilitas. Age!
Hinc ordiamur! Rana filum
Hiſtoriæ prior inchoabit.

Sed oh! quid illâ, quid video tremens,
Pictum in tabellâ? Colla quod arrigit
Ex unico ſeptena trunco,
Quæque ſuo metuenda rictu.

Abnorme monſtrum, progeniem Stygis
Abominandam, Muſa videns riget,
Lyramque dextrâ præ timore
Excutiens, ſtupefacta finit.

Lugduni Batav.
17 1/9 33.

Mutuæ legibus Amicitiæ obſequioſus
cecinit
H. D. GAUBIUS.
Ch: L. L.

Op

Op den

SCHAT-KAMER

Van

NATUURLYKE ZAKEN,

Van den HEERE

ALBERTUS SEBA,

Lidt van de Keizerl. Leopold. Carolin. Akademie; van de Koninkl. Groot-Britann. Societeit, en van de Akademie der Wetenſchappen te Bologne.

Eminet in minimis maximus ipſe Deus.

DIe 't luſt Gods wond'ren te beſchouwen,
En zyn gedugte mogentheid,
Wiens Lof de Schepzelen ontvouwen,
Zo verr' het Aardryk zich verſpreid;
Hoeft 't oog alleen niet na den Hemel,
Na Starren, Maan en Zon te ſlaan,
Maar ziet zyn wenſch by 't aards gewemel
Van duizend Schepzels haaſt voldaan;
Die ieders aandagt na zig trekken
Wanneer men hen te regt betragt,
En als zo veel getuigen ſtrekken
Van de onnaſpeurlyke Opper-magt.
Dit zal Heer SEBA ook ontleden,
Nu hy ons 't Kabinet ontſluit
Van zo veel vreemde wonderheden,
En toont wat al uit de aarde ſpruit;
Hoe heerelyk de *Planten* bloejen,
Door ted're vezeltjes gevoed;
Hoe wonderlyk de *Vrugten* groejen,
Daar ieder voor verſtommen moet;
En hoe de Bergen *Mineralen*
Opgeven uit een diepe grip;
Of hoe de gloejende *Koralen*
Ontſpruiten uit een ſteenen Klip:
Of wat al in de diepe gronden,
Of aan het ſtrand der zilte Plas,
By ieder Landſchap word gevonden,
't Zy *Hoorens*, *Schelpen*, of *Gewas*.
Of hoort men van de *Dieren* ſpreken,
Hoe wonder ieder na zyne aart
De jongen teelt en weet te kweken,
't Is de aandagt over dubbelt waard!
Hoe *Krokkedillen*, ſnode *Slangen*,
De *Hagedis*, *Kamelion*,
Het leven uit een Ey ontfangen,
Dat uitgebroeid word door de Zon.
En hoe Natuur niet is gedwongen,
Maar 't Schepzel teelt, na 't haar behaagt,
Blykt uit de *Pipal*, die haar jongen
Als op den rug ter wereld draagt.

** ****

En

En wie verſtomt niet, die de *Wormen*,
Die eerlang kropen, tot de vlugt
Met vleugelen haaſt ziet hervormen,
En ſnorren door den ruime lugt?
Of hoe een *Rups* ſchynd voor onze oogen
Te ſterven, in een *Pop* verkeert,
Daar een *Kapel* uit komt gevlogen,
Met wonder kleuren geſchakeert?
Met kleuren, die 't gezigt verdoven,
En 't oog verwarren door haar gloed,
Wier rang de Kunſt verr' gaat te boven,
Die voor Natuur dus zwigten moet.
Wie kan dit onverrukt beſchouwen!
En buigt niet voor den Schepper neêr?
Wie! wie zal hem den Lof onthouwen!
Die 't al gemaakt heeft tot zyne Eer.
Leer hier dan, dwaze God-verzaker,
Die alles ſtelt als by geval,
De hand erkennen van den Maker,
En Onderhouder van 't Heel-al!
Of kan 't verſteende hart niet buigen
Door 't zien van zo veel wonderheên?
Heer SEBA weet u te overtuigen
Door mond en pen, met zagte reên;
Doorzoek ſlegts deez' geleerde Bladen,
Daar ieder zin met zo veel kragt
U tot een ziels behoud zal raden,
Te bukken voor Gods hoge magt;
Daar zult gy uit de Schepzels leren,
Hoe dat men moet den Schepper eeren.

J. A. van Orsoy.



INDEX

INDEX
RERUM NATURALIUM,

quæ in

Tomo primo hujus Operis continentur.

TABLE
DE
CURIOSITEZ NATURELLES,

Contenus dans le premiere Volume de cet Ouvrage.

TAB. I.

Num. 1. *Sceleton piri*, Signora *dicti*
Squelette de la Poire, nommée *Signora*. Pag. 1
2. *Sceleton piri majoris.*
Squelette d'une plus grosse Poire. 2
3. *Sceleton mali Struthei.*
Squelette d'un Coin. *ibid.*
4. *Sceleton mali acidi.*
Squelette d'une Pomme aigre. 3
5. *Sceleton mali dulcis.*
Squelette d'une Pomme de paradis. *ibid.*
6. *Sceleton Persici.*
Squelette d'une Pesche. *ibid.*
7. *Os Persici.*
Noyau de Pesche. 4
8. *Sceleton mali Armeniaci.*
Squelette d'un Abricot. *ibid.*
9. *Sceleton Pruni Citrini majoris.*
Squelette d'une très-grosse Prune. 5
10. *Sceleton Fungi terrestris.*
Squelette d'un Champignon Terrestre. *ibid.*

TAB. II.

Num. 1, 2. *Sceleta binarum Raparum, mense Majo cretarum.*
Squelettes de deux Raves, venues dans le mois de Mai. 6
3. *Hordeum cum fructu.*
Orge, avec son grain. *ibid.*
4. *Radix Scorzoneræ fibrata.*
Racine de Scorzonere. 7
5. *Radix Becabungæ, officinalis, aquaticæ, folio subrotundo.*
Racine de Berle aquatique, à feuilles ovales. *ibid.*
6. *Extremus ramulus radicis arboris Piri.*
Dernier rameau de la racine d'un poirier. 8

TAB. III.

Num. 1. *Cucullus naturalis Americanus.*
Capuchon naturel d'Amerique. *ibid.*
2, 3. *Libellus ex corticibus radicis Malvæ Japonicæ, in sceleton redactis, compositus.*
Petit Livre, fait d'Ecorces de racines de Mauve du Japon, reduites en Squelette. 9
4. *Exuviæ Calicum Malvæ Japonicæ.*
Depouilles de fleurs épanouïes d'une Mauve du Japon. *ibid.*
5, 6. *Sceleton fructus Americani*, Jupina *dicti*.
Squelette d'un fruit d'Amerique, nommée *Jepina*. *ibid.*
7—10. *Fructus* Quapeba *Americanus.*
Fruit d'Amerique, nommée *Quapeba*. 10
11. *Sceleton folii Clinopodii rosii Alpini.*
Squelette d'une feuille de *Clinopodium* des Alpes. *ibid.*

TAB. IV.

Num. 1. *Sceleton folii Hederæ arboreæ vulgaris.*
Squelette d'une feuille d'arbre de Lierre commun. *ibid.*
2. *Sceleton folii Hederæ arboreæ majoris.*
Squelette d'un très-grande feuille d'arbre de Lierre. 11
3. *Sceleton folii Mali Assyriæ.*
Squelette d'une feuille de Citron. *ibid.*
4. *Sceleton folii Citri.*
Squelette d'une feuille de Citronier. *ibid.*
5. *Sceleton folii Populi nigræ.*
Squelette d'une feuille de Peuplier Noir. 12
6. *Sceleton folii Mali Armeniacæ.*
Squelette d'une feuille d'Abricotier. *ibid.*
7. *Sceleton folii Mali vulgaris.*
Squelette d'une feuille de Poirier ordinaire. *ibid.*

Num. 8. *Exuviæ inferiores folii Malini.*
Depouilles inferieures d'un Poirier. *ibid.*
9. *Sceleton folii Piri majoris.*
Squelette d'une feuille d'une plus grosse Poire. *ibid.*
10. *Folium Hederæ arboreæ, in sceleton quidem redactum, sed membranis suis etiamnum tectum.*
Feuille d'un Lierre, reduite en squelette, mais couverte encore de ses membranes. *ibid.*

TAB. V.

Num. 1. *Sceleton folii Quercûs.*
Squelette d'une feuille de Chêne. 13
2. *Sceleton folii Rosæ pallidæ.*
Squelette d'une feuille de Rose pâle. *ibid.*
3. *Sceleton folii Smilacis Africanæ.*
Squelette d'une feuille d'If d'Afrique. *ibid.*
4. *Sceleton folii Tiliæ.*
Squelette d'une feuille de Tilleul. 14
5. *Sceleta foliorum Lauri.*
Squelettes de feuilles de Laurier. *ibid.*
6. *Sceleton folii Jasmini vulgaris, flore albo.*
Squelette d'une feuille de Jasmin blanc commun. *ibid.*
7. *Sceleton folii separati Jasmini vulgaris.*
Squelette d'une feuille separée de Jasmin commun. *ibid.*
8. *Sceleton folii Juglandis.*
Squelette d'une feuille de Noyer. *ibid.*
9. *Sceleton folii Piri*, Signora *dicti*.
Squelette d'une feuille de la poire, nommée *Signora*. *ibid.*
10. *Sceleton folii Fagi.*
Squelette d'une feuille de Hestre. *ibid.*

TAB. VI.

Num. 1. *Sceleton folii* Massoy, *ex Nova Guinea.*
Squelette d'une feuille de *Massoy* de la nouvelle Guinée. 15
2. *Sceleton folii Aphacæ, Americanæ.*
Squelette d'une feuille de Pissenlit d'Amerique. *ibid.*
3. *Sceleton folii* Gilala *Amboinensis.*
Squelette d'une feuille de *Gilala* d'Amboine. 16
4. *Sceleton folii* Nati-Schambu.
Squelette d'une feuille de *Nati-Schambu*. *ibid.*
5. *Sceleton folii* Bem-Schetti *Orientalis.*
Squelette d'une feuille de *Bem-Schetti* Oriental. *ibid.*

TAB. VII.

Num. 1. *Apocynum Portoricense.*
Apocynum de Porto-Rico. 17
2. *Nux Americana.*
Noier d'Amerique. *ibid.*
3. *Sisyrinchium Æthiopicum.*
Lilas d'Ethiopie. *ibid.*

TAB. VIII.

Num. 1. *Narcissus Illyricus Liliaceus.*
Narcisse d'Illyrie, ressemblant au Lys. *ibid.*
2. *Xiphion angustifolium, flore ex lateritio rubro & viridi versicolore.*
Xiphion à feuilles étroites, à fleurs couleur de brique, rouge & verte, & changeante. 18
3. *Xiphion latifolium, caule donatum, flore atropurpurante.*
Xiphion, à feuilles larges, avec sa tige & à fleurs d'un pourpre obscur. *ibid.*
4. *Xiphion*, Porcellana *dictum.*
Xiphion, dit *Porcelaine*. *ibid.*
5. *Elleborine prima recentiorum.*
L'Elleborine premiere des modernes. *ibid.*

I N D E X.

TAB. IX.

Num. 1. *Euphorbium Afrum, spinosum.*
Euphorbe d'Afrique, épineux. 18
2. *Folium ejusdem Euphorbii magnitudine sua naturali.*
Feuille de cet Euphorbe dans sa grandeur naturelle. *ibid.*
3. *Ficus Aizoides Africana, minor, multicaulis.*
Figue d'Afrique, toujours verte, petite, à plusieurs tiges. *ibid.*
4. *Chamæcrista Pavonis Brasiliana.*
Petite Creste de Paon du Bresil, avec une gousse singuliere. *ibid.*
5. *Cistus, folio Halimi, fœmina.*
Ciste femelle, à feuilles d'Halime. 19

TAB. X.

Num. 1. *Planta Ceilanica*, Acmella *dicta.*
Acmella de Ceylan. *ibid.*
2. *Binæ Serpentulæ concinnæ ex insula Ceilon.*
Deux jolis Serpens bien marquez de l'Isle de Ceylan. *ibid.*

TAB. XI.

Num. 1. Acmella *Ceilanica altera.*
Autre *Acmelle* de Ceylan. 20
2. *Binæ Serpentulæ Ceilanicæ, pulcherrimè circulatæ.*
Deux petits Serpens, parfaitement arrondis, de Ceylan. *ibid.*

TAB. XII.

Num. 1 & 3. *Planta Africana, tuberosa & bulbosa, Hyacintho affinis.*
Plante d'Afrique, bulbeuse, approchant du Hyacinthe. *ibid.*
2. *Flosculi plantæ præcedentis.*
Les fleurs de Plante précédent. *ibid.*
3. *Serpens Africana crocea.*
Serpent d'Afrique jaune. 21

TAB. XIII.

Num. 1. *Lycium Indicum, spinis quaternis ad foliorum exortum.*
Lycium des Indes, à quatre Epines croisées à la tige des feuilles. *ibid.*
2. *Phyllanthus Americana.*
Phyllanthos d'Amerique. *ibid.*
3. *Cistus Ladanifera Hispanica.*
Ciste d'Espagne, qui porte le *Ladanum.* *ibid.*
4. *Thlaspidium fruticosum, folio Leucoji, semperflorens.*
Thlaspi, produisant quantité de rejettons à fleurs de Violier blanc, toujours verdoïant & fleuri. 22

TAB. XIV.

Num. 1. *Leonurus Capitis Bonæ Spei.*
Leonurus du Cap de Bonne-Esperance. *ibid.*
2. *Lacertus Africanus concinnus; mas.*
Lezard d'Afrique Amphibie. *ibid.*
3. *Lacerta Africana, prioris fœmina.*
Lezard d'Afrique, femelle du précédent. *ibid.*
4. *Serpens Africana, ab Hottentottis* Sibon *dicta.*
Serpent d'Afrique, nommée *Sibon* par les Hottentots. *ibid.*
5. *Papiliones duo promontorii Bonæ Spei, de Leonuri floribus escam quærentes.*
Deux Papillons du Cap de Bonne-Esperance, qui se nourrissent des fleurs du Leonurus. *ibid.*

TAB. XV.

Num. 1. *Pseudo-Acacia vulgaris; sive Acacia Americana spinosa.*
Faux-Acacia commun; ou Acacia d'Amerique epineux. 23
2. *Serpens Americana corallina.*
Serpent d'Amerique couleur de Vermillon. *ibid.*
3. *Serpens Africana elegantissima.*
Serpent d'Afrique, marqué d'une maniere admirable. *ibid.*

TAB. XVI.

Num. 1. *Camomilla Africana, flore luteo, aphyllo, minore, erecta.*
Camomille d'Afrique, droite, à petites fleurs jaunes. *ibid.*
2. *Planta, è semine, ex Africa delato, excreta.*
Plante, venue de la graine, qui avoit été envoïée d'Afrique. 24
3. *Bellis Capitis Bonæ Spei Aquatica, Camphorata.*
Marguerite Aquatique du Cap de Bonne Esperance, sentant le Camphre. *ibid.*
4. *Bellis Africana, flore albo minore.*
Marguerite d'Afrique, à petites fleurs blanches. *ibid.*
5. *Campanula Africana humilis, pilosa.*
Clochette d'Afrique, basse, velue. 25

TAB. XVII.

Num. 1, 2. *Lilio-Narcissus, Polyanthos, flore incarnato.*
Lilio-Narcisse, avec plusieurs fleurs, à fleur incarnate. *ibid.*
3. *Lilio-Narcissus Japanicus, rutilo flore.*
Lilio-Narcisse du Japon, à fleur d'un roux ardent. *ibid.*
4. *Colutea Æthiopica, flore Phœniceo.*
Colutea d'Ethiopie, à fleur d'un rouge éclatant. 26

Num. 5. *Leucojum Africanum majus, cæruleo flore.*
Très-grand Violier d'Afrique, à fleur bleue. *ibid.*

TAB. XVIII.

Num. 1. *Ficoides Africana humilis, non ramosa, &c.*
Ficoides d'Afrique, rampante, sans rameaux. *ibid.*
2. *Ficoides Africana, Chamæcisti foliis teretibus.*
Ficoides d'Afrique, à feuilles grêles de petit Ciste. *ibid.*
3. *Ketmia Ceilanica urens.*
Ketmia de Ceylan, brûlante. 27
4. *Geranium Capense, tota facie hirsutum.*
Bec-de-Grue du Cap, entierement herissé. 28

TAB. XIX.

Num. 1. *Ficus Indica, seu Opuntia Curassavica major.*
Figue des Indes, ou Opuntia de Curaçao, très-grande. *ibid.*
2. *Euphorbium, Cerei effigie.*
Euphorbe, fait en cierge. 29
3. *Aloë Africana.*
Aloës d'Afrique. *ibid.*
4. *Hyacinthus Africanus.*
Hyacinthe d'Afrique. *ibid.*
5. *Ficoides Africana major, flore flavo.*
Ficoides d'Afrique grande, à fleur jaune. *ibid.*
6. *Ficoides Africana major, procumbens, triangulari folio.*
Ficoides d'Afrique couchée, à feuille triangulaire. *ibid.*
7. *Vipera Africana*, de Nepa *dicta.*
Vipere d'Afrique, nommée *de Nepa.* 30

TAB. XX.

Num. 1. *Erica Africana, calyce lanuginoso.*
Bruyere d'Afrique, à calice cotoneux. *ibid.*
2. *Erica Africana pumila, Coris folio.*
Bruyere d'Afrique, à feuille de Millepertuis. *ibid.*
3. *Erica Africana fruticosa, foliis minimis.*
Bruyere d'Afrique, rejettoneuse, à très-petites feuilles. *ibid.*
4. *Erica fruticosa, Capensis, pilosa.*
Bruyere du Cap, rejettoneuse, velue. 31

TAB. XXI.

Num. 1. *Erica Africana, Abietis folio longiore & tenuiore.*
Bruyere d'Afrique, à feuille plus longue & plus deliée que celle du Sapin. *ibid.*
2. *Erica Africana, frutescens, Juniperi folio.*
Bruyere d'Afrique, qui croît en arbre, à feuille de Genevrier. 32
3. *Erica Africana, glabra, fruticosa, Coris folio.*
Bruyere d'Afrique, lisse, rejettoneuse, à feuille de Millepertuis. *ibid.*
4. *Erica Africana angustifolia, glabra, foliis longis.*
Bruyere d'Afrique, à feuilles étroites, lisse, à fleurs pendantes. *ibid.*

TAB. XXII.

Num. 1. *Jacobæa Capensis, angustifolia, flore luteo.*
Jacobée du Cap, à feuille étroite, à fleur jaune, 33
2. *Jacobæa Capensis, flore purpureo, &c.*
Jacobée du Cap, à fleur pourpre, &c. *ibid.*
3. *Jacobæa Capensis, Malvæ folio.*
Jacobée du Cap, à feuille de Mauve. 34
4. *Jacobæa Africana, frutescens.*
Jacobée d'Afrique, croissant en arbre. *ibid.*
5. *Jacobæa Ceilanica.*
Jacobée de Ceylan. *ibid.*
6. *Ricinoides Africana, arborescens.*
Ricinoides d'Afrique, qui croît en arbre. 35
7. *Centaurium Capense minus.*
Centaurée du Cap. *ibid.*
8. *Xeranthemum Africanum montanum.*
Xeranthemum d'Afrique, qui vient dans le montagnes. 36
9. *Ramnus Americana.*
Noirprun d'Amerique. *ibid.*
10. *Oxys Africana trifolia.*
Alleluia d'Afrique, bulbeux, à trois feuilles. 37
11. *Oxys Africana, flore purpureo, &c.*
Alleluia d'Afrique, bulbeux, à fleur pourpre. *ibid.*
12. *Campanula Ceilanica.*
Clochette de Ceylan. *ibid.*

TAB. XXIII.

Num. 1. *Aculeosa Æthiopica.*
Aculeosa d'Ethiopie. *ibid.*
2. *Aster, seu Doronicum saxatile.*
Aster, ou Doronic des montagnes. 38
3. *Elichrysum peregrinum.*
Elichrysum étranger. *ibid.*
4, 5. *Ricinoides Africanus.*
Ricinoides d'Afrique. *ibid.*
6. *Genista Æthiopica.*
Geneſt d'Ethiopie. *ibid.*

TAB.

I N D E X.

T A B. XXIV.

Num. 1-6. *Genistæ Africanæ.*
Genestes d'Afrique. 38 &c.

T A B. XXV.

Num. 1. *Arbor Zagoe Amboinensis.*
Arbre Zagoe d'Amboine. 39
2. *Junci aquatici Indici Orient. singularis species.*
Espece singuliere d'un Jonc Aquatique des Indes. 41

T A B. XXVI.

Num. 1. *Ericu Americana.*
L'Ericu d'Amerique. *ibid.*
2. *Geranium maximum Ceilanicum.*
Geranium, ou Herbe Robert, très-grande, de Ceylan. 42
3. *Jasminum Catalonicum.*
Le Jasmin de Catalogne. *ibid.*
4, 5. *Orchis Brasiliensis.*
L'Orchis du Bresil. 43

T A B. XXVII.

Num. 1. *Cerasus Indica.*
Cerisier des Indes. *ibid.*
2. *Corylus Indiæ Orientalis.*
Coudrier des Indes Orientales. *ibid.*
3. *Rhamnus Americana.*
Le Noirprun d'Amerique. *ibid.*

T A B. XXVIII.

Num. 1. *Morus Papyrifera Japonica.*
Le Meurier, dit *Papyrifera Japonica.* 44
2. *Serpens Japonica, è regione Kokura.*
Serpent du Païs Kokura dans le Japon. 45

T A B. XXIX.

Num. 1. *Armodillo Americanus.*
Armodillo de l'Amerique. *ibid.*
2. *Urtica marina, Americana, singularis.*
L'Ortie Marine d'Amerique singuliere. *ibid.*
3. *Ulmi facie Arbuscula Æthiopica.*
Arbrisseau d'Ethiopie, ressemblant à l'Orme. 46
4. *Arbuscula Portoriccensis.*
Arbrisseau de Portoricco. *ibid.*
5. *Frutex Æthiopicus*, Alaterni *foliis.*
Arbrisseau d'Ethiopie, à feuilles d'Alaterne. *ibid.*
6. *Ficoides Afra erectior.*
Ficoides d'Afrique élevé. *ibid.*
7. *Asteriscus Lusitanus odoratus.*
Aster de Portugal odoriferant. 47

T A B. XXX.

Num. 1. *Canis sylvestris Americanus; caudâ longissimâ.*
Chien sauvage d'Amerique, dont la queuë est très-longue. *ibid.*
2. *Felis sylvestris Americanus, Tigrinus.*
Chat sauvage d'Amerique, ressemblant au Tigre. *ibid.*
3, 4. *Armodillo Africanus.*
Armodillo d'Afrique. *ibid.* & 48
5. *Avis Paradisiaca, cristata, Orientalis, rarissima.*
Oiseau du Paradis, Oriental, à Crête, très-rare. 48

T A B. XXXI.

Num. 1, 2. *Mus sylvestris Americanus*, Scalopes *dictus.*
Rat sauvage d'Amerique, nommé *Scalopes.* *ibid.* &c.
3. *Mus Africanus*, Kayopolin *dictus.*
Rat d'Afrique, nommé *Kayopolin.* 49
4-8. *Aliæ species Murium sylvestrium Americanarum.*
Autres especes de Rats d'Amerique. *ibid.* &c.
9. *Sceleton Muris domestici nostratis.*
Le Squelette d'un de nos Rats domestiques. 50
10. *Avicula*, de Quauhcilui *dicta.*
Petit Oiseau, appellé *de Quauhcilui.* *ibid.*

T A B. XXXII.

Num. 1. *Talpa alba nostras.*
Taupe blanche de nôtre Païs. 51
2. *Talpa rubra Americana.*
Taupe rouge d'Amerique. *ibid.*
3. *Talpa Virginianus niger.*
Taupe noire de Virginie. *ibid.*
4, 5. *Talpa Sibericus, versicolor*, Aspalax *dictus.*
Taupe de Siberie, variée de diverses couleurs, appellé *Aspalax.* *ibid.*
6. *Sceleton Talpæ nostratis.*
Squelette d'une Taupe de nôtre païs. 52
7, 8. *Duo fœtus Tigridis Ceilonicæ.*
Deux petits d'une Tigresse de Ceylan. *ibid.*

T A B. XXXIII.

Num. 1. *Cercopithecus Americanus minor*, Monkie *dictus.*
Singe d'Amerique, petit, nommé *Monkie.* *ibid.*
2. *Tardigradus gracilis Americanus.*
L'Animal Paresseux d'Amerique, au corps grêle. 53
3. Cusnoky, *seu Camphora Japonica, vera.*
Cusnoky, ou le veritable Arbre du Japon, qui produit le Camphre. *ibid.*

Tom. I.

Num. 4. *Tardigradus Ceilonicus catulus.*
L'Animal, dit le Paresseux de Ceylan; un des petits. 54
5. *Vipera Ceilonica*, Æhætulla *dicta.*
Vipere de Ceylan, nommée *Æhetulla.* *ibid.*
6. *Serpens Ceilonica, putida*, Hotambœia *dicta.*
Serpent de Ceylan, appellé *Hotambœia.* *ibid.*

T A B. XXXIV.

Num. 1. *Tardigradus Ceilonicus.*
Paresseux de Ceylan. *ibid.*

T A B. XXXV.

1, 2. *Tardigradus Ceilonicus, Simii species.*
Paresseux de Ceylan, espece de Singe. 55
3. *Ricinus dulcis, arborescens, Americanus.*
Ricin doux d'Amerique, croissant en arbre. 56
4. *Serpens* Rotange *Ceilonensis.*
Serpent de Ceylan, dit *Rotange.* *ibid.*

T A B. XXXVI.

Num. 1. *Philander, Opassum, seu Carigueja, Brasiliensis.*
Philander, Opassum, ou Carigueja du Bresil. *ibid.*
2. *Philander Americanus, cum catulis, saccum ventris intrantibus.*
Philander d'Amerique, avec ses petits, entrant dans le sac du ventre. 57
3. *Carigueja junior, cum sacco aperto.*
Carigueja plus jeune, avec son sac ouvert. *ibid.*
4. Tlaquatzin, *seu* Tai-Ibi *Brasiliensibus dicta.*
Tlaquatzin, appellée par les Brasiliens *Tai-Ibi.* *ibid.*
5. *Serpens Americana, maximo in honore habita.*
Serpent d'Amerique fort estimé des Curieux. 58
6. Quatoztli, *seu avicula, Carduelis, minor, Brasiliensis.*
Quatotzli, ou petit oiseau, petit Chardonneret du Bresil. *ibid.*
7. *Ramus Arboris Ferri, Americanæ, cum foliis & floribus.*
Rameau de l'Arbre de Fer, venu d'Amerique, avec les feuilles & les fleurs. *ibid.*
8. *Ramus Arboris Americanæ, Cytisi dicta, cum foliis, flore & fructu.*
Branche d'Arbre d'Amerique, nommée Cytise, avec les feuilles, la fleur, & le fruit. 59
9. *Ramulus Arboris Myrobalaniferæ, Chebulæ, Americanæ.*
Rameau d'Arbre, qui porte le Myrobalan, dit Chebula en Amerique. *ibid.*
10. Acacia, *seu* Ungue de Gato, *formâ* Katonconnæ.
Acacia, ou *Ongle de Gato*, à figure de *Caton-Conne.* *ibid.*

T A B. XXXVII.

Num. 1. *Serpens Indiæ Orient.*, Nintipolonga *dicta.*
Serpent des Indes Orient., dit *Nintipolonga.* *ibid.*
2. *Tamandua, Murmecophaga, Americana.*
Tamandua, Murmecophage, d'Amerique. 60
3. *Tamandua Americana altera.*
Tamandua d'Amerique, differente de la premiere. *ibid.*
4. *Avis Colubri, omnium minima, Americana*, Thaumantias *dicta.*
L'Oiseau, ou Colubri, d'Amerique, le plus petit de tous, dit *Thaumantias.* 61
5. *Genistella aculeata, Africana, minor, Ericæ folio.*
Petit Genest, à pointe, d'Afrique, à feuille de Bruyere. *ibid.*
6. *Marum Africanum villosum.*
Marum d'Afrique, velu. *ibid.*

T A B. XXXVIII.

Num. 1. *Philander Orient., cum catulis suis, in sacco ventris hærentibus.*
Philander Orient., avec ses petits dans le ventre. *ibid.*
2. *Armodillo Orient., loricâ osseâ toto corpore tectus.*
Armodillo Orient., couvert par tout le corps d'un bouclier osseux. 62
3. *Armodillo minor, convolutus.*
Armodillo petit, ramassée. *ibid.*
4. *Psittacus Orient. exquisitus*, Loeri *dictus.*
Perroquet d'Orient, nommée *Loeri.* 63
5. *Avis Regia, seu Paradisiaca, minor, Amboinensis.*
Oiseau Royal, ou du Paradis, petit, d'Amboine. *ibid.*
6. *Avis Amboinensis*, Calatti *dicta, formosissima.*
Oiseau d'Amboine, nommée *Calatti*, d'une grande beauté. *ibid.*
7. *Folia Belillæ Orientalis.*
Feuilles de Belilla Orientale. 64
8. *Folia* Valli Cari Capœli, *arboris Indicæ.*
Feuilles du *Valli Cari Capœli*, Arbre des Indes. *ibid.*

T A B. XXXIX.

Num. 1. *Philander maximus Orientalis; fœmina.*
Philander femelle Orient. très-grande. *ibid.* &c.

T A B. XL.

Num. 1. *Tamandua, Guacu, Brasiliensis, seu Ursa Formicaria.*
Tamandua, Guacu, du Bresil, ou l'Ourse, qui mange les fourmis. 65
Num. 2. *Tamandua Mexicana*, Yzquiepatl, *seu Vulpecula dicta.*
Tamandua du Mexique, nommée *Yzquiepatl*, c'est-à-dire petit Renard. *ibid.*

* * * * *

3. Ich-

INDEX.

TAB. XLI.

Num. 1. *Ichneumon, seu Vulpecula Ceilonica.*
Ichneumon, ou petit Renard de Ceylan. ibid.
2. *Cuniculus Americanus.*
Lapin d'Amerique. 67
3. *Sciurus volans; mas.*
Ecureuil volant; mâle. ibid.
4. *Talpa maculata Ooft-Frisia.*
Taupe tachetée d'Ooft-Frise. 68

TAB. XLII.

Num. 1. Ichneumon *de* Yzquiepatl, *seu Vulpecula Americana, quæ colore* Maizium *torrefactum æmulatur.*
Ichneumon de *Yzquiepatl*, ou petit Renard d'Amerique, dont la couleur ressemble à celle du *Mayz* brûlé. ibid.
2. Quanhpecotli, *seu Felis montana, Americana.*
Quanhpecotli, ou Chat sauvage, d'Amerique. ibid.
3. Mazame, *seu Cervus cornutus ex Nova Hispania.*
Mazame, ou Cerf de la Nouvelle Espagne, partant son Bois. 69
4. *Cervus* Macatlchichiltic, *sive* Temamacama *dictus.*
Cerf, qu'on nommée *Mocatlchichiltic*, ou *Temamacama.* ibid.
5. *Avis* Nochtototl, *colore Passeris Hispanici.*
Oiseau *Nochtototl*, qui est de la couleur du Moineau en Espagne. ibid.
6. *Avicula Mexicana, seu* Hoitzillin.
Petit Oiseau du Mexique, ou *Hoitzillin.* 70

TAB. XLIII.

Num. 1. *Cerva parvula ex Guinea, rubida, sine cornibus.*
Petite Biche, de Guinée, rougeâtre, sans cornes. ibid.
2. *Cervus juvencus, pergracilis, Africanus.*
Jeune Cerf d'Afrique, très-delié. ibid.
3. *Cervus juvencus, perpusillus, Guineensis.*
Jeune Cerf, très-petit, de Guinée. ibid.
4. *Vipera Naja, Ceilonica.*
Vipere de Ceylan, appellée *Naja.* ibid.
5. *Vipera Naja, Ceilonica, altera.*
Seconde Naja de Ceylan. ibid.

TAB. XLIV.

Num. 1. *Serpens Orient., diademate, vel perspicillo, faciem Hominis repræsentante, insignita.*
Serpent des Indes Orient., ornée d'une espece de bandeau, qui lui donne quelque ressemblance au visage de l'homme. ibid.
2. *Cervula Surinamensis, subrubra, albis maculis notata.*
Petite Biche de Surinam, rougeâtre, & marquetée de taches blanches. ibid.
3. *Sciurus Virginianus volans.*
Ecureuil de Virginie, qui vole. 72
4. *Scilla officinalis, marina, Callipolitana.*
Scille, des Boutiques, marine, de Gallipoli. ibid.
5. *Thallus Scillae, cum floribus.*
Tige de la Scille, avec ses fleurs. ibid.
6. *Cornu Capreoli Americani.*
Bois du Chevreuil d'Amerique. 73

TAB. XLV.

Num. 1. *Cervus Africanus, pilo rubro.*
Cerf d'Afrique à poil rouge. ibid.
2. *Monstrum biceps Cervi Africani.*
Cerf d'Afrique, monstrueux, à deux Têtes. ibid.
3. *Avis* Ani *Mexicana, caudâ longissimâ.*
L'Oiseau *Ani*, de Mexique, à longue queuë. ibid.
4. *Eruca nigra, spinis albis horrida.*
Chenille noire, herissée de pointes blanches. 74
5. *Mus Mexicanus maculatus.*
Rat du Mexique, tacheté. ibid.

TAB. XLVI.

Num. 1. *Hircus Curassavicus, cum capella, inter se concreti.*
Bouc du Curaçao, uni & accru à une petite Chêvre. ibid.
2. *Felis Americanus, catulus, monstrosus.*
Chat monstrueux d'Amerique, qui est un des petits. ibid.
3. *Avis Paradisiaca Ternatana.*
Oiseau de Paradis, nommée Ternatana. ibid.
4. *Tithymalus arboreus, Curassavicus,* Catini *folio.*
Tithymale de Curaçao, poussant en forme d'arbre à fleur de Fustet. 75

TAB. XLVII.

Num. 1. *Cercopithecus, Ceilonicus, seu Tardigradus dictus, major.*
Singe sans queuë, de Ceylan; ou l'Animal, nommé *Paresseux*, grand, mâle. ibid.
2, 3. *Sciurus rarissimus ex Nova Hispania, taeniis albis.*
Ecureuil, mâle, très-rare, de la Nouvelle Espagne, à taches blanches. 76
4. *Mus agrestis, Virginianus, albus.*
Rat sauvage blanc de Virginie. ibid.

TAB. XLVIII.

Num. 1. *Felis, capite acuminato, ex Nova Hispania.*
Chat, à tête pointuë, de la Nouvelle Espagne. ibid.
2. *Felis sylvestris, Tygrinus, ex Hispaniola.*
Chat sauvage, tacheté comme un Tigre, de la petite Espagne. 77

Num. 3. *Simiolus Ceilonicus.*
Petit Singe de Ceylan. 77
4. *Mustela Javanica.*
Belette de Java. ibid.
5. *Sciurus Americanus.*
Ecureuil d'Amerique. 78

TAB. XLIX.

Num. 1. *Erinaceus parvus nostras.*
Petit Herisson de nôtre Païs. ibid.
2. *Idem, supino in situ, subtus conspiciendus.*
Le même Animal couché sur le dos, pour être vu par dessous. ibid.
3. *Erinaceus Americanus albus.*
Herisson d'Amerique blanc. ibid.
4, 5. *Erinacei duo Siberici.*
Deux Herissons de Siberie. 79

TAB. L.

Num. 1. *Hystrix Orientalis cristata.*
Porc-Epi Oriental panaché. ibid.
2. *Aper Indicus Orient.,* Babi Roesa *dictus.*
Sanglier des Indes Orientales, nommé *Babi Roesa.* 80
3. *Caput osseum Apri praedicti.*
Tête Osseuse du Sanglier, qu'on nommé *Babi Roesa.* ibid.

TAB. LI.

Num. 1. *Porcus aculeatus, seu Hystrix, Malaccensis.*
Porc-Epi de Malacca. ibid.
2. *Porci aculeati Malaccenses, catuli.*
Deux petits de Porc-Epi, de Malacca. ibid.
3. *Lapis Porcinus Malaccensis.*
La Pierre de Porc, de Malacca. 82
4, 5. *Bini lapides ejusdem farinae, quarum prior auro inclusus est, alter nudus.*
Deux Pierres de la même espece, dont la premiere est enchassée dans l'or, & la seconde est nuë. ibid.
6. *Struthiocamelus Africanus, pullus.*
Autruche d'Afrique; un des petits. 83
7. *Avis ex Nova Hispania,* Yayauhquitototl *dicta.*
Oiseau de la Nouvelle Espagne, nommé *Yayauhquitototl.* 84

TAB. LII.

Num. 1. *Porcus aculeatus, sylvestris, Orientalis, singularis.*
Porc-Epi sauvage; ou Porc-Epi Oriental, singulier. ibid.
2. *Caudae Hystricis extremum, paniculatum.*
Le Bout de la queuë du Porc-Epi. 85
3. *Avis Paradisiaca, Orientalis, ex albo & nigro varia.*
Oiseau de Paradis, Oriental, varié de blanc & de noir. ibid.
4. *Serpens minor Americana, Corallina, maculata.*
Petit Serpent d'Amerique, de couleur vermeille, tacheté. ibid.

TAB. LIII.

Num. 1. *Serpens Americana arborea, singulari artificio picta, magni aestimata.*
Serpent d'Amerique, qui se tient sur les arbres, tacheté d'une maniere singuliere, & fort estimé. ibid.
2. *Ramus arboris Ligni Sancti, vel Guajaci.*
Branche de l'Arbre Gayac, ou Bois-Saint. 86
3. *Alcedo Americana, seu Apiastra.*
Alcyon d'Amerique; ou l'oiseau, qui se nourrit d'Abeilles. 87
4. *Avis* Chiltototl *America, Passeris species.*
Oiseau d'Amerique, nommé *Chiltototl*, espece de Moineau. ibid.
5. *Armodillus squamatus, major; seu Diabolus Tajovanicus Siamensium, ex insula Formosa.*
Grand Armodillo, couvert d'écailles, de l'Isle Formosa; ou le Diable de Tajova, ainsi nomme des Siamois. ibid.
6. *Tatu juvenis; seu Armodillus minor, Americanus.*
Jeune Tatu, ou petit Armodillo d'Amerique. ibid.
7. *Serpens Amphisbœna, Orientalis.*
Serpent à deux têtes Oriental. ibid.
8. *Serpens minor, Orientalis, caudâ acuminatâ.*
Petit Serpent Oriental, dont la queuë est terminée en pointe. 88
9. *Lacertus Americanus.*
Lézard d'Amerique. ibid.
10. *Locusta Americana.*
Sauterelle d'Amerique. ibid.

TAB. LIV.

Num. 1. *Armodillus squamatus, major, Ceilanicus, seu Diabolus Tajovanicus dictus.*
Armodillo de Ceylon grand, couvert d'écailles; ou l'Animal, nommé Diable de Tajova. ibid.
2. *Vipera Africana convoluta.*
Vipere d'Afrique, entortillée. 89
3. *Serpens Africana, ex insula Madera, cursu velocissima, ruffula.*
Couleuvre d'Afrique, de l'Isle Madere, roussâtre, & rampante extraordinairement vite. ibid.
4. *Serpens Africana,* Petola *dicta.*
Couleuvre d'Afrique, nommée *Petola.* ibid.

TAB. LV.

Num. 1. *Vespertilio, Cato similis, Americanus.*
Chauve-souris d'Amerique; mâle, semblable à un petit Chat. 90

2. *Vesper-*

INDEX.

Num. 2. *Vespertilio Americanus vulgaris.*
Chauve-souris commune d'Amerique. 90
3. *Vespertilionis Surinamensis pullus.*
Le petit d'une Chauve-souris de Surinam. 90
4. *Avis Americana,* Acolehichi *dicta, nigro-lutea.*
Oiseau d'Amerique, nommée *Acolehichi*, noir & jaune. *ibid.*
5. *Anguis Americanus elegans.*
Serpent d'Amerique gris. *ibid.*

TAB. LVI.

Num. 1. *Glis volans Ternatanus.*
Loir qui vole, de l'Isle Ternate. *ibid.*
2. *Vespertilio Ternatana; fœmina.*
Chauve-souris, femelle, de Ternate. 91
3. *Mas Vespertilionis præcedentis.*
Chauve-souris, mâle, de Ternate. *ibid.*
4. *Serpens Ternatana, eximiè maculata.*
Serpent de Ternate, magnifiquement tacheté. *ibid.*

TAB. LVII.

Num. 1. *Canis volans Ternatana, Orientalis; fœmina.*
Chienne Orientale, de Ternate, qui vole. *ibid.*
2. *Canis volans; mas.*
Chien qui vole. 92
3. *Avis germinis* Maizy de Miacatototl, *Brasiliensis.*
Oiseau, nommé par les Brasiliens *Maizy de Macatototl.* *ibid.*
4. *Avicula,* de Pipizton *dicta.*
Petit Oiseau, qu'on appelle *de Pipizton.* *ibid.*
5. *Serpens* Bali-Salan-Boekit, *Ternatana.*
Serpent de Ternate, nommé *Bali-Salan-Boekit.* *ibid.*

TAB. LVIII.

Num. 1. *Canis volans maxima, aurita, fœmina, ex Nova Hispania.*
Chienne, qui vole, de la Nouvelle Espagne, très-grande, & portant de longues oreilles. *ibid.*
2. *Felis volans Ternatana; fœmina.*
Chate de Ternate, qui vole. 93
3. *Mas animalis præcedentis.*
Chat, qui vole. *ibid.*

TAB. LIX.

Num. 1. *Avis* Kakatocha, *Orientalis, candidissima & sulphurea.*
Oiseau Oriental, hupé, d'une grande blancheur, & nommé *Kakatocha.* 94
2. *Avis de* Cocho, *Psittaci species, Mexicana, vario colore.*
Oiseau *de Cocho*, espece de Perroquet, du Mexique, orné de diverses couleurs. *ibid.*
3. *Avis Mexicana, magnitudine Passeris.*
Oiseau du Mexique, de la grandeur du Moineau. *ibid.*
4. *Avis* Picicitli, *Brasiliensis, minima.*
Oiseau du Bresil, très-petit, qu'on appelle *Picicitli.* 95
5. *Avis Americana Colubritis.*
Petit Oiseau d'Amerique. *ibid.*

TAB. LX.

Num. 1. *Avis Paradisiaca, Orientalis, nigra.*
Oiseau de Paradis, Oriental, noir. *ibid.*
2, 3. *Avis Paradisiaca, Orientalis, vario colore elegantissima.*
Oiseau de Paradis, Oriental, magnifique par la diversité de son plumage. *ibid.*
4. *Psittacus cristatus ex insula Boetonensi.*
Perroquet rouge, petit, portant une crête. 96
5. *Avicula de* Guitguit, *ex insula Cuba.*
Petit Oiseau *Guitguit*, de l'Isle de Cuba. *ibid.*
6. *Avicula de* Tatao, *Mexicana, variis coloribus picta.*
Petit Oiseau *Tatao*, peint de diverses couleurs. *ibid.*
7, 8. *Avicula Mexicana de* Chichiltototl.
Petit Oiseau du Mexique, qu'on appelle *Chichiltototl.* *ibid.*

TAB. LXI.

Num. 1. *Avis* Hoexototototl.
Oiseau, qu'on appelle *Hoexototototl.* *ibid.*
2. *Aquila minor, species Corvi,* Ytzquauhtli *dicta, ex Nova Hispania.*
Aigle de la Nouvelle Espagne, petite, espece de Corbeau, qu'on appelle *Ytzquauhtli.* *ibid.*
3. *Avis* Ocotzinitzcan, *Columbæ magnitudine.*
Oiseau, nommé *Ocotzinitzcan*, de la grandeur d'une Colombe. *ibid.*
4. *Mellivora Avis, cristata, ex Nova Hispania.*
Oiseau de la Nouvelle Espagne, suçant le miel des fleurs, & portant une longue queuë. *ibid.*
5. *Avis* Hoitzillin, Papilio *vocata, colore cœruleo & nigro venustissima.*
Oiseau, nommé *Hoitzillin*, ou *Papillon*, charmant par sa couleur bleue & noire. *ibid.*

TAB. LXII.

Num. 1. *Serpens* Phyticus, *Africanus, prodigiosus, ab indigenis Divino honore cultus.*
Serpent d'Afrique prodigieux, à qui les habitans Idolâtres rendent un culte Divin. *ibid.*
2. *Serpens* Phyticus, *Orientalis, alter,* Gerende *dictus.*
Autre Serpent Oriental, nommé *Gerende.* *ibid.*
3. *Avis Porphyrio, Amboinensis, seu Ardea rubra, Corallina,* Ibidis *species.*
Oiseau rouge d'Amboine, ou Heron d'un rouge de Corail, espece d'*Ibis.* *ibid.*

Num. 4. *Avicula Amboinensis canora.*
Petit Oiseau d'Amboine, d'un chant mélodieux. 99

TAB. LXIII.

Num. 1. *Avis Paradisiaca Aroesiaca, maxima; mas.*
Oiseau de Paradis, d'Aroës, mâle, très-grand, rougeâtre. *ibid.*
2. *Avis præcedentis fœmina.*
Oiseau de Paradis, femelle. *ibid.*
3. *Avis* Tsioei *Indica Orientalis.*
Oiseau *Tsioei* des Indes Orient. 100
4. *Alcedo Amboinensis, cristata.*
Alcyon mâle d'Amboine, qui porte une Crête. *ibid.*

TAB. LXIV.

Num. 1. *Avis* Ococolin, *seu Perdix montana, Mexicana.*
Oiseau, qu'on nomme *Ococolin*, ou Perdrix Montagnarde, du Mexique. *ibid.*
2. *Ardea Mexicana, seu Avis* Xoxouquihaactli.
Heron du Mexique, ou l'Oiseau, nommé *Hoxouquihaactli.* *ibid.*
3. *Ardea Mexicana altera.*
Autre Heron du Mexique. *ibid.*
4. *Avis* Cocho, *Psittaci Mexicani species.*
Oiseau *Cocho*, espece de Perroquet du Mexique. 101
5. *Merula Mexicana.*
Merle du Mexique. *ibid.*
6. *Pica Mexicana.*
Pie du Mexique. *ibid.*

TAB. LXV.

Num. 1. *Avis Mexicana grandis, rubra, Passeris species.*
Oiseau du Mexique, rouge & grand, qui est une espece de Moineau. *ibid.*
2. *Ardeæ Mexicanæ species singularis.*
Espece singuliere de Heron du Mexique. *ibid.*
3. *Avicula Mexicana, Cyaneo colore venustissima.*
Petit oiseau du Mexique, tout-a-fait joli par sa couleur, qui est d'un bleu-celeste. 102
4. *Turdus niger Mexicanus.*
Grive noire du Mexique. *ibid.*

TAB. LXVI.

Num. 1. *Pica Brasiliensis.*
Pie du Bresil. *ibid.*
2. *Cuculus Brasiliensis, venustissimè pictus.*
Coucou du Bresil, coloré magnifiquement. *ibid.*
3. *Avis Paradisiaca, Americana, elegantissima.*
Oiseau de Paradis, de l'Amerique, qui est très-beau. *ibid.*
4. *Hirundo marina, indigena.*
Hirondelle de Mer de ce Païs. *ibid.*
5. *Fringilla Brasiliensis.*
Friquet du Bresil. 103

TAB. LXVII.

Num. 1. *Phœnicopterus Americanus.*
Phœnicoptere d'Amerique. *ibid.*
2. *Avis* Motmot, *Brasiliensis, coloris spadicei.*
Oiseau *Motmot*, du Bresil, d'un Rouge-bai. *ibid.*
3. *Passer Americanus.*
Moineau d'Amerique. 104
4. *Alcedo cristata Orientalis, elegantissimè picta.*
Alcyon Oriental, hupé, superbe par ses couleurs. *ibid.*

TAB. LXVIII.

Num. 1. *Nidus Avis Mexicanæ,* Perkiet Cocho *dictæ.*
Nid de l'oiseau du Mexique, nommé *Perkiet Cocho.* *ibid. &c.*
2. *Nidus Avis* Hoitzitzillin, *Americanæ.*
Nid de l'oiseau *Hoitzitzillin*, d'Amerique. 106
3. *Nidus Avis Mexicanæ,* Guira *dictæ.*
Nid de l'oiseau du Mexique, qu'on nomme *Guira.* 107
4—9, & 11, 12. *Nidorum Americanorum aliæ species.*
Autres Especes des Nids d'Amerique. *ibid. &c.*
10. *Carduelis Mexicana, cum nido.*
Petit oiseau du Mexique, qui imite le chant du Chardoneret, avec son nid. 108
13. *Nidus minimæ omnium hactenus cognitarum Avium speciei.*
Nid de la plus petite espece d'oiseau, qui soit encore connue. 109
14. *Nidus Aviculæ Brasiliensis.*
Nid d'un petit oiseau du Bresil. *ibid.*

TAB. LXIX.

Num. 1, 2. *Binæ Araneæ maximæ Ceilonicæ, insigne gerentes.*
Araignées très-grandes de Ceylan, munies sur le dos comme d'un bouclier. *ibid.*
3. *Aranea Americana.*
Araignée d'Amerique. 110
4. *Aranea Africana.*
Araignée d'Afrique. *ibid.*
5. *Avis Ceilonica omnicolor.*
Oiseau de Ceylan, qui paroit peint de toutes sortes de couleurs. *ibid.*
6. *Ramus* Fasnoki, *seu* Namra, *Japonica.*
Branche de l'arbre du Japon, nommé *Fasnoki*, ou *Namra.* 111
7. *Formicæ maximæ Americanæ.*
Araignées très-grosses d'Amerique. *ibid.*

***** 2 8. For-

I N D E X.

Num. 8. *Formicæ volantes Americanæ.*
Fourmis d'Amerique, qui volent. 111

TAB. LXX.

Num. 1, 2. *Scorpio maximus Brasiliensis.*
Scorpion très-grand du Bresil. *ibid.*
3. *Scorpio Brasiliensis, caudâ bifidâ.*
Scorpion du Bresil, dont la queuë est fourchuë en deux. 112
4. *Scorpio Ceilonicus.*
Scorpion de Ceylan. *ibid.*
5. *Scorpio Surinamensis.*
Scorpion de Surinam. *ibid.*
6. *Duo Scorpiones Africani, mas & fœmina.*
Deux Scorpions d'Afrique, l'un mâle, & l'autre femelle. *ibid.*
7, 8. *Scorpiones duo Africani, ex Guinea.*
Deux Scorpions Afriquains, de la Guinée. *ibid.*
9, 10. *Scorpionum minima species, è tractu Tyrolensi & Italia proveniens.*
La plus petite espece de Scorpions, qui vienne du Tyrol & d'Italie. *ibid.*
11. *Scorpionum omnium minimi, in Hollandia.*
Le plus petits Scorpions de Hollande. *ibid.*
12. *Vipera Indica ex Java.*
Viperes des Indes, de l'Isle de Java. 113
13. *Acacia cornuta Indiæ Orientalis.*
Acacia Cornue des Indes Orientales. *ibid.*

TAB. LXXI.

Num. 1. *Rana Americana vesicaria.*
Grenouille d'Amerique, portant deux Vessies de chaque côté de ses Ouïes. *ibid.*
2. *Rana Americana, mas prioris.*
Grenouille d'Amerique, mâle de la précedente. *ibid.*
3. *Rana Surinamensis.*
Grenouille de Surinam. 115
4, 5. *Rana Surinamensis marmorata.*
Grenouille d'Amerique, marbrée. *ibid.*
6, 7. *Bufo Brasiliensis, margaritis veluti conspersus*, Aquaqua *dictus.*
Crapaud du Bresil, nommé *Aquaqua*, qui semble perlé. *ibid.*
8. *Bufo Brasiliensis, granis veluti conspersus.*
Crapaud du Bresil, tout marbré comme de petits grains. *ibid.*
9. *Bufo Brasiliensis, minor, maculatus.*
Crapaud du Bresil, plus petit, tacheté. 115

TAB. LXXII.

Num. 1. *Bufo cornutus & spinosus, Virginianus; mas.*
Crapaud mâle, de Virginie, cornu, & herissé d'épines. *ibid.*
2. *Fœmina Bufonis prioris.*
Crapaud de Virginie, femelle du précedent. *ibid.*
3. *Rana Virginiana exquisitissima.*
Grenouille de Virginie, merveilleusement tachetée. *ibid.*
4. *Rana Virginiana altera.*
Autre Grenouille de Virginie. *ibid.*
5. *Lacerta Virginiana lepida.*
Lézard de Virginie, d'une jolie figure. 116
6. *Serpens Virginiana, maculis notata.*
Serpent de Virginie, tacheté. *ibid.*
7. *Avis Virginiana, Phœnicea, de* Atototl *dicta.*
Oiseau de Virginie, nommé *de Atototl.* *ibid.*
8. *Alga marina, Africana, foliis oblongis & spinosis.*
Algue marine d'Afrique, rameuse, poussant des rejettons, à feuilles oblongues & piquantes. *ibid.*
9. *Alga marina, Africana, altera, ramosa,* Millefolii *foliis.*
Autre sorte d'Algue marine d'Afrique, rameuse, à feuilles de Millefeuille. *ibid.*

TAB. LXXIII.

Num. 1, 2. *Bufo Brasiliensis, de* Aguaquaquan *dictus.*
Crapaud du Bresil, qu'on nomme *Aguaquaquan.* *ibid.*
3. *Rana Brasiliensis.*
Grenouille de Bresil. *ibid.*
4. *Vermis aquaticus Brasiliensis, Millepedæ species.*
Ver aquatique, ou de mer, du Bresil, espece de Cloporte. *ibid.*
5. *Erica Africana, flore rubro.*
Bruyere d'Afrique, à fleurs rouges. *ibid.*
6. *Erica Africana altera, folio minutissimo.*
Autre Bruyere d'Afrique, à très-petites feuilles. *ibid.*

TAB. LXXIV.

Num. 1. *Rana Brasiliensis, orbicularis, Pipæ species.*
Grenouille du Bresil, ronde, espece de Crapaud. *ibid.*
2. *Rana piscatrix, Americana, marina, ex Curassoa.*
Grenouille de mer, ou Poisson Pêcheur d'Amerique, qui est de Curaçao. 118
3. *Rana Piscatrix Americana.*
Autre Poisson Pêcheur d'Amerique. *ibid.*
4. *Rana Piscatrix, Americana, cornuta, spinosa.*
Autre Poisson Pêcheur d'Amerique, cornu, & garni de pointes. *ibid.*
5. *Pullus Ranæ Piscatricis præcedentis.*
Petit de la Grenouille, ou Poisson Pêcheur.. *ibid.*
6. *Rana Piscatrix, Americana, quarta.*
Quatrieme sorte de Grenouille, ou Poisson Pêcheur d'Amerique. 119

Num. 7. *Pullus Ranæ Piscatricis quartæ.*
Petit de cette quatrieme Grenouille. *ibid.*

TAB. LXXV.

Num. 1. *Rana maxima Virginiana, eximia, rara; fœmina.*
Grenouille femelle de Virginie, grande, belle, & rare. *ibid.*
2. *Lacerta Virginiana, maculis & flammis adornata.*
Lézard de Virginie, couvert de taches comme de flammes. *ibid.*
3. *Serpens Virginiana, Ranis vescens.*
Serpent de Virginie, qui mange les Grenouilles. 120
4. *Rana Virginiana vulgaris.*
Grenouille de Virginie, marquetée de taches & de raies. *ibid.*
5. *Chamæcrista Pavonis, Americana, siliquosa.*
Petite Poincillade d'Amerique, siliqueuse. *ibid.*

TAB. LXXVI.

Num. 1. *Rana marina Americana, rara; mas.*
Grenouille de mer d'Amerique, mâle, très-rare. *ibid.*
2. *Lacerta Virginiana, de* Taletek *dicta.*
Lézard de Virginie, nommé *de Taletec.* 121
3. *Clematis Daphnoides, major; sive Laureola arborescens, Americana.*
Lauréole d'Amerique, qui croît à la hauteur d'un Arbre, & dont les Rameaux se déployent en forme d'Ailes. *ibid.*

TAB. LXXVII.

Num. 1. *Bufo, sive Pipa, Americana, ova quamplurima in dorso habens; fœmina.*
Crapaud d'Amerique, femelle, qui porte plusieurs œufs sur le dos. *ibid.*
2. *Pipa Americana secunda; fœmina.*
Autre Pipa d'Amerique, femelle. 124
3. *Pipa Americana tertia; fœmina.*
Troisieme Pipa d'Amerique, femelle. *ibid.*
4. *Pipal Americanus maximus; mas.*
Pipal d'Amerique, très-grand, male. *ibid.*

TAB. LXXVIII.

Num. 1. *Generatio & transmutatio Ranarum Europæarum.*
Génération & Transmutation des Grenouilles de l'Europe. 123 *&c.*
2. *Generatio & transmutatio Ranarum Asiaticarum.*
Génération & Métamorphose des Grenouilles Asiatiques. 124
3. *Transmutatio Ranarum Americanarum in pisces.*
Métamorphose des Grenouilles d'Amerique en Poissons. 125

TAB. LXXIX.

Num. 1, 2. *Testudo terrestris, Amboinensis, minor.*
Tortuë de terre, d'Amboine, petite. 126
3. *Testudo terrestris, Ceilonica, elegans, minor.*
Tortuë de terre, de Ceylan, belle, & de petite taille. *ibid.*
4—6. *Testudinis marinæ, Americanæ, pulli.*
Petits d'une Tortuë de mer, d'Amerique. 127
7. *Ovum Testudinis cum fœtu.*
Oeuf de la Tortuë, avec un des petits. *ibid.*
8. *Ovum Testudinis, speciei mediocris, ex America.*
Oeuf d'une Tortuë, de médiocre espece d'Amerique. *ibid.*

TAB. LXXX.

Num. 1. *Testudo major terrestris Americana,* Mydas *dicta.*
Grande Tortuë de terre, d'Amerique, nommée *Mydas.* *ibid.*
2. *Testudo terrestris Brasiliensis.*
Tortuë de terre, du Bresil. 129
3. *Testudo terrestris altera Brasiliensis.*
Autre Tortuë de terre, du Bresil. *ibid.*
4. *Testudo terrestris Ceilonica minor.*
Petite Tortuë de terre, de Ceylon. *ibid.*
5. *Testudo ex Nova Hispania.*
Tortuë de la Nouvelle Espagne. *ibid.*
6. *Testudo terrestris Brasiliensis.*
Tortuë de terre, du Bresil. *ibid.*
7. *Testudo terrestris Amboinensis.*
Tortuë de terre, d'Amboine. 130
8. *Testudo minor Amboinensis.*
Tortuë d'Amboine, petite. *ibid.*
9. *Testudo marina Americana.*
Tortuë de mer, d'Amerique. *ibid.*

TAB. LXXXI.

Num. 1. *Millepeda nostras.*
Millepieds de nos païs. *ibid.*
2. *Millepeda Surinamensis.*
Millepieds de Surinam. *ibid.*
3. *Millepedæ Africanæ.*
Millepieds d'Afrique. *ibid.*
4. *Millepeda major ex Nova Hispania.*
Millepieds très-grand de la Nouvelle Espagne. 131
5. *Millepeda omnium maxima.*
Millepieds Oriental, le plus grand de tous. *ibid.*
6. *Millepeda minor, ad somnum composita.*
Millepieds plus petit, représenté dans la posture, qu'il tient en dormant. *ibid.*
7. *Millepeda marina Amboinensis.*
Millepieds de mer, d'Amboine. *ibid.*

8. *Mille-*

I N D E X.

Num. 8. *Millepeda marina Belgica.*
Millepieds de Mer, de Hollande. 132
9. *Serpens lemniscata, venustissima, Americana.*
Serpent d'Amerique, tacheté superbement. *ibid.*

T A B. LXXXII.

Num. 1. *Chamæleo Mexicanus, seu* Cuapapalcatl.
Cameleon du Mexique, qu'on nomme *Cuapapalcatl. ibid.*
2. *Chamæleo ex Amboina.*
Cameleon Oriental, d'Amboine. 133
3. *Chamæleo Ceilonicus, subcrocei coloris.*
Cameleon de Ceylan, dont la couleur tire sur le Safran. *ibid.*
4, 5. *Chamæleontes, pulli, Amboinenses, mas & fœmina.*
Petits de Cameleons d'Amboine, mâle & femelle. 134
6. *Sceleton Chamæleontis.*
Squelette du Cameleon. *ibid.*

T A B. LXXXIII.

Num. 1, 2. *Lacertus orbicularis, sive* Tapayaxin, *ex Nova Hispania.*
Lézard, rond, herissé d'épines, ou le *Tapayaxin* de Nouvelle Espagne. *ibid.*
3. *Serpens Guineënsis rarissima, supra fusci, infra albi coloris,* Millio *dicta.*
Serpent de Guinée très-rare, brun sur le corps, & blanc dessous, nommé *Millio.* *ibid.*
4. *Chamæleo ex Africa, colore nigricante, at pectine albo supra dorsum decoratus.*
Cameleon d'Afrique, noirâtre, mais qui paroit orné sur le dos comme d'un peigne blanc. *ibid.*
5. *Chamæleo Promontorii Bonæ Spei, cæruleo alboque colore, marmoris instar, variegatus.*
Cameleon du Cap de Bonne Esperance, marbré de blanc & le bleu. 135

T A B. LXXXIV.

Num. 1. *Serpens Americana Amphisbæna.*
Serpent d'Amerique, qui rampe du côté de la tête & de la queuë. *ibid.*
2. *Serpens,* Dryinus *dictus, Americanus.*
Serpent d'Amerique, qu'on surnomme en Latin *Dryinus.* *ibid.*
3. *Lacertus Africanus, caudâ spinosâ; mas.*
Lézard d'Afrique, dont la queuë est hérissée de pointes. 136
4. *Lacerta Africana, fœmella prioris.*
Lézard d'Afrique, femelle du précedent. *ibid.*

T A B. LXXXV.

Num. 1. *Serpens Porphyrius Brasiliensis.*
Serpent du Bresil, de la couleur du Porphyre. *ibid.*
2. *Lacerta Americana maculata.*
Lézard d'Amerique, tacheté de noir. *ibid.*
3. *Lacerta Americana, minor, cærulea,* Argus *dicta.*
Lézard d'Amerique, plus petit, de couleur bleue, qu'on appelle *Argus.* *ibid.*
4. *Lacerta Americana major.*
Lézard d'Amerique fort gros. *ibid.*

T A B. LXXXVI.

Num. 1. *Serpens ex Mauritania, singulari tæniarum apparatu decora.*
Serpent de la Nigritie, beau par le décours singulier des bandes, dont son corps est revêtu. *ibid.*
2. *Serpens* Cæcilia *ex Mauritania.*
Le Serpent *Aveugle* de la Nigritie, nommé *Cæcilia* en Latin. *ibid.*
3. *Serpens pusilla, elegans, Mauritana.*
Petit Serpent de la Nigritie, fort joli. *ibid.*
4. *Lacertus stellatus Mauritanus; mas.*
Lézard de la Nigritie, étoilé, mâle. 138
5. *Lacerta Mauritana, prioris fœmella.*
La femelle du précédent Lézard de la Nigritie. *ibid.*
6. *Lacerta, marmoris in modum variegata, Mauritana.*
Lézard de la Nigritie, marbré. *ibid.*

T A B. LXXXVII.

Num. 1—3. *Serpentes Brasilienses permiræ.*
Serpent du Bresil, d'une beauté merveilleuse. *ibid. &c.*
4, 5. *Lacertæ eximiæ ex insula S. Eustachii.*
Deux beaux Lézards de l'Isle St. Eustache. 139
6. *Salamandra rara ex insula S. Eustachii.*
Salamandre rare de l'Isle St. Eustache. *ibid.*
7. *Elichrysum Africanum, flore Senecionis aureo, umbellato, foliis angustissimis.*
Amarante jaune d'Afrique, à fleurs de Seneçon de couleur d'or, ramassées en bouquets, & à feuilles très-étroites. *ibid.*
8. *Elichrysum Africanum, flore Citrino, foliis serratis.*
Amarante d'Afrique, à fleurs de couleur citrine, & à feuilles dentelées. *ibid.*

T A B. LXXXVIII.

Num. 1. *Lacerta Surinamensis, dorso dilutè cæruleo, cauda tenui, longiore.*
Lézard de Surinam, peint sur le dos d'un bleu-pâle, & portant une queuë longue, & menue. *ibid.*
2. *Lacerta Surinamensis major,* Ameira *dicta.*
Lézard de Surinam, beaucoup plus gros, nommé *Ameira.* 140
3. *Serpens Americana grossa, versicolor.*
Serpent d'Amerique gros, rond, de diverses couleurs. *ibid.*
4. *Lacerta Americana, cum cauda longissima,* Temapara *dicta.*
Lézard d'Amerique, nommé *Temapara,* dont la queuë est très-longue. *ibid.*

T A B. LXXXIX.

Num. 1. *Lacerta Mexicana strumosa, posticâ capitis parte parvum pectinem gerens.*
Lézard du Mexique, gouétreux, portant comme un peigne sur le derriere de la tête. *ibid.*
2. *Lacerta Mexicana strumosa altera,* Tecoixin *dicta.*
Autre Lézard du Mexique, gouétreux, se tenant dans des pierres, nommé *Tecoixin.* 141
3. *Lacerta Americana.*
Lézard d'Amerique. *ibid.*
4, 5. *Salamandra aquatica Americana.*
Salamandre aquatique d'Amerique. *ibid.*

T A B. XC.

Num. 1. *Eruca, seu Scolopendra marina, corallina, multipes.*
Chenille, ou Scolopendre de Mer, Coralline, munie de plusieurs pieds. *ibid.*
2. *Eruca marina altera multipes.*
Chenille de Mer, qui a plusieurs pieds. 141
3. *Eruca marina minor, multipes.*
Chenille de Mer, qui a plusieurs pieds, mais qui est plus petite. *ibid.*
4. *Scolopendra marina longissima.*
Scolopendre de Mer, très-longue. *ibid.*
5. *Pediculi Ceti.*
Poux de Baleine. *ibid.*
6. *Pediculi marini Groenlandiæ.*
Poux marins de la Groenlande. 143
7. *Lacerta Tigrina Ceilonica, caudâ bifidâ.*
Lézard de Ceylan, tacheté comme le Tigre, & ayant la queuë fourchue. *ibid.*
8. *Bellis Camphorifera, Africana, aquatica, flore albo.*
Bellis d'Afrique, aquatique, a fleur blanche. *ibid.*

T A B. XCI.

Num. 1. *Lacertus Americanus ex Rio de Janeyro, insignibus venustus; mas.*
Lézard d'Amerique, de Rio de Janeyro, mâle, beau par les marques, qu'il porte empreintes sur son corps. *ibid.*
2. *Lacerta, prioris fœmella.*
Femelle du Lézard précedent. 144
3. *Lacerta Brasiliensis,* Taraguira *incolis vocata.*
Lézard du Bresil, nommé *Taraguira* par les habitans. *ibid.*
4. *Lacerta Brasiliensis,* Tecunhana *dicta.*
Lézard du Bresil, nommé *Tecunhana.* *ibid.*
5. *Serpens Brasiliensis,* Laphiati *dicta, elegantissimè picta.*
Serpent du Bresil, qu'on appelle *Laphiati,* extrêmement beau. *ibid.*

T A B. XCII.

Num. 1. *Lacerta Brasiliensis,* Teiuguacu *dicta.*
Lézard du Bresil, nommé *Teiuguacu.* *ibid.*
2. *Lacerta Orientalis stellata.*
Lézard Oriental etoilé. 145
3. *Lacerta peregrina Brasiliensis, caudâ bifurcatâ.*
Lézard du Bresil, à queuë fourchuë. *ibid.*
4. *Lacerta Guineënsis.*
Lézard d'Afrique, de Guinée. *ibid.*
5. *Lacerta Americana venustissima.*
Lézard d'Amerique, d'une grande beauté. *ibid.*

T A B. XCIII.

Num. 1. *Lacerta Arabica versicolor,* Galeotes *dicta.*
Lézard d'Arabie, de diverses couleurs, nommé *Galeotes.* *ibid.*
2. *Lacerta Ceilonica, lemniscata, & pectinata, cærulea,* Kolotes, *&* Askalabotes *Græcis dicta.*
Lézard de Ceylan, bleu, portant un double peigne, & ceint de bandes par tout le corps. Les Grecs l'appellent *Kolotes* & *Askalabotes.* 146
3. *Salamandra, Lacertæ æmula, Americana, caudâ crassâ, nodosâ.*
Salamandre d'Amerique, ressemblant au Lézard, ayant la queuë grosse, & terminée par un nœud. *ibid.*
4. *Lacertus Ophiomachus, pectinatus & aculeatus, species Draconis, Brasiliensis.*
Lézard, qui se bat contre le Serpens, armé de pointes dentées sur le dos, & d'aiguillons par tout le reste du corps, espece de Dragon, du Bresil. *ibid.*
5. *Clematis Americana, flore Jasmini, Piri foliis.*
La Plante, nommée Clematis, d'Amerique, à fleur bleuë de Jasmin, & à feuille de Poirier. *ibid.*
6. *Clematidis Americanæ alia species, foliis longioribus.*
Autre espece de Clematis, d'Amerique, à feuilles plus longues. *ibid.*

T A B. XCIV.

Num. 1. *Lacerta Amboinensis elegantissima; fœmina.*
Lézard d'Amboine, magnifique, femelle. 147

2. *Mas*

I N D E X.

Num. 2. *Mas Lacertæ prioris.*
Lézard d'Amboine, mâle du précedent. 147
3. *Lacerta Amboinensis altera; fœmina.*
Autre Lézard d'Amboine; femelle. ibid.
4. *Lacerta Ceilonica, cristata & pectinata.*
Lézard de Ceylan, portant une Crête, & une dentelure de Peigne sur le dos. ibid.
5. *Lacerta Ceilonica, hiante ore, supina.*
Lézard de Ceylan, la gueule béante, couché sur le dos. 148
6. *Lacertæ Americanæ sceleton.*
Squelette d'un Lézard d'Amerique, ibid.
7. *Serpens Ceilonica elegantissima.*
Serpent de Ceylan très-beau. ibid.
8. *Serpens Ceilonica minor, amœna.*
Serpent de Ceylan petit, & joli. ibid.
9. *Ovum Serpentis Ceilonicæ, cum pullo.*
Oeuf d'un Serpent de Ceylan, avec le petit inclus. ibid.

TAB. XCV.

Num. 1. *Lacertus Americanus, pectinatus & strumosus; seu Leguana.*
Lézard d'Amerique, gouétreux, & portant comme une denture de peigne sur le dessus du corps. On l'appelle *Leguana.* 149
2. *Lacerta, seu Leguana, Surinamensis, pectinata & strumosa, cærulea.*
Leguana femelle de Surinam, bleu, gouétreux, & ayant aussi comme une denture de peigne sur le dessus du corps. ibid.
3. *Lacertus Ceilonicus Amphibius, seu Leguana;* Soa Ajer *dicta; mas.*
Leguana mâle, ou Lézard Amphibie, de Ceylan, qu'on nomme aussi *Soa Ajer.* ibid.
4. *Lacerti prioris fœmina.*
Lézard de Ceylan, bleu, femelle du précedent. 150
5. *Serpens Ceilonica,* Javara Epheba *dicta.*
Serpent de Ceylan, nommé *Javara Epheba.* ibid.

TAB. XCVI.

Num. 1. *Lacerta* Tecuixin *minor, seu* Teiuguacu, *Novæ Hispaniæ.*
Petit Lézard, nommé *Tecuixin*; où *Teiuguacu*, de la Nouvelle Espagne. ibid.
2. *Lacerta* Tecuixin, *seu* Teiuguacu *altera.*
Autre Lézard *Tecuixin*, où *Teiuguacu.* ibid.
3. *Lacerta* Teiuguacu *maxima.*
Lézard *Teiuguacu* très-grand. 151
4. *Leguana pectinata & strumosa Asiatica.*
Leguana Asiatique, gouétreux, ayant sur le dos un rang de grandes pointes, qui diminuent vers la queuë. ibid.
5. *Leguana minor ex insula Formosa.*
Leguana de l'Isle Formosa plus-petit. ibid.
6. *Lacerta saxatilis, capite crasso & brevi, terrestris, Salamandræ æmulo, linguâ crassâ.*
Lézard saxatil, qui a la langue épaisse, la tête grosse & ramassée, semblable à celle de la Salamandre de Terre. ibid.

TAB. XCVII.

Num. 1. *Lacerta* de Taletec, *ex Nova Hispania, minor, sive* Tamacolin *dicta.*
Lézard *de Taleteç*, petit, de la Nouvelle Espagne, nommé aussi *Tamaçolin.* ibid.
2. *Lacerta major,* Tilcuetzpallin *in Nova Hispania dicta.*
Gros Lézard, nommé dans la Nouvelle Espagne *Tilcuetzpallin.* ibid.
3. Leguana Senembi, *in N. Hispania* Tamacolin *dicta.*
Leguana Senembi, nommé *Tamacolin*, dans la Nouvelle Espagne. ibid.
4. *Lacerta Brasiliensis,* Quetzpaleo, *caudâ annulatâ & spinosâ.*
Lézard de Bresil, nommé *Quetzpaleo*, qui a la queuë par anneaux, & garnie de pointes. ibid.
5. *Lacerta Mexicana,* Cutezpallin *dicta, elegantissima.*
Lézard du Mexique, nommé *Cutezpallin*, tout-à-fait beau. 153

TAB. XCVIII.

Num. 1. *Lacertus Amboinensis, pectinatus & strumosus, maximus,* Senembi *&* Iguana *dictus.*
Lézard d'Amboine, Amphibie, très-grand, qu'on nomme *Senembi*, où *Iguana*, gouétreux, & armé de grandes pointes sur le corps. ibid.
2. *Lacerta,* Ameira *dicta, ex Nova Hispania.*
Lézard de la Nouvelle Espagne, nommé *Ameira.* 134
3. *Lacerta Brasiliensis,* Taraguico Aycuraba *dicta.*
Lézard du Bresil, surnommé *Taraguico Aycuraba.* ibid.

TAB. XCIX.

Num. 1. *Lacerta* Teiuguacu, *Americana, maxima,* Sauvegarde *dicta.*
Lézard *Teiuguacu* d'Amerique, très-grand, qu'on appelle aussi *Sauvegarde.* ibid.
2. *Lacerta* Teiuguacu *Ceilonica; alia species.*
Lézard *Teiuguacu* de Ceylan, espece differente. 155
3. *Serpens Africana, ex Madera, macilenta,* Levipes *dicta.*
Serpent d'Afrique, de Madere, qu'on nomme par excellence le Serpent Maigre & Agile. ibid.
4. *Avis Auricoma Mexicana.*
Oiseau du Mexique, d'un blond-doré. 156

TAB. C.

Num. 1. *Draco arboreus, volans, Americanus, Amphibius, sive Basiliscus.*
Dragon d'Amerique, Amphibie, qui vole, & qui se tient sur les Arbres; où autrement Basilic. 156
2. *Lacerta Tigrina, pectinata, Americana,* Ascalabos *dicta.*
Lézard d'Amerique, nommé *Ascalabos*, tacheté comme le Tigre, & hérissé d'une denture sur le derriere de cou. ibid.
3. *Lacerta Ceilonica, visu jucunda.*
Lézard de Ceylan, tout-à-fait joli. 157
4. *Serpens Ceilonica, maculata, ob peractam vernationem valdè glabra.*
Serpent de Ceylan, tacheté, & revêtu d'une nouvelle peau très-lisse. ibid.
5. *Serpens ex regno Siam,* Sibylla *dicta.*
Serpent du Royaume de Siam, nommé *Sibylla.* ibid.

TAB. CI.

Num. 1. *Lacerta Americana maxima,* Cordylus *&* Caudiverbera *dicta.*
Lézard d'Amerique, nommé en Latin *Cordylus* & *Caudiverbera*, très-grand. 158

TAB. CII.

Num. 1. *Hydra, Serpens.*
Hydre, ou Serpent à sept Têtes. ibid. &c.
2. *Lacerta Americana volans, seu Draco volans.*
Lézard d'Amerique, qui a des ailes, où Dragon ailé. 160
3. *Avis Americana rubicilla, seu* Phœnicuri *species.*
Oiseau d'Amerique, nommé *Rubicilla*, où espece de Rossignol de muraille. ibid.
4. *Avis Americana cristata,* Rubetra *dicta,*
Oiseau d'Amerique, qu'on appelle *Rubetra*, orné d'une Crête. ibid.

TAB. CIII.

Num. 1. *Fœtus Crocodili Ceilonici, ex ovo prodiens.*
Petit d'un Crocodile de Ceylan, sortant de l'œuf. ibid.
2. *Crocodilus Africanus, recens natus.*
Crocodile d'Afrique, nouvellement éclos. 161
3. *Crocodili Africani, recens nati, altera species.*
Autre espece de Crocodile d'Afrique, nouvellement éclos. ibid.
4. *Crocodilus ex Curassoa.*
Crocodile de Curaçao. ibid.
5. *Ovum Crocodili Africani.*
Oeuf de Crocodile d'Afrique. ibid.
6. *Alga marina, spinosa, ex Africa.*
Algue marine, d'Afrique, garnie de petites épines. 162
7. *Alga marina Africana, ramulis denticulatis, ruffulis, flosculis* Anagallidis *luteis.*
Algue marine, d'Afrique, à rameaux dentelés, & à petites fleurs de Mouron, jaunes. ibid.

TAB. CIV.

Num. 1, 2. *Ovum Crocodili Curassavici, suum adhuc integrè fœtum continens, attamen hujus jam exitum molientis rostro aliquantisper pertusum.*
Oeuf de Crocodile de Curaçao, contenant encore son fruit tout entier, qui néanmoins cherche déja à en sortir, l'ayant même un peu percé avec son museau. ibid.
3—9. *Ova Crocodili varia, cum pullis.*
Plusieurs œufs de Crocodile, avec leurs petits. 163
10—12. *Pulli Crocodilorum Ceilonensium.*
Petits de Crocodile de Ceylan. 164
Varia Crocodilorum ova, unà cum pullis tam contentis, quàm defacto exclusis, ordine pulcherrimo.
Plusieurs œufs de Crocodile, avec leurs petits, qui y étoient contenus, ou qui venoient d'en sortir, rangée avec ordre selon les termes successifs de l'accroissement de ces Animaux. ibid. &c.

TAB. CV.

Num. 1. *Lacerta Ceilonica major, mas,* Cessator *dictus.*
Grand Lézard de Ceylan, mâle, nommé le Lézard *Paresseux.* 165
2. *Lacerta alia Ceilonica, fœmella, ova sua monstrans.*
Autre Lézard de Ceylan, femelle, qui fait voir ses œufs. 166
3. *Crocodilus aquaticus Ceilonicus; mas.*
Crocodile aquatique, mâle, de Ceylan. ibid.
4. *Crocodilus Ceilonicus supinus; fœmina.*
Crocodile de Ceylan, femelle, couchée sur le dos. 167

TAB. CVI.

Num. 1. *Crocodilus Americanus, Amphibius.*
Crocodile d'Amerique, Amphibie. ibid. &c.
2. *Lacerta Heliaca Americana, pectinata.*
Lézard d'Amerique, doré comme le Soleil, & dentelé sur le dessus du corps. 169

TAB. CVII.

Num. 1. *Salamandra Americana, posteriore parte Lacertam referens, Amphibia; mas.*
Salamandre d'Amerique, Amphibie, mâle, ayant le derriere du corps d'un Lézard, ibid.

2. *Sala-*

I N D E X.

Num. 2. *Salamandræ prioris fœmella.*
Salamandre d'Amerique, femelle du précedent. 169
3. *Salamandra Americana, Lacertæ æmula, altera.*
Autre Salamandre d'Amerique, aprochant du Lézard. *ibid.*

TAB. CVIII.

Num. 1. Gekko *Ceilonicus maximus, brevi caudâ, Amphibius.*
Gekko de Ceylan, Amphibie, très-grand à courte queuë. 170
2. Gekko *Ceilonicus, caudâ circinatâ.*
Gekko de Ceylan, à queuë cerclée d'anneaux compassés. 171
3-7. *Aliæ hujus Animalis species.*
Autres especes de ces Animaux. *ibid. &c.*
8. Gekko *pullus.*
Petit du *Gekko.* 172
9. Gekko *pullus alter.*
Autre petit du *Gekko.* *ibid.*
10. *Ova Salamandræ, seu* Gekko.
Oeufs de la Salamandre, où de *Gekko.* *ibid.*

TAB. CIX.

Num. 1. *Serpens Ceilonica longissima, tenuissima, vulgò* Gliricapa.
Serpent de Ceylan, très-long, & très-délié de corps, nommé communément le Serpent Mangeur de Loir. *ibid.*
2. *Lacerta parva, lepida, Ceilonica.*
Petit Lézard de Ceylan, très-joli. *ibid.*
3, 4. *Salamandræ prodigiosæ Amboinenses.*
Salamandres extraordinaires d'Amboine. 173
5. *Salamandra Americana, caudâ bifidâ, Lacertæ species spuria.*
Salamandre d'Amerique à queuë fourchue, espece bâtarde de Lézard. *ibid.*
6. *Bufo Americanus, spinosus,* Tapayaxin.
Crapaud d'Amerique, nommé *Tapayaxin*, hérissé de pointes sur le corps. *ibid.*
7. *Anguiculus Americanus, ex fusco griseus, maculis albis notatus.*
Petit Serpent d'Amerique, gris-brun, parsemé de taches blanches. *ibid.*

Num. 8. *Serpens minor Africana, lineis nigris & albis in dorso distincta.*
Petit Serpent d'Afrique, barré sur le dos de royes noires & blanches. 173

TAB. CX.

Num. 1. *Serpens tæniolis & catenulis ornata.*
Serpent orné de bandelettes, faites en chainons. 174
2. *Serpens Americana, eleganter marmoris in modum versicolor.*
Serpent d'Amerique, marbré fort joliment de diverses couleurs. *ibid.*
3. *Serpens ex Guinea, Leucophæa.*
Serpent de Guinée, de couleur roussâtre. *ibid.*
4. *Lacertus Americanus singularis; mas.*
Lézard d'Amerique, mâle, singulier. *ibid.*
5. *Lacerti prioris fœmella.*
Lézard, femelle du précedent. *ibid.*
6. *Avis* Gonambucho *Americana.*
Oiseau d'Amerique, qu'on appelle *Gonambucho.* *ibid.*
7. *Avis* Tuite *Americana, variegata.*
Oiseau d'Amerique, nommé *Tuite*, superbe par mêlange de ses couleurs. 175


TAB. CXI.

Num. 1. *Fœtus Elephanti Africani ineditus.*
Fœtus d'un Eléphant d'Afrique, qu'on a tiré du ventre de la Mére. *ibid. &c.*
2. *Abortus fœmininus Æthiopis ex Curassoa.*
Fœtus femelle d'une Nigresse de Curaçao, rendu par une fausse couche. 176
3. *Bini Agnelli, primo in principio incrementi constituti.*
Deux petits Agneaux dans les premiers commencemens de leur acroissement. *ibid. &c.*
4, 5. *Porcellus Americanus, nondum natus.*
Petit Cochon d'Amerique, que la Truye n'avoit pas encore mis bas. 177
6. *Mus Americanus, masculus, pilis dilutè spadiceis vestitus.*
Rat d'Amerique, mâle, d'un poil bai-rouge clair. *ibid. &c.*



RERUM




TAB. I.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 9.
Fig. 10.
A
B
C
D
E
F
G
H
I
A
B
C
D
E
C
E
A
B
C
D
E
F
A
B
C
D
E
F
G
A
B
C
D
E
F
A
B
C
D
E
A
B
C
A
B
C
D
A
B
C
D
E
F
A
B
C
D
E
F
G



L. F. D. B. inv. P. Tanjé fecit.

RERUM NATURALIUM THESAURUS.

TABULA PRIMA.

Num. I. *Sceleton piri*, Signora *dicti.*



Ota inde pulpoſa ſubſtantia tam nitidè ſeparata eſt, ut nil ferè reſtiterit, præter nudos tubulos majores, fibrarumque & venularum expanſiones, unà cum volva media & ſeminibus: unde mirabilis augmentatio hujusce fructus & ſtructura perſpici poteſt. Fibrula quælibet minor peculiares iterum emittit propagines, ſuum quæ ſingulæ conferunt ad formam fructui concinnam perfectamque maturitatem conciliandam. Nudam quando contemplamur arborem, quæ arida per hyemem, & exſucca apparens, tot tamen in ſe gerit reconditos fructus, quot inde prodeunt æſtate, dum ſol, caloris naturalis mater appellanda, mediante fotu & incubatu ſuorum radiorum, in illa incipit operari, omnes vaſorum ſuccos ſolvere, medullam terræ, ſeu, ut ajunt, quintam eſſentiam in radicem propellere, per hanc in caudicem, ex hoc verò in ramos, folia, germina, flores, fructus, & ſemina, adjuvantibus ſimul circumambiente, incidente, perque frigoris & caloris viciſſitudines ſeſe contrahente & expandente aëre, pluvia, rore, ventis, &c. nonne in admirationem rapiamur neceſſe eſt, videntes inde proferri fructus adeo elegantes, ſapore gratiſſimos, odore jucundiſſimos, hominemque tantopere reficientes & inſtaurantes?

En lit. A. B. C. &c. totum ſceleton circumſcriptum.

A. Piri notat petiolum, cum cute ſua exteriore, lignoſas partes inveſtiente & compingente.

B. Reſectam prope petiolum piri cutem, hæc ubi fortiſſima & craſſiſſima eſt, ut tubulos fibroſos tegere, inque ſitu ſuo firmare poſſit.

C. Lapidoſa

RECUEIL DE CURIOSITEZ NATURELLES.

PREMIERE PLANCHE.

N°. I. *Squelette de la Poire nommée* Signora.

TOute la poulpe eſt ſi adroitement ſeparée, qu'il ne reſte presque plus que les gros tuyaux & les expanſions des fibres & des plus petits vaiſſeaux, avec la loge du milieu & les graines qu'elle contient. On peut connoitre par là le merveilleux accroiſſement, & la ſtructure de ce fruit. Chacune de ſes plus petites fibres a ſes propres rejettons, & chacun de ces rejettons a ſon uſage particulier pour donner à cette poire & la forme agreable qu'on lui voit, & le degré de maturité dont elle a beſoin. A conſiderer l'arbre ſeul eſt-il poſſible de n'être pas transporté d'admiration! Sec & mort, à ce qu'il ſemble, pendant l'hyver, il renferme & conſerve pourtant en ſon ſein cette quantité de fruits qu'il doit donner en été, lorsque les raïons du Soleil aïant commencé à agir, ils feront d'abord fondre tous les ſucs qui étoient comme engourdis dans tous ſes vaiſſeaux, qu'ils pouſſeront enſuite dans ſa racine ce que les Artiſtes appellent la quinteſſence de la Terre, & qu'enfin ils diſtribueront inſenſiblement cette quinteſſence de la racine dans le tronc, & du tronc dans les branches, dans les bourgeons, dans les feuilles, dans les fleurs & jusques dans les pepins. Combien d'autres cauſes ne contribuent pas à la production de cette poire, ſi delicieuſe au gout, ſi agréable à la vûë, ſi rafraichiſſante & ſi ſaine: il faut le concours de la pluïe, de la roſée, des vents, &c. il faut enfin que l'air venant à ſe reſſerrer & à ſe dilater ſelon les divers degrez de froid & de chaud porte ce fruit à ſa derniere perfection, par une impreſſion proportionnée à ſa nature.

A.B.C. &c. deſignent tout le Squelette qui eſt entouré par ces lettres.

A. marque la queue de la poire avec ſa peau exterieure, qui revêt & ſerre toutes les parties cordées.

B. indique l'endroit où la peau eſt coupée proche de la queue. Cette peau y eſt plus épaiſſe & plus forte que partout ailleurs, afin qu'elle puiſſe couvrir les tuyaux fibreux & les tenir en état.

C. Lapidosa, seu glandulosa granula, quæ circùm piri extremum acutius, crustæ instar glutinosæ, accrescunt, eo fine, ut vascula ejus comprimantur, & piro forma debita concilietur.

D. Majores tubos fistulares, omninò denudatos, jam sese distribuere, & quaquaversum expandere incipientes.

E. E. Tuborum majorum ramulos, seu propagines.

F. F. Tubos capacissimos & crassissimos, qui instar arteriarum circa volvam, seu loculamentum seminum disseminantur.

G. G. Volvam, seu loculum, cum inclusis seminibus.

H. H. Extremitates indicat tenuissimas fibrillarum vasculosarum, internæ cutis superficiei adfixarum.

I. Umbilicum, in quo omnes tam majores quàm minores fibræ concurrunt, valvulasque claudunt & constringunt. Hic quoque circa umbilicum quæ hæret substantia pulposa, interpositis granulis minutis densè concrescit, ut requisita piri figura emergat.

D. Professor *Ruyschius* in Piri Anatomiæ *Tab. I.* exhibet pirum evolutum, cum carnosa seu pulposa sua substantia, parvisque granulis, seu calculis, plerumque in omni piro inveniendis, dum tubulis supercrescunt, & pira pro sua quælibet specie in debita forma conservant. Nos internarum duntaxat partium anatomiam tradere constituimus.

Num. 2. *Sceleton piri majoris.*

Dum omnis inde dempta est pulposa materies, patet, quod pro formæ magnitudine omnes pariter nervi vasculosi, tubuli, fibrosique fines majores, capaciores, & in apparatum fistulosum distinctius expansi sint. Volva suos inter tubulos nervosos juxta longitudinem dependet. Erat hæc in ambitu granulis munita lapidosis, quæ inde separavimus, ut semina denudaremus, & tenues, modo serpentino intortas exponeremus fibras, circum accretas, ad opus suum exequendum. Loculus hic, umbilico suo orbatus, antrorsum in acumen convertit; unde colligati ante in fasciculum tubuli, jam dissoluti, liberè fluctuant. Est & umbilicus Tracheis aereis pervius in loculum hiantibus, ut incrementum & firmitas concilietur seminibus, in matrice intus levi & polita defixis, quæ extremo tenuiore suum singula gerunt funiculum umbilicalem, quo firmantur & humorem nutritium è petiolo capiunt.

A. Stylus longus, lignosus, spadiceâ cute vestitus.

B. Tubuli nervosi, crassiusculi.

C. C. Propagines fibrosæ tenuissimæ, pendulæ, internæ cutis superficiei adfixæ.

D. Extremum anterius acutum vulvæ seu loculi seminalis, cui umbilicus piri adhæret, per dependentes fibrillas firmatus.

E. E. Semina suo in loculo detenta.

Num. 3. *Sceleton mali Struthei.*

Perquam difficile est pulposam hujus fructus substantiam separare, illæsis fibris ejus nervosis majoribus & minoribus. Licet enim expansiones tubulosarum propaginum, ratione formæ suæ, satis grossæ, nec numerosas adeo in fibrulas divisæ sint, uti quidem in aliis piris; lenissimam tamen requirit manum horum malorum evolutio, quum valdè glutinosa constent & compacta substantia. Rami tubulorum majusculi, juxta

C. Ce sont les petits grains pierreux qui forment une espece de croute visqueuse autour de la pointe de la poire, où ils s'amassent pour lui faire prendre, en comprimant ses petits vaisseaux, la forme qu'elle doit avoir.

D. fait voir à nud ses plus gros tuyaux qui commencent a se diviser & à se repandre de tous les côtez.

E. E. Rejettons des plus gros tuyaux.

F. F. Les tuyaux les plus larges & les plus épais qui se distribuent en maniere d'arteres autour de la Loge.

G. G. Loges qui renferment les pepins.

H. H. Extremitez les plus deliées des petits vaisseaux attachées à la superficie interieure de la peau.

I. Le nœud où aboutissent toutes les fibres, aussi bien les plus grandes que les plus petites, pour en fermer & en serrer les valvules. La substance qu'on nomme *poulpe* s'unit étroitement aux petits grains dont on la voit parsemée, ce qui est absolument necessaire pour que la poire acquiere la forme qu'elle doit avoir.

M. le Professeur Ruysch, *Planche I. de son Anatomie*, produit une poire developpée avec sa substance charnue ou sa poulpe, & les petits grains pierreux qui se trouvent ordinairement dans tous les fruits de cette espece. Ces petits grains qui s'amassent au dessus des tuyaux servent à conserver à chaque espece de poire la figure qu'elle doit avoir. Nous ne nous arrêterons point à ces sortes d'observations, notre dessein étant seulement de décrire les parties internes des fruits.

N°. 2. *Squelette d'une plus grosse Poire.*

Après que toute la matiere charnue est ôtée, on découvre plus distinctement, à cause de la grosseur de la poire, les vaisseaux nerveux, les petits tuyaux, les extremitez fibreuses les plus longues & les plus larges & de quelle façon toutes ces parties s'étendent en maniere de tuyaux. La loge pend de toute sa longueur entre les tuyaux nerveux, mais elle étoit garnie tout autour de petits grains pierreux que nous en avons separez, pour découvrir les semences & laisser voir les fibres les plus delicates & les plus entortillées, qui par leur accroissement autour des semences conduisent l'ouvrage à sa perfection. Cette loge qui ne tient plus à son nœud panche en pointe en avant, ce qui fait que les tuyaux auparavant ramassez peuvent se repandre librement de côté & d'autre. Le nœud est aussi ouvert aux colonnes d'air qui cherchent à s'introduire dans la loge, pour donner aux graines attachées à la matrice, laquelle est lisse & unie en dedans, l'accroissement & la consistance necessaires. Le bout le plus delié de chaque graine a son cordon umbilical qui l'affermit, & par lequel il reçoit le suc nourricier qu'il tire de la queuë.

A. La tige longue, cordée & revêtue d'une peau couleur de chataigne.

B. Les Tuyaux nerveux les plus épais.

C. C. Les rejettons les plus minces des fibres, qui sont suspendus & tiennent à la superficie de la peau interieure.

D. Pointe aigue qui est au devant de la loge des Semences, & à laquelle tient aussi le nœud de la poire, qui est soutenu par les fibrilles qui sont suspendues autour.

E. E Graines contenues dans la loge.

N°. 3. *Squelette d'un Coin.*

Il est difficile de separer la substance pulpeuse de ce fruit, sans dechirer ses fibres nerveuses, les plus grossieres comme les plus delicates; car quoique les rejettons de ses tuyaux soient assez grands, eu égard à sa figure, & qu'ils ne se subdivisent pas en un si grand nombre de petites fibres qu'il y en a dans les autres poires, cependant cette dissection demande une main legere & extrement

juxta loculamentum ſeminale quaſi adfixi, tenui lanugine mucoſa veſtiuntur. Loculus ipſe tenaci ſcatet limpidoque muco, in quo ſemina creſcunt, illam hinc attrahentia mucilaginem, quam aquæ puræ incocta in uſus medicos aliosve reddunt.

A. Petiolus ex cinereo luteus, tantillum lanuginoſus.
B. Fruſtulum cutis extrorſum reflexæ.
C. C. Tubuli craſſi, nervoſi.
D. D. Tomentoſi tendines & ſemina, loculo incluſa.
E. Umbilicus à flore relictus, dependentibus fibris tectus.
F. F. Propagines tubuloſæ & fibroſæ pendulæ, haud uti in aliis piris ad umbilicum firmatæ, ſed tunicæ internæ adfixæ.

Num. 4. *Sceleton mali acidi.*

Ditiſſima hîc ſpectatur copia venarum, nervorum, tubulorum, & inde propullulantium tenuium fibrillarum, à quibus ſucculentæ & pulpoſæ particulæ nitidè excuſſæ ſunt. Ob largam ſucci abundantiam poma plerumque tenuiores repoſcunt tubulos, quàm fructus alii aridiores: quâ etiam de cauſâ illorum ſemina perfectiora evadunt. Poma majora pro rata paucioribus gaudent ramulis tubuloſis & fibrillis, carne vero craſſiore, quàm minora.

A. Pomi pediculus brevis.
B. Fruſtulum cutis cum fibrillis interioribus.
C. Tubuli è petiolo propagati, horumque fibræ.
D. Expanſi in ramulos tubuli.
E. E. Semina, quorum nonnulla è loculo ſuo dimota ſunt.
F. F. Fibrillæ verſus interiora cutis diſtributæ.
G. Sedes umbilici, qui plerumque ob tenellam ſuam mollitiem abſcedens raro conſpicitur. Tubuli majores & villi hîc quoque umbilico implantantur, uti in piris.

Num. 5. *Sceleton mali dulcis.*

In hoc pauciores inveniuntur tubuli ſerpentini, quàm in acidis pomis. Dignum notatu eſt, quod tubuli hi ſubhiſpidi, & pilis undique obſiti ſint, indicio ſummæ tenuitatis fibrillarum, in quas deſinunt.

A. Minutus brevisque petiolus.
B. Cutis ſeparatio.
C. Canaliculi.
D. Semina.
E. Tunica loculi ſeminalis, à quo umbilicus fructûs ſeparatus eſt.
F. F. Extremitates fibrillarum fluctuantes.

Num. 6. *Sceleton Perſici.*

Heic tubuli mirè perplexi, venulæ, & ramificationes ſingulari modo ſibi mutuo intertextæ in tenuiſſimas abeunt fibrillas, quæ omnes partim internæ ſuperficiei cutis membranaceæ accreverant, partim verò radices figunt in lapillo, nucleum includente, uti ſub Num. 7 demonſtrabimus: haud ſecus ac ſubtiliſſima

ment adroite. La raiſon en eſt que la ſubſtance du coin eſt très gluante, & fort compacte. Les plus groſſes côtes de ſes tuyaux, ſont comme collées près de la loge des ſemences, & y ſont couvertes d'une eſpece de coton fin. La loge elle-même eſt remplie d'une matiere claire & gluante, dans laquelle les ſemences croiſſent, qu'elles attirent à ſoi, qui contribuent à les developper, & qui étant cuites dans de l'eau peuvent ſervir dans la Medecine, & à differens autres uſages.

A. La queuë de couleur cendrée, & un peu cotoneuſe.
B. Petit morceau de la peau un peu recourbée en dehors.
C.C. Tuyaux épais & nerveux.
D.D. Tendons les plus fins, & ſemences renfermées dans la loge.
E. Nœud ſans ſa fleur & couvert de fibres pendantes.
F.F. Rejettons des tuyaux & des fibres pendantes, qui ne ſont pas comme dans les autres poires attachées au nœud, mais à la tunique interne.

N°. 4. *Squelette d'une Pomme aigre.*

On voit ici une quantité prodigieuſe de veines, de nerfs, de tuyaux, & de fibrilles délicates, qui pouſſent des rejettons & deſquelles l'on a ôté avec adreſſe les parties pulpeuſes. L'abondance de jus qui eſt dans les pommes, fait qu'elles ont d'ordinaire des tuyaux plus minces que ceux des fruits qui ſont plus arides; ce qui eſt cauſe outre cela que leurs ſemences deviennent bien plus parfaites. Il faut remarquer auſſi que les groſſes pommes ont moins de tuyaux & de fibrilles à proportion que les petites, mais que leur chair eſt plus ferme.

A. Queue courte de cette pomme.
B. Petit morceau de la peau, avec ſes fibrilles interieures.
C. Tuyaux qui partent de la queue, avec leurs fibres.
D. Les petits tuyaux ſubdiviſez en petits rameaux.
E.E. Graines dont quelques unes ſont hors de leur loge.
F.F. Fibrilles diſtribuées vers l'interieur de la peau.
G. Place du nœud, qui à cauſe de ſa délicateſſe ſe conſerve rarement entier. Ici comme dans les poires, les plus gros tuyaux tiennent au Nœud.

N°. 5. *Squelette d'une Pomme de paradis.*

Cette pomme a ſes tuyaux moins entortillez que celles qui ſont aigres. Une obſervation qui merite de nous arrêter eſt que ces tuyaux ſont un peu heriſſez & garnis de poils, marque évidente de la delicateſſe des fibrilles à quoi ils viennent ſe terminer.

A. Queue courte & mince.
B. Separation de la peau.
C. Petits canaux.
D. Semences.
E. Tunique de la loge des ſemences qui fait la ſeparation du nœud dans ce fruit.
F.F. Extremitez flottantes des Fibrilles.

N. 6. *Squelette d'une Peſche.*

Les tuyaux, les veines, & les ramifications ſi extraordinairement entrelacées les unes dans les autres ſe terminent en petites fibres, qui tiennent toutes les unes à la tunique interieure de la peau & les autres au noyau qui contient l'amande, (v. plus bas N°. 7.) à peu près de même que les parties les plus deliées des vaiſ-

lissima vasorum nervorumque in homine cuti ossibusque implantata cernimus. Albicans flocculenta substantia sola reliqua est de carne admodum porosâ & spongiosâ, ob summam reconditorum in ea succorum abundantiam: hinc copia fibrillarum hîc requiritur pro fulcimento & levamine substantiæ flocculentæ, omnia ut suis retineantur in tunicis æquilibrata, quemadmodum in succosis quoque pomis & piris est videre. Vix comprehendi potest, undenam lapillo, nucleum includenti, durities illa veniat, quum media tamen in pulpa undequaque defixus hæreat, uti vitellus in albumine. Quis Conditoris non miratur omnipotentiam & sapientiam in re licet captum superante? Quanta Hic perspicientia omni arbori & plantæ pro suâ cuilibet indole vim generatricem impressit, impressamque conservavit? Pauci inter fructus reperiuntur tam sapidi, aromatici, reficientes, & jucundi, ac quidem hi; qui tamen ob vim refrigerantem admodum magnam tempestate calidâ haud ultra modum assumi debent.

A. Brevis pediculus.
B. Frustulum cutis.
C. C. Flocci membranacei & spongiosi.
D. Lapillus, nucleum continens, inter membranas emicans.
E. E. Externæ fibrillæ dependentes.

Num. 7. *Os Persici.*

In hoc conspiciuntur nervi, seu vasa, quæ in externas ejus cavitates insinuata, fibrosas suas radices inibi dispersêre, ut augmentum ejus promoverent; dum arboris instar ramificati canales materiem isthuic operi necessariam adferunt. Quamvis peculiares dentur venæ, per petiolum, omnium quippe vasorum fasciculum, è ramis arboris porrectæ, quæ parti cuilibet peculiare infundunt nutrimentum, tamen alii adhuc deprehenduntur tubuli, qui è petiolo profecti, per juncturas putaminis lapidosi in intimum usque nucleum sese evacuant: hos jure quis *arteriarum* donet nomine; quum resinosa arboris medulla per has vecta, rursus in meditullium nuclei tanquam corculum fructûs transferatur. Eadem ratione singuli canaliculi, longi tenuisque pediculi Cerasi, oculi ferè aciem fugientes, succum suum nutritium in fructus deferunt.

A. Coalitus lapilli ossei.
B. Lapillus ipse oblongis finibus inæqualis, & serpentinis fibrulis tubulosis hispidus.
C. Tubuli venulæ & nervuli in ambitu dispersi, internis membranis cutaneis adfixi, nunc verò penduli.

Num. 8. *Sceleton mali Armeniaci.*

Omnes inde carnosæ seu pulposæ particulæ separatæ sunt, ut tantò clarius oculis pateant tenuissimi tubuli, innumeræ nervulorum propagines, & tenera filamenta, ubique minutissimis intertexta granulis. Cætera Persico congruunt.

A. Petiolus.
B. Ossiculum, cui nucleus inhæret, inter fibras perlucens.
C. Canales nervosi crassissimi.
D. Tenuissimæ fibrillarum extremitates.

Num. 9.

vaisseaux & des nerfs tiennent à la peau & aux os. Cette substance blanchâtre & distribuée en petits floccons est l'unique reste d'une chair extremement poreuse & spongieuse, à cause de l'abondance de jus dont elle est remplie. De là vient qu'il faut une si grande quantité de petites fibres pour soutenir cette substance, & entretenir toujours tout en équilibre dans les tuniques; ce qui arrive également dans les pommes & dans les poires qui ont beaucoup de jus. On a de la peine à concevoir comment le noyau, qui est au milieu de la matiere pulpeuse, comme le jaune d'un œuf est dans son blanc, peut acquerir une si grande dureté. C'est ici qu'il faut reconnoitre & admirer la toute-puissance & la sagesse du Createur, quoiqu'il s'agisse d'une operation qui surpasse la portée de l'entendement humain. Quelle intelligence ne falloit-il pas dans celui qui a pu donner aux arbres & aux plantes, conformement à leur nature, la faculté de produire & qui l'y conserve après l'y avoir mise! il y a peu de fruits aussi agreables, aussi aromatiques, & aussi restaurans que la pesche, mais parce qu'il est froid, on doit en user avec discretion durant les grandes chaleurs.

A. Queue courte.
B. Petit morceau de la peau.
C. C. Floccons membraneux & spongieux.
D. Noyau qui contient l'amande & qui brille au milieu des membranes.
E. E. Les extremitez des fibrilles pendantes.

N°. 7. *Noyau de Pesche.*

On voit ici les nerfs ou vaisseaux, qui, après s'être insinuez dans les cavitez exterieures du noyau, y ont dispersé leurs racines fibreuses, pour avancer son accroissement, à-peu-près comme dans un arbre où les canaux ramifiez apportent la matiere dont il a besoin. Ce n'est pas qu'il n'y ait des veines particulieres qui communiquent à chaque partie la nourriture qui lui est propre & qui venant des branches de l'arbre, passent par la queue du fruit qu'on peut regarder comme l'endroit où tous les vaisseaux sont ramassez: cependant on trouve encore d'autres petits tuyaux, qui venant immediatement de la queue, se portent par les jointures du noyau jusqu'au fond du noyau même. On pourroit donner avec fondement à ces tuyaux le nom d'arteres, puisqu'ils servent d'abord à voiturer le suc resineux de l'arbre, qui de là parvient au milieu du noyau, qui est proprement le cœur du fruit. C'est de la même façon, que chaque petit canal d'une queue longue ou courte de cerise distribuë le suc nourricier dans cette espece de fruit; ces petits canaux sont cependant si deliez qu'ils échapent presque à la vûë.

A. Nœud du Noyau.
B. Le noyau lui-même que de longs replis rendent tortueux & que ses tuyaux fibreux rendent herissé.
C. Petits tuyaux, petites veines, petits nerfs dispersez autour du noyau, attachez aux membranes interieures de la peau, quand le fruit est entier, mais qui pendent à present.

N°. 8. *Squelette d'un Abricot.*

On a separé toutes les parties charnues ou la poulpe, pour que les yeux pussent aisément appercevoir les tuyaux les plus délicats, ces rejettons innombrables de petits nerfs, & ces filamens si tendres, & mêlez partout de grains très-petits. Dans tout le reste, ce fruit ne differe pas de la pesche.

A. Queue.
B. Noyau dans lequel l'amande est renfermée & qui est au milieu des fibres.
C. Les canaux nerveux les plus épais.
D. Les extremitez les plus minces des petites fibres.

N°. 9. *Sque-*

Num. 9. *Sceleton Pruni Citrini majoris.*

Prunum hocce hortuli, quem retrò ædes meas colo, ſoboles eſt, ubi Pruna hæc quàm lætiſſimè proveniunt. Fructus hic ſanè tubulorum tenuiſſimorum & ſingulari modo contextorum varietate vix cedit aliis Lapillus nucleo gravidus glutini quaſi ſemicongelato inhæret, ſupra quod vaſa in varios flexus contorquentur: unde emiſſis ſuis ramulis & filamentis contextus quaſi & perplexus apparet. Suo tamen ſingula loco gaudent, ut ſucci inibi circulandi, eo, quo decet, deferantur, ſuoque munere fungantur. Reſinoſam arboris Pruni indolem fructus quoque ejus largè participant; qui dum flaveſcere incipiunt, ad maturitatem tendentes, ex umbilico, cui flos inſederat, globoſum ſæpe granulum exprimunt, albo ſimile grano Maſtiches, limpidiſſimum & pellucens. Grana hæc emollientiſſima ſunt, & ſummi uſus in Nephritide & Iſchuriâ; quas etiam vires Gummi Ceraſorum poſſidet.

A. Geniculum petioli Pruni, quo ramulo hæſerat.
B. Petioli cortex.
C. Petiolus ipſe.
D. Reſciſſa cutis.
E. E. Tubuli craſſiſſimi oſſiculo oblongo ſuperaccreti.
F. F. Expanſiones fibroſæ.

Num. 10. *Sceleton Fungi terreſtris.*

Longo innititur caudici, tenui membranâ, minutisque fibrillis in ambitu ſtipato. Radix ipſa terræ, matri ſuæ, per fibras plurimas adhuc infixa, perfectiſſima hîc exhibetur. Truncus, haud aliter ac fructuum petioli, ex infinitis conſtat tubulis, quorum fibrillæ, verſus apicem diſperſæ, & per ramuſculos quaſi expanſæ, denſéque congeſtæ, florem ferè referunt, aut (ſimili ut magis congruo utar) penicillum potius; quum cujuslibet fibræ rami ſingulares in tenuiores rurſus extremitates capillares abeant, & maximum ob numerum, ſuperiora verſus arctè ad ſe mutuò accedant. Peculiari opus eſt præparatione ad Fungum, ſeu, ut vocant, Panem Diaboli, in ſceleton redigendum: alii tamen aliis evolutu faciliores ſunt. Qui ſubtiliſſimos & tenerrimos præparandi artem callet, anatomiam groſſiorum facilis adornat. Quod ſupereſt hâc de re, excutiendum relinquimus iis, quos Fungorum delectat disquiſitio. Multa quidem de his conſcripſere Botanici veteres expertiſſimi. Noſtro ævo prodiit in lucem *Theatrum Fungorum Franciſci Sterbeekii*, ſacerdotis Antwerpienſis, anno 1712. ubi præcipui ſcriptores de Fungis in catalogo recenſentur, ſubnexo ſimul anno, quo ſcripta eorum edita ſunt. Comes *Ludovicus Ferdinandus Marſiglius*, qui honorificâ ſuâ amicitiâ me ornare non dubitavit, diſſertationem de *Generatione Fungorum* edidit Romæ 1714. Dein prodière *Nova Fungorum genera Petri Antonii Michelii* Florent: 1729. ſumtibus *Johannis Gaſtonis*, magni ducis Hetruriæ: alter horum tomus brevi adhuc edendus promittitur.

Quantum ad evolutionem foliorum & fructuum &c. huic equidem deſcribendæ noluimus immorari, ne accuratiſſimo ſcrutatori D. *Marcello Malpighio* palmam præripere velle videremur. Huic certè in Anatomes plantarum exercitio anteceſſit nemo: licet alia longè ratione ſeſe geſſerit in foliorum fructuumque præparatione, ac quidem nos: ſatis Vir ille ſapienti ſcripſit, ſaltem attentè perlegenti, ea præcipuè, quæ de ligno arborum, corticum, foliorum, florum, fructuum & ſeminum extant, quæ omnia intentum pariter

N°. 9. *Squelette d'une très groſſe prune.*

Cette prune vient d'un jardin qui eſt derriere ma maiſon & où elles réuſſiſſent à merveille. Ce fruit ne le cede à aucun autre ſoit par la delicateſſe de ſes tuyaux, ſoit par leur nombre, ſoit par la ſingularité de leur tiſſure. Le noiau où l'amande eſt contenue tient à une glu à moitié congelée, & les vaiſſeaux qui tiennent à cette glu ſont entortillez de differentes manieres, & comme ils ſont repandus de tous côtez, la tiſſure de ce fruit paroit fort embaraſſée & embrouillée. Cependant ces vaiſſeaux étant à leur place, l'embarras que l'on croit appercevoir dans leur arrangement, n'empêche pas que les ſucs n'y circulent, qu'ils ne ſoient portez aux lieux où la nature les a deſtinez, & qu'ils ne s'acquittent de leurs fonctions. Les prunes participent amplement de la nature raiſineuſe de l'arbre qui les a portées. Lors qu'elles commencent à jaunir, & qu'elles tendent à maturité, le nœud où étoit la fleur produit un petit grain rond, transparent, brillant, & blanc comme celui du maſtic. Ces grains ſont émollients, & d'un grand uſage dans les nephretiques & dans les retentions d'urine. La gomme de la ceriſe a auſſi la même vertu.

A. Le nœud qui attachoit la queue de la prune au prunier.
B. Ecorce de la Queue.
C. La Queue.
D. La queue coupée.
E.E. Les tuyaux les plus épais qui ſont au deſſus du noyau oblong.
F.F. Rejettons fibreux.

N°. 10. *Squelette d'un Champignon Terreſtre.*

Ce Champignon ſe ſoutient ſur ſon tronc, qu'une membrane mince & des fibres fort petites garantiſſent tout autour. On donne ici la racine auſſi parfaitement conſervée, que ſi elle étoit encore dans la terre. Ce tronc du Champignon, ainſi que la queue des autres fruits, eſt compoſé d'une infinité de tuyaux dont les fibrilles étant diſperſées vers le ſommet & comme diviſées en petites branches où elles ſe reſſerrent étroitement, forment une fleur, & pour me ſervir d'une comparaiſon moins éloignée de leur reſſemblance, une eſpece de pinceau. Cela provient de ce que les branches particulieres de chaque fibre ſe rappetiſſent toujours vers les extremitez capillaires, & de ce que leur grand nombre les fait s'unir au ſommet de la façon la plus intime. Il faut une preparation particuliere pour faire l'anatomie du Champignon, que quelques perſonnes appellent le pain du Diable; il y en a pourtant qui ſont plus faciles à dépouiller les uns que les autres. Qui ſait preparer les plus delicats, preparera aiſément ceux qui ſont plus groſſiers. Nous laiſſons ce qu'on pourroit dire de plus curieux ſur les champignons à ceux qui ont éclairci cette matiere. Les Botaniſtes anciens en ont écrit fort au long. De nos jours en 1712, il a paru un ouvrage intitulé le *Theatre des Champignons* par François Sterbeek Prêtre d'Anvers; il y a joint un catalogue de tous les Auteurs qui ont traité des Champignons, & il n'a pas oublié de marquer la datte de l'Edition de leurs livres. Louïs Ferdinand Comte de Marſigli, qui m'honoroit de ſon amitié, a auſſi donné à Rome en 1714. une Diſſertation ſur la generation des Champignons; enfin le Grand Duc de Toſcane Jean Gaſton a fait imprimer à ſes depends le Traité de Pierre Antoine Micheli qui a pour titre *Nouveaux genres de Champignons*. Le premier volume eſt de Florence en 1729, & l'on promet que le ſecond ne ſe fera pas attendre.

Quant à l'Anatomie des feuilles, des fruits &c. nous n'avons pas jugé à propos de nous arrêter à la faire, de crainte qu'on ne pût nous ſoupçonner d'avoir intention de diminuer la gloire de M. Marcel Malpighi, qui s'en eſt acquitté avec la derniere exactitude. Certainement perſonne ne l'a emporté ſur lui dans l'Anatomie des plantes, quoiqu'il s'y ſoit pris d'une maniere differente

riter ac attonitum merentur animum. Nec prætereundus Clarissimus D. *Tournefortius*, qui quantam sibi laudem comparaverit scriptis suis de plantarum Anatomia &c. quâque perspicientiâ, experimentis suffultâ, nativam Ille florum, aliorumque vegetantium texturam & generationem evolverit, specimine haud ante viso, orbis universus clamat.

TABULA SECUNDA.

Num. I. *Sceleton Rapæ Majalis.*

En binas Rapas, mense Majo cretas, quarum systema interius nervosum unà cum omnibus vasculosis fistulis fibrisque, à pulposâ vel succulentâ carne internâ pariter ac externâ prorsus liberatum sistitur! Frons suprema, à convergentibus Rapæ tubulis quoque sustentata, hîc resecta est, ut structura sceleti Rapæ hujus intrinsecùs, alteriusque sub NUM. 2. supernè queat conspici. Refert id telam quasi subtilem Gossipinam, & extrinsecùs tenuia fila serica, candida, æmulatur, quæ soli obversa argenteum emittunt tonum & pellucent. Fibræ in peripheria pendulæ instar tenuissimorum capillorum, seu serici floccosi apparentes, singulæ suo adaptatæ muneri, succos suos distribuunt è radicis extremo haustos per fistulas illas capacissimas, quas sub lit. A exhibemus, humorem suum limpidum è terrâ attrahentes, uti Magnes chalybem attrahit. Radix tenuis, fibrosa, diversas præterea emittit propagines ad plantæ usque supremum, circa quod undique disperguntur & instar fasciculi pilorum comparent. Raparum, aliarumque radicum esculentarum genus, uti sunt Pastinacæ albæ, luteæ, rubræ, &c. multa egent humiditate, hincque ductibus aquosis plurimis gaudent, qui sufficientes humores iis adferant, & molem expandant, adjuti hoc in opere potissimùm à pluviis & æstuantibus solis radiis; dum ventorum frigorisque injuriæ promovendo quoque incremento subserviunt. Hinc est, quod plantæ aquosæ, tenerioribus multò & mollioribus liquidorum canalibus præditæ, quàm fructus arborum, quorum duriores & tenaciores sunt tubuli, haud adeò facilè evolvi possint ob summam suam fragilitatem.

A. Tenues fibrillæ dependentes in ambitu.
B. Interior apertura & textura vasculorum.
C. C. Exteriores fistulæ tubulosæ crassissimæ.
D. D. Extremitates radicis fibrosæ.
E. Ramuli è radice derivati.
F. Radicis expansio instar fasciculi pilorum.

Num. 3. *Hordeum cum fructu.*

Hordeum hocce, tempore autumnali opimæ commissum terræ, & instar aliorum seminum hyemalium, post actas jam radices, emissamque frondem, porrò deinceps accreturum inde tamen prohibetur, per obrepentem brumam, quæ germina ejus gelu, pruinâ, grandine, pluviâ, nive, asperoque Euri Boreæque afflatu obruit. Omnes hæ calamitates tamen incrementum ei & bonitatem majorem conciliant: dum enim sursum nequit progerminare, vim interea suam in se reflectit, fibrosasque suas radices in terrâ perficit, ut humili hoc in statu se firmet usque eò, donec Veris amœna facies, & foventes solis radii

differente de celle que nous pratiquons pour les preparer. Ce savant homme en dit assez pour les gens habiles & même pour ceux qui liront avec attention ce qu'il a écrit sur le bois des Arbres, sur l'écorce, sur les feuilles, sur les fleurs, sur les fruits, & sur les semences. Tout cela est admirable & attire l'attention malgré qu'on en ait. Il ne faut pas non plus passer sous silence le celebre M. de Tournefort, qui s'est fait une reputation immortelle par ses livres de l'anatomie des plantes, & qui joignant l'experience à une grande penetration, a communiqué des découvertes toutes nouvelles sur la veritable tissure & sur la generation des fleurs & des autres vegetaux.

SECONDE PLANCHE.

N°. 1. *Squelette d'une Rave du mois de Mai.*

Voila deux raves, toutes deux venues dans le mois de Mai, & dont on presente le Systeme interne nerveux, avec tous ses tuyaux & toutes ses fibres, & depouillé de sa substance pulpeuse ou succulente tant interieure qu'exterieure. La feuille de la tête, que les tuyaux d'alentour soutiennent, est ici coupée, pour laisser voir d'en haut la conformation interieure de cette rave & de celle qui est indiquée par le N°. 2. En dedans on diroit que c'est une toile deliée, & cotoneuse; & en dehors ses filamens n'imitent pas mal des fils de soïe blanche, lesquels étant presentez au soleil brillent & paroissent être d'argent. Les fibres qui pendent dans la circonference comme des filets très-minces ou de petits floccons de soïe, ont chacune leur fonction, qui est de distribuer les sucs qu'elles tirent du bout de la racine par les tuyaux larges qui sont marquez par la lettre A. lesquels tuyaux attirent aussi une humeur claire & transparente, de même que l'aimant attire le fer. Outre cela, la racine qui est deliée & fibreuse pousse des rejettons jusqu'au haut de cette plante, autour duquel ces rejettons se dispersent & forment des especes de pacquets de poils. Les Raves & les autres genres de racines bonnes à manger aïant besoin de beaucoup d'humidité, elles ont des conduits aqueux, qui leur en fournissent une quantité suffisante, & leur aident à grossir; à quoi contribuent également les pluyes & la chaleur des rayons du Soleil. On peut même dire que la rigueur du froid & les vents ne sont pas absolument inutiles à cet accroissement. Delà vient qu'il n'est pas à beaucoup près si facile de preparer les plantes aqueuses, & dont les canaux sont plus tendres & plus mous, que les fruits des arbres qui ont leurs tuyaux & plus durs & plus fermes.

A. Les fibrilles pendantes autour de la rave.
B. L'ouverture interieure, & la tissure des vaisseaux.
C.C. Les tuyaux exterieurs les plus épais.
D.D. Les extremitez fibreuses de la Racine.
E. Les petits rameaux qui viennent de la Racine.
F. Epanouïssement de la Racine en maniere de pacquets de Cheveux.

N°. 3. *Orge avec son grain.*

Cet orge semé en automne dans un bon terroir a eu cela de commun avec toutes les autres graines d'hyver, qu'après avoir déjà germé, poussé même quelques feuilles & dans le tems que tout sembloit le porter à maturité, son accroissement s'est trouvé retardé par l'arrivée de l'hyver, durant lequel la glace, les gelées blanches, la pluïe, la neige, & des vents d'Est ont suspendu toute action productive. Cependant tous ces obstacles servent à donner à cette plante son accroissement & sa bonté, car tandis qu'ils l'empêchent de pousser au dehors, ils concentrent toute sa force en


TAB. II.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
P. Lanjé fecit.



radii humili frumento affulgeant, hoc calefaciant, eliciant, & sursum evocent; unde prostrata folia novis eriguntur perfluis humoribus, novaque protruduntur germina, in spicas abire parata, & per diuturnam oppressionem sese multiplicatura. Plus vice simplici egometipse expertus sum, quod hyemes inclementissimæ fruges hyemales copiosissimas proferant. Exemplo sit granum seminale, hîc exhibitum, spicas quod quinas tulit, ob tabulæ angustiam brevibus hîc culmis sustentatas; hæ verò simul centum & quinquaginta reddidere semina. Quanta benedictio! Quis infinitam Conditoris benignitatem hîc non videt?

Num. 4. *Radix Scorzoneræ fibrata.*

Radix hæc sanis pariter ac ægris bonum præbet nutrimentum, & Decocta refrigerantia ingreditur. Pulposâ medullâ seu carnositate si orbetur, vestita deprehenditur crasso fibrosoque cortice, vestem de lanâ textam, & villosum quasi pannum referente, undique tam intus quàm versus peripheriam minutis obsito filamentosis apicibus, (quibus & exiguæ radiculæ laterales donatæ erant) qui apices instar depactorum ramulorum ad internam undique hærent radicis medullam, & crasso albicante, lacteo turgent succo, instar venarum lactearum. Interior hæcce crassa & medullosa radicis pars, à substantiâ suâ medullosâ separata, ex solis conflata est fibris seu fistulis oblongis, per quas radix, frons, flores & semina suum singula nutrimentum trahunt, uti in Rapis & aliis quoque similibus radicibus contingit. Radix Scorzoneræ multis aliis antecellit tam duplici suo vestitu, quàm succo lacteo, haud aliter ac Esula seu Tithymalus, radix Cichorei & Taraxaci: quarum binis postremis proximè accedit Scorzoneræ radix; dum Esula alios omninò effectus producit acerrimâ suâ & vehementer alvum irritante virtute.

A. Crassæ fistulæ tubulosæ, quæ secundo cortici exteriori adfixæ sunt.
B. Discrimen inter corticem & meditullium radicis.
C. Meditullium ipsum.
D. Lanea tunica, seu cortex crassus, tubulosus.
E. Villosæ radicis propagines, seu tubuli papillares.
F. Ipsæ papillæ lacte turgidæ.
G. Fibræ interioris radicis medullæ liberè dependentes.
H. Corticis filamentosi finis.

Num. 5. *Radix Becabungæ, officinalis, aquaticæ, folio subrotundo.*

Sistimus hanc eâ sub formâ, quâ ad oram fossæ eruimus, unà cum omnibus circumaccretis fibrosis radiculis, quæ intùs cavæ, fistulosæ, tenui cute membranaceâ vestitæ aquosos sic latices sugunt inservituros toti radici & plantæ nutriendæ, quæ multum poscit humiditatis aqueæ. Sub lit. D. crassum gerit radix hæc extremum, abruptum, per quod forte non poterat sufficiens humidi quantitas permeare ob crassarum fistularum natam quasi obstructionem: subvenit tamen huicce defectui natura, dum lateraliter inde protrusit plurimas radiculas filamentosas, defectum supplentes, succumque requisitum de novo adferentes pro incremento plantæ promovendo. Unde videre est vim retrò prementem humorum, qui suo in cursu impediti nova fibrosorum vasculorum emissaria propulerunt: patet & sic eorundem circuitus, hac in radice per microscopium distinctè conspiciendus, dum abscissum ejus extremum pauxillo aquæ imponitur. Hac ergo ratione radices in terra Naturæ adminiculo à morbis liberatas cernimus.

A. Ab-

en dedans, perfectionnent dans la terre ses racines fibreuses & malgré cette inaction apparente la fortifient jusqu'à ce que le printems vienne à paroitre, & que les raions du soleil commençant à se déploier, ils la rechauffent, l'attirent & la fassent pousser en haut. Alors les feuilles couchées se remplissant d'humeurs superflues se relevent, & l'on voit pousser de nouveaux rejettons qui sont prêts à se changer en épics, & qui se multiplieront à proportion qu'ils auront été arrêtez plus de tems. J'ai eu occasion d'observer plus d'une fois, que les hyvers les plus rudes étoient ceux qui produisoient les plus abondantes moissons; il n'en faut pas chercher d'autre exemple que le grain d'orge que l'on voit ici. Quoique semé dans une automne qui fut suivie d'un hyver très-rigoureux, il a produit cinq épics, dont la petitesse de cette planche m'a forcé d'accourcir les chaumes, & chaque épi rendit cent cinquante grains. Quelle benediction! Qui pourroit ne pas reconnoître à cette marque la bonté infinie du Createur?

N°. 4. *Racine de Scorzonere.*

Cette racine est également une bonne nourriture pour les personnes saines & malades, & elle entre dans les decoctions rafraichissantes. Quand on lui a ôté sa chair, on voit qu'elle est couverte d'une peau épaisse, fibreuse, & qui ressemble à une étoffe de laine ou à un velours à poils. Cette peau est aussi garnie par tout, tant au dedans qu'à l'entour, de petites houpes, qui étoient aussi aux racines laterales. Ces houpes tiennent au cœur de la racine comme de petits rameaux enfoncez & regorgent d'une humeur épaisse & blancheatre, d'un suc laiteux tel qu'est celui des veines lactées. Cette partie interne, crasse, moileuse de la racine ne laisse plus voir, dès qu'elle est separée de sa substance pulpeuse, que des fibres ou pour mieux dire, des tuyaux oblongs, par lesquels la racine, les feuilles, les fleurs & les graines tirent chacun en particulier la nourriture qui lui est convenable, comme on le remarque dans les raves & dans les autres racines du même genre. Mais celle de Scorzonere est fort au dessus de quelques autres, tant par sa double peau que par son suc laiteux, ce qui lui est commun avec le tithymale, la racine de chicorée & celle de laiteron. Il faut pourtant convenir que la Scorzonere a plus de rapport avec ces deux dernieres racines, qu'avec le tithymale, qui par son acreté & par sa vertu irritative produit des effets tout differens.

A. Tuyaux épais & qui tiennent à la seconde peau exterieure.
B. Difference entre la peau & le milieu de la racine.
C. Le cœur même.
D. Tunique de laine, ou peau épaisse & creusée en forme de tuyaux.
E. Rejettons velus de la peau, ou petits tuyaux mamillaires.
F. Les mamelles gonflées du suc laiteux.
G. Fibres du cœur de la racine interieure flottant librement.
H. Extremité des filamens de l'écorce.

N°. 5. *Racine de Berle, aquatique, à feuilles ovales.*

Nous mettons ici cette racine telle que nous l'avons arrachée au bord d'un fossé avec toutes ses petites racines fibreuses, lesquelles étant en dedans trouées, & revêtues d'une membrane fort mince succent ainsi toute la liqueur aqueuse à qui cette humeur est necessaire. On decouvre sous la lettre D. que cette racine a un bout épais, rompu, & par lequel peut-être qu'il ne pouvoit pas s'insinuer une quantité suffisante d'eau, à cause que ses vaisseaux épais sont presque naturellement bouchez. Cependant la nature a remedié en quelque sorte à ce deffaut, en faisant pousser de côté plusieurs petites racines dont chacune a ses filamens particuliers, qui reparent cette imperfection, & qui apportent un nouveau suc, qui aide la plante à prendre son accroissement. On voit par là la force retroactive des humeurs qui étant arrêtées dans leur cours poussent de nouveaux conduits & de nouveaux vaisseaux fibreux. On voit aussi très-distinctement au moïen du microscope, le cours que ces humeurs prennent dans cette racine, lorsque l'on en coupe le bout & qu'on le met dans l'eau. Et voila comment la nature conserve en terre ces racines exemptes des maladies qui pourroient les faire perir.

A. Coupure

A. Abſciſſus radicis truncus, ſurſum in herbam ſeſe explicans.
B. Alter radicis ramulus, qui folia ſurſum emittit.
C. Radices cum tenuibus ſuis propaginibus fibroſis.
D. Abruptus ſeu emarcidus radicis ſtipes, craſſus, unà cum novis fibrillis tenuibus inde emiſſis.

Num. 6. *Extremus ramulus radicis arboris Piri.*

Repræſentatur hîc expanſio fibrillarum ſubtiliſſimarum, quæ tenuem humorem è terra attrahunt & inſugunt, quo fiſtuloſos ſeu venoſos ſuos ramulos repleant, hiquè rurſus majoribus eundem ramis ſuis infundant, donec gradatim per majores ſemper & majores ramos ad ipſam demum arborem appulſus, huic de neceſſario ſucco proſpiciat rurſus inde diſtribuendo in brachia ejus ſiticuloſa, folia, flores, fructus & ſemina. Sic alia aliam nutrit pars: ſuum quæque fibrillæ minutiſſimæ contribuant neceſſe eſt, ut arbor unà cum inveſtientibus ſuis corticibus aliiſque eò pertinentibus partibus vigeat, & fructus proferat. Inde eluceſcit, quânam ratione ſapientiſſimo & cuncta ad lubitum gubernanti Deo placuerit mox ab origine rerum ſtatum civilem componi, & conſtituto ſemel in ordine contineri: quilibet hic pro eo, quem obtinet, loco, quantum poteſt, conferre debet ad ſalutem ordinis, & ad proſperitatem Principis (ſi regimen fuerit monarchicum) cui dominium & cura populi commiſſa eſt, huic ut, arboris inſtar fœcundæ & probè diſpoſitæ, florentem & vegentem ſtatum conciliet: dum contra & populo, quod adipiſcitur, reddere incumbit. Hacque ratione omnes pariter creaturæ ſuſtentantur: altera alterius in uſum condita eſt: omnia catenæ in modum inter ſe colligata ſunt ab infimis ad ſumma, & ab his rurſus ad infima. Ampliſſimus hîc patet meditandi campus, per quem, qui volet, exſpatietur.
A. Abſciſſa pars tenuis radiculæ Piri arboris.
B. Alterum ejusdem abſciſſæ radicis extremum, quæ hinc quamplurimas emiſit novas propagines.
C. Ramuli è radice pullulantes, cum ſuis fiſtulis.
D. Tenues gracileſque fibrillæ.
E. E. E. Tres ſingulares fibroſæ propagines, quæ craſſiori ejusdem radicis extremo adhæſêre, aliâ tamen formâ præditæ, & coloris obſcurè ſpadicei, multùm diverſæ ab aliis radiculis fibrisque ſucculentis & tenacibus: dum illæ contrà fragiles, fatuæ & fiſtuloſæ ſunt, exſuccæque molli illâ flexilitate & quaſi vitâ deſtituuntur.

TABULA TERTIA.

Num. 1. *Cucullus naturalis Americanus.*

Nomine Cuculli Æthiopum Surinamo mihi miſſum hocce corpus, inſtar muſci, arboribus quibusdam in ſaltibus accreſcit, cubiti plus minusve longitudine, latâ ſuâ baſi liberè ab arbore dependens; extrinſecus conſpectum corticis quaſi ſaturatè rufi ſpeciem præ ſe ferens, dum capillares fibrillæ omnes arctè ſeſe mutuo amplexantur: interna ſuperficies exteriori quidem ſimilis, at excavata eſt in follis formam. Apex in acumen convergens, arborique adhærens, cœcus eſt. Æthiopes, qui primi vegetans hocce

A. Coupure du tronc de la racine, laquelle pouſſe en haut des feuilles.
B. Autre branche de la racine qui pouſſe également ſes feuilles en haut.
C. Racines avec leurs petits rejettons fibreux.
D. Souche arrachée & épaiſſe de la racine, avec les nouvelles fibrilles qu'elle pouſſe.


N°. 6. *Dernier rameau de la racine d'un poirier.*

Ce numero repreſente de quelle maniere s'étendent & ſe developpent les fibrilles les plus ſubtiles, & comment elles tirent de la terre l'humeur douce dont elles rempliſſent leurs petits rameaux veneux, qui à leur tour portent cette humeur dans des rameaux plus gros. C'eſt ainſi que le ſuc nourricier paſſant par degrez d'un petit à un gros rameau, il parvient enfin au gros de l'arbre, & lui en fournit ce qui eſt néceſſaire en ſe diſtribuant dans les branches arides, dans les feuilles, dans les fleurs, dans les fruits & dans les graines. Une partie nourrit l'autre, & il faut que la moindre petite fibrille y contribue, pour que l'arbre avec les écorces qui la revêtiſſent, & les autres parties de la même nature ſe conſerve & porte des fruits. C'eſt ſur les mêmes principes, qu'il a plu à Dieu toûjours ſage & toûjours conſtant dans toutes ſes operations d'établir le monde lors de l'origine des choſes, & qu'il lui plait de le maintenir dans l'ordre qu'il a une fois reglé. Chacun doit ſelon ſon état contribuer autant qu'il peut au bien general de la ſocieté dont il eſt membre, & s'il vit dans un Etat monarchique, à la proſperité particuliere du Prince, à qui le domaine & la police du pays ſont confiez. C'eſt en le faiſant fleurir comme un arbre fecond & bien expoſé que le peuple en retire avec uſure les avantages qu'il lui a procurez. L'experience nous fait remarquer le même rapport & le même beſoin mutuel entre toutes les créatures, elles ſont faites à l'uſage l'une de l'autre, & peuvent être comparées aux anneaux d'une chaine dont le premier tient au dernier & le dernier au premier. Cette matiere fourniroit un vaſte champ à des réflexions, que les lecteurs qui s'y ſentiront portez, peuvent mettre en œuvre.
A. Partie coupée d'une petite racine de poirier.
B. Autre bout de cette partie coupée, lequel produit de nouveaux rejettons.
C. Petits rameaux qui pullulent de la racine avec ſes tuyaux.
D. Fibrilles petites & grêles.
E. E. E. Trois rejettons fibreux remarquables. Ils tenoient au bout le plus épais de la racine, mais ils étoient d'un bai obſcur, d'une conformation toute différente de celle des autres petites racines à fibres ſucculentes & tenaces, & enfin très-fragiles, ſans gout, ſans ſuc, ſans ſoupleſſe & presque ſans vie.

TROISIEME PLANCHE.

N°. 1. *Capuchon naturel d'Amerique.*

On m'a envoïé de Surinam ſous le nom de Capuchon d'Ethiopie la maſſe que l'on voit ici & qui croît en quelques forêts autour des arbres comme de la mouſſe: long d'une coudée plus ou moins, il pend à l'arbre par ſa baſe la plus large, & tant que ſes fibrilles capillaires reſtent étroitement ſerrées entr'elles, il a en dehors ſon écorce d'un roux presque foncé. Sa ſuperficie interne eſt ſemblable à l'externe, mais le milieu étant creuſé eſt fait comme un ſoufflet. Le ſommet qui finit en pointe & qui tient à l'arbre ne ſe voit point. Les Ethiopiens qui ont les premiers découvert ce vegetal, remarquant qu'il prêtoit aiſément dans l'endroit où l'ouverture eſt plus large; l'étendent



P. Tanjé fecit.

hocce detexere, obſervantes latiorem ejus aperturam eſſe diſtractilem, illud dextrè explicatum & dilatatum capiti imponunt loco cuculli in longum apicem aſſurgentis, quali naucleri uti ſolent. Filorum inſtar Cannabinorum tenaciſſimum eſt & fortiſſimum, tamque miro artificio ab ipſâ naturâ conflatum, ut contextum eſſe videatur. Baſis latior bis terve in ſe convolvitur, ut ſpira quaſi ſubligatum firmius capiti inhæreat.

Num. 2. *Libellus ex corticibus radicis Malvæ Japonicæ, in ſceleton redactis, compoſitus, foliis duodenis conſtans.*

Cortex hic, in ſex & plures lamellas fiſſilis, ab omni glutinoſâ materie, quâ cohæret & compingitur, probè depuratus, argentei candoris folia exhibet, è ſindone quaſi Cameracenſi contexta, quorum exterius filis craſſiſſimis, intimum autem & lignoſæ radicis ſubſtantiæ proximum tenuiſſimis conſtat. Folia hæc utrimque ſena, in medio unita relinquuntur, ſicque libellum referunt, nec acu, nec aliis Bibliopegi inſtrumentis compactum, cujus ſi intimam contemplemur ſtructuram, tam admiranda & ſingularia occurrunt, quæ fidem ſuperant.

Num. 3. Libellus hic ejuſdem de radicis cortice paratus externâ ſuperficie villoſiore conſpicuus eſt, cui membraneæ quædam ſquamulæ etiamnum inhærent, de cuticulâ tenuiſſimâ, radicem exterius inveſtiente, reſiduæ.

Num. 4. *Exuviæ Calicum Malvæ Japonicæ.*

Calices hi tenellis quoque fibris lignoſis præditi ſunt, alioqui ſceleton inde confici haud poſſet. Datum eſt plurimis floribus gluten quoddam, ſive nervoſa compages, unde deglubi ſeſe haud patiuntur, quum humiditatem ferre nequeant, quin ſimul deliqueſcant.

Num. 5. *Sceleton fructus Americani,* Jupina *dicti.*

A Luſitanis *Jenipapa* appellatur, referente D. Charles Rochefort p. 47. qui loco hîc citato arborem totam cum foliis, floribus & fructu accuratè deſcribit. Unde ſupervacaneum rati multa deſuper proferre, fructum duntaxat pulcherrimè evolutum inque perfectum ſceleton redactum hacce tabulâ exhibebimus, unà cum omnibus ejus tubuloſis nervis villiſque, de materie quaſi lignoſâ conflatis, quum priſtinâ in formâ conſtanter perſiſtant, nec adeo cedant ad contactum, ubi exſiccati ſunt. Notatu dignum eſt, fructus hosce, qui, inſtar malorum Citreorum & Aurantiorum, ſuccoſâ ſubſtantiâ pleniſſimi ſunt, innumeris adeo tubuloſis nervulis & fibrillis præditos, cellulis tamen carere ſuccum coërcentibus, quales in Citreis, Aurantiis, & Sinenſibus dictis malis reperiuntur, ubi tota caro in membranaceas veſiculas diſtincta turget. Unde fructus hic pomorum pirorumque familiæ inſerendus eſſe nobis videtur, quæ non niſi loculum ſeminalem craſſa tenacique membrana ſuccinctum gerunt; id, quod & hoc in fructu reperitur. Præterea & hoc habet fructus iſte aliis non adeo commune fructibus, quod ab illo ejus extremo, cui petiolus adnaſcitur, plura oriantur lignoſa ligamenta, ſeu potius coſtulæ, quæ ſub cute delatæ fructum in octona ſegmenta, totidem quaſi ſulcis diſterminata, partiuntur: harum coſtularum tenuiſſimæ ad umbilicum usque protenſæ, huicque infixæ, ſingularem ſic & concinnam fructui figuram conciliant. Ita Conditor immen-

l'étendent & l'apprêtent avec adreſſe & le mettent ſur leur tête en maniere de ces Capuchons pointus, dont ſe ſervent les matelots; il eſt auſſi tenace que des fils de Chanvre, & la nature a pris tant de ſoin à le former qu'il ſemble être naturellement tiſſu. La Baſe la plus large ſe roule deux ou trois fois ſur elle-même, & étant ainſi liée par deſſous comme par une bride elle tient plus ferme ſur la tête.

N°. 2. *Petit Livre de douze feuillets fait d'Ecorces de racines de Mauve du Japon reduites en Squelette.*

Cette écorce, qui peut aiſément ſe partager en ſix petites feuilles & plus, étant une fois bien depurée de la matiere glutineuſe dont elle eſt empreinte, laiſſe voir des feuilles auſſi blanches que l'argent & d'un tiſſu auſſi fin que les toiles de Cambray. L'exterieur de ces feuilles eſt compoſé de fils très épais, tandis que ceux de l'interieur & des parties les plus proches du bois de la racine ſont très-fins. On laiſſe à ces feuilles qui des deux côtez ſont au nombre de ſix le lien qui les unit au milieu & c'eſt ainſi que ſans aiguille ni aucun autre inſtrument de relieure, elles forment un Livre. La ſtructure interieure fournit des choſes ſi admirables & ſi ſingulieres qu'elles en paroiſſent incroiables.

N°. 3. Ce petit Livre qui eſt fait de l'écorce de la même racine eſt remarquable en ce que les feuilles n'en ſont pas ſi liſſes dans leur ſurface exterieure. Il y tient encore des eſpaces de membranes écailleuſes qu'y laiſſe la peau la plus delicate qui revêtiſſoit la racine en dehors.

N°. 4. *Depouilles de fleurs épanouïes d'une Mauve du Japon.*

Ces fleurs épanouïes ont auſſi quelques racines ligneuſes, autrement on n'auroit pas pû en preparer le ſquelette. Il y a pluſieurs fleurs qui ont une colle, ou un certain aſſemblage de parties nerveuſes dont on ne les depouille pas aiſément, parce qu'elles ne peuvent ſupporter l'humidité ſans ſe fondre.

N°. 5. *Squelette d'un fruit d'Amerique & qu'on nomme* Jepina.

M. Charles Rochefort qui p. 47. decrit cet arbre avec ſes feuilles, ſes fleurs & ſon fruit dit que les Portugais l'appellent *Jenipapa*. L'exactitude qu'il a apportée à cette deſcription nous fait croire qu'il ſeroit bien inutile de nous y étendre, & nous nous contentons de donner un de ces fruits bien depouillé & reduit en un ſquelette parfait avec ſes tuyaux nerveux & ſes poils faits d'une matiere presque ligneuſe, ce qui fait qu'ils conſervent leur premiere forme & que dès qu'ils ſont ſecs, ils ſe briſent difficilement. Une obſervation digne de remarque eſt que ces fruits, qui de même que les Citrons & les Oranges ſont remplis de jus & compoſez par conſequent d'une quantité innombrable de tuyaux nerveux & de petites fibres, n'ont cependant point de petites cellules propres à contenir le jus, à la difference des Citrons, des Oranges ordinaires & de celles de la Chine, où l'on voit la chair partagée par de petites veſicules membraneuſes. Cette raiſon nous engage à mettre le Jepina dans le genre des pommes & des poires, qui comme ce fruit, n'ont qu'une loge ſeminale couverte d'une membrane épaiſſe & tenace. Le Jepina a encore cela de particulier & qui ſe

immensus juxta sapientissimam suam omnipotentiam creaturæ cuilibet prospexit, & dotes proprias elargitus est.

Num. *6.* En fructus ejusdem sceleton, sed anterius, qua flos sedet, conspicuum, ubi & volva patet seminalis, in tria loculamenta divisa, quorum singula septo rursus medio membranaceo bisecantur, huicque adnatum semen ad perfectam usque maturitatem fovent.

Num. 7. *Fructus* Quapeba *Americanus.*

Surinamo nobis transmissus hoc sub nomine, aliis *Guapeba* scribitur. Piper Æthiopicum figurâ æmulatur, plurimasque siliquas eidem petiolo, de ramis orto, racematim adnatas, exhibet. Semina, uti in aliis plantis siliquosis, suis in tunicis digesta sunt, vid: Num. 8. Acri sapore fructus hic linguam adurit, ferè ut Orientales Cubebæ. Æthiopes & incolæ istius regionis loco Piperis aut aliorum Aromatum cibos suos eo condiunt.

Num. *9* & 10 eosdem fructus exhibemus carnosâ suâ substantiâ, seu siliquosis capsulis orbatos.

Num. 11. *Sceleton folii Clinopodii rosei Alpini.*

Basilicum sylvestre vulgò, Alemannis *Wirbeldost* vocatur. Folia ejus, singulari modo comparata, ex apice suo anteriore novum emittunt foliolum. Lignosis quoque gaudent nervulis, & nullo negotio deglubi possunt.

TABULA QUARTA.

Num. 1. *Sceleton Folii Hederæ arboreæ vulgaris.*

Expansio fibrosa hujus folii in quinque majores nervos, ramis arborum similes, distributa, ex pedunculo suo nutritium attrahit humorem, pro fibrularum omnium inde oriundarum conservando robore. Arbore vel frutice in vigore incrementi constituto, pars ejus quælibet, folium, flos, fructusve sit aut semen, propriâ suâ formâ & colore prædita, sibi conveniens ex ipso trunco haurit nutrimentum. Plurimæ reperiuntur Vegetantium, tam arborescentium, quàm frutescentium species, quas omnes & singulas scitè dignoscere nemo potest. Nos jam de iis loquimur, quæ hîc locorum notæ sunt. Prout planta quælibet opimo adhærens solo crescit, pabulumque inde trahit; ita singulis suis partibus vicissim potest prospicere. Huc tanquam causa præcipua concurrit Sol, vernis suis radiis recludens omnia, ut Plantæ protrudantur de terrâ, germina sese explicent, aridæque aut frigore hyemali constrictæ novâ reficiantur vitâ, per liberum humorum circuitum inibi reproductâ. Ventorum frigorisque injuriæ eidem scopo famulantur, ut scilicet tenera folia, flores & fructus à præcoci nimis explicatione prohibeantur: sic enim firmæ eorundem partes, quas sceleti nomine donamus, stabilem, & tactui resistentem nanciscuntur prius firmitudinem; tenues parantur fistulæ, & justa sternitur humoribus via per venulas aut fibrillas singulas, majores & minores.

se trouve rarement dans les autres fruits, qu'il naît de l'extrêmité où la queuë commence, plusieurs ligatures cordées, ou plutôt de petites côtes qui étant portées sous la peau y partagent le fruit en huit morceaux separez eux-mêmes comme par autant de sillons. Les plus petites de ces côtes s'étendant jusques au nœud & s'y attachant donnent ainsi au Jepina la conformation qu'il doit avoir. Et c'est de cette façon que le Createur suivant sa toute puissante sagesse a pourvû que chaque creature eût les qualitez qui lui étoient propres.

N°. *6.* Voilà un autre squelette du même fruit, mais de la partie anterieure où vient la fleur, & où l'on voit la loge seminale ouverte, & partagée en trois parties, dont chacune étant derechef partagée par le milieu est coupée en deux, & entretient ainsi la semence jusqu'à ce qu'elle vienne à une parfaite maturité.

N°. 7. *Fruit d'Amerique nommé* Quapeba.

Ce fruit, que quelques personnes appellent *Guapeba*, nous a été envoïé de Surinam sous le nom de *Quapeba.* Sa figure approche beaucoup de celle du poivre d'Ethiopie, & il a plusieurs cosses qui viennent en forme de grappe sur la queuë qui nait des rameaux. Les semences sont comme dans les autres plantes à cosses. V. N°. 8. Ce fruit a un gout aigre, & brûle la langue de même que les cubebes d'orient. Les Ethiopiens & les habitans de ces climats-là s'en servent en guise de poivre ou d'autres aromates pour assaisonner leurs viandes.

N°. *9.* & 10. Nous redonnons les mêmes fruits dépouillez de leur substance pulpeuse ou de leurs petites cosses.


N°. 11. *Squelette d'une feuille de* Clinopodium *des Alpes.*

On l'appelle communément *Basilic Sauvage* & les Allemands le nomment *Witsbeldost.* Ses feuilles ont cela de singulier qu'elles poussent à leur sommet anterieur une nouvelle feuille. Les petits nerfs cordez qu'elles ont en nombre font qu'on les dépouille sans aucune peine.

QUATRIEME PLANCHE.

N°. 1. *Squelette d'une feuille d'arbre de lierre commun.*

L'expansion fibreuse de cette feuille partagée en cinq gros nerfs, qui ressemblent à des branches d'arbres, tire par sa queue le suc nourricier dont elle a besoin pour conserver la force à toutes les petites fibres qui y naissent. L'arbre ou pour mieux dire l'arbrisseau étant dans la vigueur de son accroissement, chaque partie, comme la feuille, la fleur, le fruit ou la graine, qui ont déjà la couleur & la figure qui leur sont propres, tirent leur nourriture du tronc. Il y a une grande quantité d'especes de vegetaux soit arbres soit arbrisseaux, qu'il n'est pas possible de les connoitre toutes, encore moins de bien connoitre en détail la nature de chacune. Pour nous notre intention est seulement de parler de ceux qui sont connus dans ce païs, & de remarquer qu'à proportion que chaque plante croît dans un terroir plus excellent, chaque partie particuliere en est en meilleur état; mais le soleil est par tout la cause premiere & principale de leur production; c'est lui qui ouvrant la terre au printems par la douce influence de ses raïons les fait pousser hors de terre en developpe, les semences, & pour ainsi dire reproduit en elles une vie nouvelle, en humectant les parties que la rigueur de l'hyver avoit comme desséchées & en leur rendant la libre circulation de la seve. Les injures même de l'air, le froid & les vents vont au même but, ils deffendent les feuilles, les fleurs & les fruits encore délicats, d'un accroissement précoce & laissant aux parties solides, dont on voit ici le Squelette, le tems d'acquerir une consistance capable de resister au toucher, ils preparent les petits tuyaux & tracent aux sucs nourriciers le chemin qu'ils doivent tenir pour passer par chaque veine & cha-


TAB.IIII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 9.
Fig. 10.
P. Targé fecit.



nores. Internam hîc exhibemus fabricam folii Hederæ, unà cum fibroſo ejus pedunculo, haud difficulter in quinquaginta dividendo fibrillas, quæ omnes microſcopio conſpectæ, cavæ & tubuloſæ ſunt, ut per has vis fruticis è ramulis lateralibus, folium, vel folia, inſtar fortium embolorum, geniculo latiore inde oriunda, protrudat, & pedunculi folii tenues fibrillas cum fiſtulis lateralibus conjungat.

Hedera ſtabilis naturæ folia, hyeme & æſtate virentia, fert, craſſa, & firmiſſimè trunco vel ramulis adnata: eorum viror jucundiſſimus eſt. Separandi peritis cuticulam quoque utrinque facile eſt deglubere, ut ſceleton illæſum, priſtinâ ejus figurâ perfectiſſimè conſervatâ, remaneat, juxta ac hîc oſtenditur. Ars hæc nil habet ſingularis, & talibus commodiſſimè in foliis exercetur, quæ tenacibus conſtant nervis, ſeu fibris.

Primam equidem hujus Anatomiæ inventionem haud noſtram facimus: debetur hæc accuratiſſimo ſcrutatori *Marcello Malphigio*, hanc qui diverſâ tamen ratione in Anatom: Plantar: docet. Hunc ſecutus alter, celeberrimus nimirum D. *Fridericus Ruiſchius*, Anat: & Botan: Profeſſor, qui foliorum ſic denudatorum quasdam nobis iconas exhibuit. Nos hâc ſuper re meditati, ſedulo tentamine eò tandem (abſit jactantia dicto) hâc in arte pervenimus, ut omnis generis folia hâc ratione cum omnibus ſuis expanſionibus in ſceleton naturale deglubere, & ante oculos nuda ponere ſciamus.

Num. 2. *Sceleton Folii Majoris Hederæ arboreæ.*

Majus hoc præcedenti eſt folium, eadem tamen de plantâ natum: quocirca notabile eſt, fruticem hunc, ubi lætè creſcit, ſæpiuſculè folia proferre variæ figuræ circa margines aut acutè convergentes angulos, quorum ſinguli peculiare veluti folium mentiuntur. In hocce licet demonſtrare, quod è pedunculo tres propagines ſingulares oriantur, quarum quælibet verſus aciem folii properant, ibique ramificationes ſuas confundunt, conſtitutis in medio nervis ſeu fibrulis omnium craſſiſſimis exiſtentibus: id quod & Num. 1. folium docet, in quinque nimirum partes diviſum. Hæc etiam folia partim in acumen excurrunt, uti ſub Num. 10. oſtendemus.

Num. 3. *Sceleton Folii Mali Aſſyriæ.*

Fibrarum hujus folii teneritudo parum admodum contra læſionem firmata ſatis difficilem reddit Epidermidis ſeparationem, quæ nonniſi ſummâ cum circumſpectione fieri poteſt. Pedunculus, per medium folii diſtributus, ex infinitis compoſitus vaſculis tenuibus, fibroſis, innumeras emittit capillares propagines ad acutum usque folii apicem, quarum pars viſum ferè fugit præ tenuitate. Cutis ejus membranacea ſat craſſa & tenax inſtar Pergamenæ eſt, ſceletique interiora ſubtiliſſima & capillacea ſunt.

Num. 4. *Sceleton Folii Citri.*

Et hoc tenuibus valdè conſtat fibrulis, haud tamen cum priori hoc reſpectu comparandis: ſeparanti eadem hîc occurrit fabrica.

Num. 5.

& chaque fibre grande ou petite. Nous donnons ici la conformation interieure d'une feuille de lierre, avec ſa petite tige fibreuſe, laquelle forme ſans peine cinquante fibrilles, qui conſiderées avec un microſcope paroiſſent creuſées en forme de tuyaux, afin de faciliter à l'arbriſſeau la force de pouſſer en avant par les rameaux lateraux la feuille ou les feuilles qui comme de forts piſtons y viennent avec un nœud plus large, & de joindre auſſi aux tuyaux lateraux les fibrilles de la tige de la feuille. Le lierre qui par ſa nature eſt d'une ſubſtance ſolide, porte des feuilles également vertes en hyver & en été; elles ſont épaiſſes, & tiennent fortement au tronc ou aux rameaux. Leur verdure eſt très-agreable. Il n'eſt rien de plus aiſé à ceux qui ont quelque experience, que d'enlever la peau de côté & d'autre ſans bleſſer les parties interieures, de façon qu'elles conſervent parfaitement leur conformation, comme celles qu'on voit ici. Cette Anatomie n'a rien de particulier & donne très-peu de peine dans les feuilles dont les fibres & les nerfs ſont tenaces & épais.

Nous n'avons garde de nous attribuer l'honneur de la premiere invention de cette Anatomie; elle eſt due à ce Scrutateur exact de la Nature M. *Malpighi*, qui cependant s'y eſt pris d'une façon un peu differente de la nôtre dans ſon *Anatomie des Plantes.* Il a été ſuivi par le célébre Docteur *Frederic Ruyſch* Profeſſeur en Anatomie & en Botanique qui nous a donné quelques figures de feuilles ainſi preparées. Après avoir medité ſur ce ſujet & par de frequentes experiences, nous croïons être enfin parvenus au point, ſoit dit ſans vanité, de pouvoir par nôtre methode depouiller ainſi & repreſenter telles qu'elles ſont toutes les feuilles avec leurs expanſions.

N°. 2. *Squelette d'une très-grande feuille d'arbre de Lierre.*

Cette feuille qui eſt comme la precedente une feuille de Lierre, eſt beaucoup plus grande: de ſorte qu'il faut obſerver que quand cet arbriſſeau eſt dans un terroir favorable, il produit ordinairement des feuilles de differentes figures autour du bord ou des angles tournez en pointe, dont chacun ſemble encore pouſſer une nouvelle feuille. On peut remarquer ici trois rameaux qui viennent de la queue & vont aboutir aux extremitez de la feuille où elles brouillent leurs petits rameaux, mais après avoir jetté dans le milieu des fibres ou des nerfs très-forts. Le N°. precedent montre auſſi une feuille diviſée en cinq parties. Nous ferons voir ſous le 10. que les feuilles s'étendent en pointe en partie.

N°. 3. *Squelette d'une feuille de Citron.*

La delicateſſe des fibres de cette feuille, qui la rend ſujette à être bien-tôt caſſée, fait que la ſeparation de l'épiderme en eſt difficile, & qu'elle ne peut s'executer qu'avec une grande attention. Le tuyau de la queue qui s'étend jusqu'à l'autre bout de la feuille, & qui eſt compoſé d'une infinité de petits vaiſſeaux fibreux, pouſſe un nombre immenſe de rejettons capillaires jusqu'au bout aigu; leur petiteſſe les rend presque imperceptibles. Sa peau membraneuſe eſt aſſez épaiſſe, & ne reſſemble pas mal à du parchemin. Les parties interieures ſont auſſi deliées que des cheveux.

N°. 4. *Squelette d'une feuille de Citronier.*

Elle eſt compoſée de fibrilles extremement délicates, mais qui cependant ne peuvent pas entrer en comparaiſon avec celles de la precedente. La conformation interieure ſe trouve la même après le dépouillement.

N°. 5.

Num. 5. *Sceleton Folii Populi nigræ.*

Æquè facilis est ad minimum separatio cuticulæ hujus Folii, ac Hederacei, ob fibrarum firmitatem & duritiem: nec obstat earundem tenuitas, quin citò admodum succedat præparatio.

Num. 6. *Sceleton Folii Mali Armeniacæ.*

Hæc præparatio plus requirit temporis ob fibrarum mollitiem, glutinositatem, & summam tenuitatem: sunt hæ coloris spadicei, & in formam ferè folii Populi dispositæ, nisi quod in extremum acutius desinant, densiusque congestæ sint.

Num. 7. *Sceleton Folii Mali vulgaris.*

Difficulter deglubitur hocce Folium, ob teneritudinem & mollitiem filamentorum, quæ ilicò lædi possunt. Ubi autem vel minima deficit particula, totum folium rejiculum est. Ut verò res benè succedat, circa separationem modo singula sibi debito tractari debent; inque hoc totius rei vertitur cardo. Sceleton horum foliorum dilutè flavum est, pedunculus autem, per medium decurrens, subrufus.

Num. 8. *Exuviæ inferiores Folii Malini.*

Sunt hæ integræ à sceleto Folii separatæ, extus prorsus lanuginosæ: internæ autem earundem faciei insculptæ cernuntur ramificationes sceleti, quâ hoc defixum erat. Tunica pedunculi, plerumque binis tenuibus alis accreta lateribus pedunculi hujus Folii, heîc quoque à fibris interioribus separata cernitur. Color dilutè flavus est.

Num. 9. *Sceleton Folii Piri majoris.*

Est hoc mirâ accuratione de tenuissimis nervulis vel fibris concinnatum, facilemque admittit præparationem, quia firmum satis est, & sæpè ab Erucis minoribus jam exesum. Propagines è pedunculo immediatè oriundæ, harumque ramuli valdè lignosi sunt, fibrosi, & dilutè flavi.

Num. 10. *Folium Hederæ arboreæ, in sceleton quidem redactum, sed membranis suis etiamnum tectum.*

Sceleton hocce separatum hæret binas inter tunicas suas, absque ullâ cujusquam particulæ læsione. Color viridis inde per vascula pedunculi penitus exhaustus est, sic ut dilutè flavum appareat. Hæc præparatio singulares requirit encheireses.

TABULA

N°. 5. *Squelette d'une feuille de Peuplier Noir.*

La separation de la peau de cette feuille est aussi aisée que celle d'une feuille de lierre, & cela parce que ses fibres sont également dures & solides, & leur petitesse n'empêche pas que cette preparation ne puisse se faire en très-peu de tems.

N°. 6. *Squelette d'une feuille d'Abricotier.*

Le depouillement de cette feuille demande bien plus de tems, ses fibres étant molles, gluantes, & extremement deliées. Elles tirent sur le bay, & leur arrangement seroit le même que celui des feuilles d'un tremble, si elles n'étoient pas plus pointues vers le bout & plus ramassées.

N°. 7. *Squelette d'une feuille de Poirier ordinaire.*

La delicatesse & le peu de consistance des filamens de cette feuille qui se rompent tout d'abord la rendent difficile à dépouiller; car dès qu'on en a depecé la moindre partie, le tout n'est bon qu'à être jetté. Mais pour en venir à bout heureusement, on doit prendre garde à manier adroitement chaque partie, c'est en cela que tout l'art consiste. Le Squelette de ces feuilles est d'un jaune clair, & le tuyau du milieu roussâtre.

N°. 8. *Depouilles inferieures d'un Poirier.*

Ces feuilles qu'on voit ici entierement separées du squelette sont cotoneuses en dehors, & en dedans on apperçoit l'empreinte des ramifications du squelette du côté où elles y étoient attachées. La tunique de la tige, aux côtez de laquelle croissent ordinairement deux especes de petites aîles, se voit ici dépouillée de ses fibres interieures. Sa couleur est d'un jaune clair.

N°. 9. *Squelette d'une feuille d'une plus grosse poire.*


Cette feuille est tissue avec grand soin de petites fibres & sa preparation en est aisée, tant à cause de sa consistance qui est assez grande, que parce que souvent elle est rongée par de petites chenilles. Les rejettons qui partent immediatement de la tige & leurs branches les plus fortes sont fibreuses & d'un jaune clair.

N°. 10. *Feuille d'un Lierre reduite en squelette, mais couverte encore de ses membranes.*

Ce squelette separé demeure ferme entre ses deux tuniques, sans qu'aucune de ses parties ait souffert la moindre lesion. Sa couleur verte se perd de façon en passant par les vaisseaux de la tige, qu'il paroit à present jaune. Cette preparation demande une adresse singuliere.

CIN-




TAB. V.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 5.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 9.
Fig. 10.

TABULA QUINTA.

Num. 1. *Sceleton Folii Quercûs.*

Quale hîc exhibemus, ſceleton nitidiſſimum hujus folii inter difficillimè præparanda recenſeri debet; quum membranacea ejus Epidermis valdè coriacea ſit, fibriſque interioribus illigata. Nervus quidem per medium folii recta decurrens cuilibet ejus laciniæ ſingularem impertit ramulum unà cum plurimis propaginibus, uti hoc in omnibus foliis profundè inciſis aut diviſis obtinet: veruntamen ramuli hi hoc in folio admodum confuſi ſeſe mutuo ſuperequitant: ſubſtantia intermedia ſubtiliſſima fibroſa prorſus & vaſculoſa eſt. Durabiliora ſunt hæc folia aliis ob ſuam duritiem. Coloris ex fuſco flavi eſt hoc ſceleton ligni inſtar Quercini.

Num. 2. *Sceleton Folii Roſæ pallidæ.*

Utplurimum quinque, aliquando tria tantum horum foliorum è pedunculo eodem villoſo oriuntur, quorum ſupremum maximum eſt, bina poſteriora verò minima. Quinque hæc folia nutrimentum ſibi debitum è tenui pedunculo ſolo trahunt, & ſingula peculiari ſuo nervo medio, indeque derivatis tubulis fibroſis (quos in hominibus aliiſque animantibus vaſa ſanguinea vocamus) donata ſunt, quorum per cava ſuccus nutritius defertur. Pars quælibet ſuo contenta dimenſo, dum nimio humorum affluxu oneratur, vaſorum ſuorum valvulas obtendit, donec priore conſumto, novi rurſus fluidi neceſſitas urgeat. Quando depactus Roſæ ramulus, foliis & flore præditus, aliuſve flos aquæ imponitur, obſervamus, quod abſciſſi pedunculi vaſa debilitata, valvulas ſuas claudere impotentia, laticem aquoſum ſubitò nimis & majore, quàm cui ferendæ ſunt, copia attrahant: unde ſuperfluus humor remeare cogitur, & tubuli attrahentes prorſus enervati in mucum quaſi intus corrumpuntur, demittentes hinc ſua cum floribus folia. Contra verò ubi reſecti flores aut ramuli ilico, quâ parte læſi ſunt, molli cerâ, vel Emplaſtro probè teguntur, tumque arenæ humidæ aut aquæ inſeruntur, diutius vigent multò, quum nimiâ aquâ haud ſuffocentur. Roſæ folia cum pedunculo, membranis externis orbata, ſceleton dant ex nigro ſubfuſcum.

Num. 3. *Sceleton Folii Smilacis Africanæ.*

Folium hoc ex arbore deſumtum eſt, quæ ultra annos triginta, retro ædes meas, verſus parietem intergerinum radicata, virorem jucundiſſimum præbuit. Folia ejus, Phaſeoli æmula, hic locorum terna ex uno pedunculo oriuntur, quorum hocce & medium eſt & longiſſimum: bina inferiora, brevioribus innixa petiolis, apice extremo extrorſum recurvata ſunt. Menſe demum Septembri, antequam defluant, flava & purpurea evadunt. Sarmenta ejus æſtate radiculas emittunt. Sceleton eſt pulcherrimum, fibris denſiſſimè implicatis quaſi contextum.

Num. 4.

CINQUIEME PLANCHE.

N°. 1. *Squelette d'une feuille de Chêne.*

L'Anatomie que nous donnons ici de cette feuille peut être miſe au rang des preparations les plus difficiles, parce que ſon épiderme membraneuſe eſt extremement coriace & étroitement attachée à ſes fibrilles interieures. A la verité le nerf qui traverſe le milieu de la feuille envoie à chaque partie ſon rameau particulier avec pluſieurs rejettons, comme on ſait que cela arrive dans toutes les feuilles coupées ou dans leſquelles on a fait de profondes inciſions; mais tous ces rameaux étant très-entrelacez dans cette feuille enjambent les uns ſur les autres. Sa ſubſtance intermediaire la plus mince eſt entiérement fibreuſe & toute pleine de vaiſſeaux. Ces feuilles ſe conſervent plus long-tems que les autres à cauſe de leur dureté. Ce ſquelette eſt comme le bois de chêne, d'un jaune obſcur.

N°. 2. *Squelette d'une feuille de Roſe pâle.*

La tige heriſſée de cette fleur pouſſe le plus ſouvent cinq, & quelquefois ſeulement trois feuilles, dont celle d'en haut eſt la plus grande, & les deux autres ſont plus petites. Ces cinq feuilles ne prennent leur nourriture que de leur ſeule tige laquelle eſt très mince, & chacune de ces feuilles a ſon nerf particulier au milieu & des tuyaux fibreux qui en viennent, par les cavitez deſquels le ſuc nourricier ſe repand partout; ces tuyaux ſont comme ceux que nous appellons vaiſſeaux ſanguins dans les hommes & dans les autres animaux. Chaque partie contente de ſa dimenſion bouche d'elle-même les valvules de ſes vaiſſeaux, lors qu'elle ſe trouve chargée d'humeurs ſuperflues, & elle ne les rouvre que quand le beſoin d'un nouveau ſuc l'y oblige. Nous remarquons que quand on met dans de l'eau une branche de roſe ou de quelque autre fleur que ce ſoit avec ſes feuilles & ſes fleurs, les vaiſſeaux des tiges coupées étant affoiblis & ne pouvant pas fermer leurs valvules, attirent d'abord beaucoup plus d'humeurs qu'elles n'en peuvent ſupporter; ce qui fait que celle qui eſt de trop eſt obligée de retourner & que les vaiſſeaux attractifs entierement énervez & tout gâtez en dedans perdent enfin leurs feuilles, avec leurs fleurs. Mais ſi dès que les fleurs ou les branches ſont coupées, on a ſoin de bien boucher avec de la cire ou un emplâtre la partie où l'amputation s'eſt faite, & qu'on les mette dans de l'eau ou dans du ſable mouillé, alors n'étant plus noïées par trop de ſuc, elles prennent plus de vigueur que jamais. Les feuilles de roſes avec la tige, & dépouillées de leurs membranes externes ſont d'un brun fort obſcur.

N°. 3. *Squelette d'une feuille d'if d'Afrique.*

Cette feuille eſt priſe d'un arbre, qui expoſé depuis trente ans derriere de mon logis contre le mur mitoyen, m'a toûjours fourni une verdure agréable. Ses feuilles, comme celles des Fazeoles, pouſſent en ce pays-ci au nombre de trois, dont celle que nous donnons qui eſt la plus longue eſt au milieu: les deux autres d'enbas ſoutenues ſur des queues plus courtes, ſont recoquillées en dehors par en haut. Avant leur chute qui eſt au mois de Septembre, elles deviennent jaunes & violettes. Le bois de cet arbre pouſſe en été de petites racines. Ce ſquelette eſt très-beau & comme tiſſu de fibres étroitement ſerrées.

N°. 4.

Num. 4. *Sceleton Folii Tiliæ.*

Et hoc artis eſt ſpecimen, manum requirens ſuſpenſam, ut cutis & tunicæ externæ integræ ſine læſione deglubantur: fibrillæ enim, præter modum tenues, denſius ſibi mutuo intertextæ ſunt, quàm ſindon tenerrima Cameracenſis; unde & Chalcographo haud parvo conſtitit labore, ſingulas partes naturaliter hîc conſpicuas exactè æri incidere. Notatu dignum eſt, hocce in ſceleto minutos occurrere orbiculares acinos, ex alis ramulorum propullulantes.

Num. 5. *Sceleta Foliorum Lauri.*

Folia hæc admodum tenaci induta cute, hujus tamen admittunt leni manu ſeparationem. Minima interim haud æquè facile denudantur ac maxima. Quam concinnam exhibet ſceleton hocce texturam? Quodlibet folium ſingulari artificio elaboratum cernitur. Tribus horum ſpeciebus unum præfiximus numerum, tantò ut magis incomprehenſibilia Conditoris miracula tam minutâ & vilipenſâ in re ſubmiſſè & attentè conſiderarentur.

Num. 6. *Sceleton Folii Jasmini vulgaris, flore albo.*

Subtilis hæcce Anatomia nos docuit, folium hoc excoriatum bifariam findi, & bina exhibere ſceleta, quæ hîc conjuncta exhibemus. Idem in ſceletis foliorum Pyri aliorumque invenimus.

Num. 7. *Sceleton Folii ſeparati Jaſmini vulgaris.*

Eſt hoc utrinque ſimilibus venis aut nervis pertextum, & fibris undique obſitum, ac ſi foret integrum: pars quælibet dimidia ſingulare ſuum obtinet nutrimentum per folii ſtylum è ramo fruticis. Nec minorem hoc meretur admirationem quàm præcedentia.

Num. 8. *Sceleton Folii Juglandis.*

Quinque utplurimum folia heîc eidem adhærent pediculo, quorum hocce medium eſt. Propagines nervi folii ſatis ſpectabiles ſunt, nec minus ramificationes capillares, quæ vario inter ſe ludunt concurſu & receſſu. Alius omnino fibrarum lateralium hîc cernitur apparatus, quàm in foliis prioribus, Quercini tamen folii ferè æmulus. Sceleton coloris eſt dilutè ferruginei.

Num. 9. *Sceleton Folii Piri,* Signora *dicti.*

Hujus è pediculi trunco oriundæ propagines ſurſum expanduntur venuſtiſſimè in venulas capillares tenuiſſimas. Color ejus dilutè cinereus eſt.

Num. 10. *Sceleton Folii Fagi.*

Folium hoc omnium maximè ſeparationi membranaceæ ſuæ cuticulæ reſiſtit; hujus quippe tenaciſſimum eſt;

N°. 4. *Squelette d'une feuille de Tilleul.*

Voila un eſſai de l'art, qui demande une main legere, pour depouiller la peau & les tuniques externes ſans les endommager: car ſes fibrilles ſont extrêmement delicates, & plus ſerrées entr'elles que ne l'eſt la plus fine toile de Cambrai; auſſi le Graveur a-t-il eu bien de la peine à repreſenter diſtinctement dans cette planche toutes les parties. Il faut obſerver dans ce ſquelette une choſe digne de remarque: c'eſt qu'il s'y rencontre de petits grains ronds qui repulullent des ailes des rameaux.

N°. 5. *Squelettes de feuilles de Laurier.*

La peau très gluante dont ces feuilles ſont couvertes demande à être enlevée par une perſonne patiente. Cependant les petites ne ſont jamais auſſi faciles à manier que les grandes. Le tiſſu de ce ſquelette eſt parfait, chaque feuille eſt travaillée avec un art tout particulier. Nous avons mis ces trois eſpeces ſous un ſeul N°. afin que les miracles incomprehenſibles du Createur dans une choſe ſi mince en éclataſſent davantage & attiraſſent encore mieux de notre part une reſpectueuſe attention.

N°. 6. *Squelette d'une feuille de Jasmin-blanc, commun.*

Cette Anatomie adroite nous apprend que la peau de cette feuille étant enlevée, la feuille ſe fend en deux & preſente deux ſquelettes, que l'on voit ici enſemble. Nous avons obſervé la même choſe dans les ſquelettes de feuilles de poirier & autres.

N°. 7. *Squelette d'une feuille ſeparée de Jasmin commun.*

Les veines & les nerfs dont une moitié de cette feuille eſt tiſſue, les fibres dont elle eſt entrelacée, ſont abſolument les mêmes dans l'autre moitié, & lorsqu'elles ſont jointes, chaque partie tire ſa nourriture de la branche par la tige de la feuille. Celle-ci ne merite pas moins d'admiration que les precedentes.

N°. 8. *Squelette d'une feuille de Noyer.*

Il y a ordinairement cinq feuilles à la même branche; celle-ci eſt celle du milieu. Les rejettons du nerf de la feuille ſont aſſez remarquables & les ramifications capillaires qui badinent en s'approchant & en s'éloignant ne le ſont pas moins. C'eſt ici une diſpoſition des fibres laterales toute differente de celle qu'on a obſervée dans les autres feuilles; ſi ce n'eſt qu'elle approche aſſez de celle des feuilles de chênes. Le ſquelette eſt couleur de fer trempé.

N . 9. *Squelette d'une feuille de la poire nommée* Signora.

Les rejettons qui naiſſent du tronc de la tige de cette feuille s'étendent en haut d'une maniere agréable en très-petites veines capillaires. Sa couleur eſt d'un cendré clair.

N°. 8. *Squelette d'une feuille de Heſtre.*

Il n'y a point de feuille qui reſiſte plus fortement à la ſeparation de ſa petite peau membraneuſe; la raiſon en eſt qu'elle eſt fort




Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.

est; at patientia leni tamen vincitur. Nervus ejus medius haud recta decurrit, sed, ob tenuitatem suam, ramulorum lateralium congruorum ductum sequitur: hi verò utrinque versus incisuras folii excurrentes, in minimas & perplexas valdè abeunt fibrillas. Sceleton hoc unà cum omnibus suis filamentis colorem spadiceum acquirit.

TABULA SEXTA.

Num. I. *Sceleton Folii Massoy, ex Novâ Guineâ.*

Hoc folium, suis indutum tegumentis, præter alia aliarum Arborum & Plantarum folia, ex Indiis Orientalibus nobis transmissum est: crassiusculum illud, & subtus lanugine hispidum, supernâ facie amœnâ viriditate gratum, glabrum, præ fragilitate vix tractabile, ad pedis sese extendit longitudinem, quatuor aut quinque pollices latum. Odoris est & saporis accepti, foliorum instar arboris Caryophylliferæ. De qua nascitur, arbor *Massoy* vocatur, in Novâ Guineâ crescens, secundum descriptionem D. *Valentini*, P. III de Arbor: Amboin: Fol. 208, ubi distinctè describitur; quod nimirum locus ejus natalis sit Cubiay, viginti & octo à Ceram distans milliaribus, sub occidentali plagâ Novæ Guineæ, in regione Keffingerorum & Ceramlaviorum, qui arborum harum deglubentes corticem in fasciculos colligant, & hujus Pikol in insulis Javâ, Sumatrâ, Borneo, & Bali 15 ad 16 Imperialibus divendunt. Liber seu interior arboris tunica crassitie & viribus præstat: usus ejus est contra susceptum frigus, Paralysin, nervorumque debilitatem; calefacit enim intensè. Vino incoquitur, & decocto fricatur corpus. Parant & inde unguentum Incolæ, *Bobori* dictum, quo totum collinunt corpus, mistis huic Caryophyllis, Culitlavis, & aliis. Nonnullis rursum Aromatis loco usu venit in cibo & potu cortex *Massoy*, scopo calefaciendi & confortandi.

Sceleton hujusce folii præ aliis singulari gaudet compage, haud in aliis à nobis observata. Primò quidem totum hîc spectatur folium, suis orbatum exuviis & interioribus particulis succulentis, viridibus, solam præ se ferens nativam suam figuram, & filamentosam expansionem fibrarum lignearum, quæ ex apice petioli per totum folium ramosa propagine distributæ, haud soli equidem formæ ejus ordinandæ subserviunt, sed attrahendo etiam ex arbore pabulo necessario. Quæ aliis in foliis plerumque crassissimis ex villis oriuntur, in transversales dein costulas divisæ fibræ, hîc reperiuntur tenuibus & minutissimis, serpentino more crispatis, fibrillis quasi suffultæ & intertextæ, temerè licet & sine ordine divisæ, at suis tamen singulæ pollentes tubulosis aperturis, quæ claudi & reserari alternis vicibus possunt. Quo quis in illud diutius defigit oculos, eò semper plus detegit miri: mens abripitur, humilisque adorat sapientissimi Creatoris omnipotentiam.

Num. 2. *Sceleton Folii Aphacæ, Americanæ, arborescentis, flore Lathyri Papilionaceo.*

Quaterna hæc folia, ramuli etiamnum extremo adhærentia, sine ullâ lignosæ substantiæ crassioris læsione in sceleton redacta sunt. Ramulus hic fructu & flore dives ex America nobis transmissus est solo sub nomine

fort tenace, cependant avec un peu de patience on en vient à bout. La petitesse du nerf du milieu empêche qu'il ne soit droit & l'oblige à suivre le cours des rameaux lateraux. Pour ceux-ci ils s'étendent de côté & d'autre vers les entailles, & finissent en fibrilles extremement deliées & entortillées. Ce squelette avec tous ses filamens devient chatain.

SIXIEME PLANCHE.

N°. I. *Squelette d'une feuille de Massoy de la nouvelle Guinée.*

Cette feuille revêtue de ses tegumens m'a été envoïée des Indes Orientales, avec des feuilles de quelques autres arbres & plantes. Elle est un tant soit peu épaisse, couverte par dessous de coton, sans poil en dehors, charmante d'en haut par sa verdure, & si fragile qu'elle n'en est presque pas maniable. Sa longueur est d'un pied & sa largeur de quatre ou cinq pouces. Elle est d'un gout & d'une odeur agreables, & telle à peu près que les feuilles du gerofle. L'arbre qui porte cette belle feuille croît dans la nouvelle Guinée & s'appelle *Massoy*. Voici la description qu'en donne M. Valentin Part. III. des *Arbres d'Amboine* F. 208. il nait, dit-il, dans un lieu nommé Cubiay, éloigné de vingt-huit milles de Ceram, sur la côte Occidentale de la nouvelle Guinée, dans le pays des Keffingeriens & des Ceramlaves, lesquels en aïant arraché l'écorce, la mettent en petits pacquets, & en vendent le *Pikol* dans les Isles de Java, Sumatra, Borneo & Bali jusqu'à 15 ou 16 écus d'Allemagne. La peau deliée qui est entre l'écorce & l'arbre est forte & épaisse, on s'en sert contre le froid qu'on a pris, contre la paralysie, & contre les foiblesses de nerfs; car elle est extremement chaude. On la fait cuire dans le vin & après qu'elle y a bouilli quelque-tems on en frotte tout le corps. Les Habitans en font aussi un onguent qu'ils appellent *Bobori* où ils mêlent des clous de gerofle, des culitlaves, & d'autres ingrediens & dont ils s'oignent ensuitte. Quelques-uns emploient l'écorce du Massoy dans l'assaisonnement de leur boire & de leur manger, en guise d'épiceries, & pretendent que rien n'est meilleur pour les rechauffer & les conforter.

Le squelette de cette feuille est d'un tissu particulier & que nous n'avons jamais observé dans aucune autre plante. Premierement on la voit ici toute entiere, dépouillée de sa peau, & de ses parties interieures succulentes, & vertes, telle qu'elle a d'abord été formée & n'offrant aux yeux que l'expansion des filamens de ses fibres ligneuses, lesquelles se distribuant de la sommité de la queue dans toute la feuille, ne servent pas seulement à lui faire prendre la figure qu'elle doit avoir, mais encore à tirer de l'arbre le suc qui la doit nourrir. Les fibres qui viennent dans les autres arbres de poils ordinairement très-épais & se divisent ensuite en petites côtes transversales, se trouvent ici soutenues & tissues de fibrilles deliées très-minces, ondées comme la peau des serpens, mais au hasard & sans symmetrie; quoique cependant elles aïent toutes une ouverture à leurs tuyaux, lesquels s'ouvrent & se ferment tour à tour. Enfin, plus on passera de tems à regarder cette feuille, plus on y découvrira de merveilles, plus l'esprit sera transporté d'admiration; plus il admirera humblement la toute-puissance & la sagesse du Createur.

N°. 2. *Squelette d'une feuille de Pissenlit d'Amerique qui croît en arbre, à fleur d'épurges faite en papillon.*

Ces quatre feuilles, qui tiennent encore au bout de la branche, ont été reduites en squelette sans que l'on endommageât la substance ligneuse la plus épaisse. Cette petite branche ornée de fleurs & de fruits m'a été envoyée d'Amerique sous le seul nom d'arbre de

nomine *Arboris Maizy:* flos *Lathyri* æmulus, *Papilionaceus*, dilutè coccineus, pulcherrimum refert bisalatum Papilionem. Floris petioli de axilla prodit clavicula tenuis, illi firmando ſubſerviens, & ſiliquis ejus, ſemina ſaturatè flava continentibus, prout ſenſim ad maturitatem deducuntur, erigendis, ut à foliis haud ſupprimantur, ſed ad perfectum adſpirantes incrementi ſui vigorem, ſolis radiis fruantur. Sic Conditoris Ter Optimi Providentia omnibus intenta Plantis, requiſitas cuilibet ad propagationem partes impertivit!

Num. 3. *Sceleton Folii Gilala Amboinenſis.*

D. *Valentinus* T. III de Amboin: Arbor: Fol. 217 de arbore hacce Gilala refert, varias ejus dari ſpecies, hancque, cujus folii ſceleton hîc exhibemus, aquaticam appellans, nil præterea notatu dignum adjicit. Noſtræ contemplationi folium hoc ſeſe obtulit ſuprà craſſum, ſubtus lucidum, quaſi vernice illitum, quod reſinæ in arbore notat copiam. Craſſities & firmitas folii craſſas indicat lignoſarum fibrarum propagines, elegantiſſimè diſtributas, quæ commonſtrant oculo texturam filamentoſam intermediam adeò ſubtilem, ut in folio adhuc integro nihil ejus compareat, præter craſſam tunicam ſuper inductam.

Num. 4. *Sceleton Folii Nati-Schambu.*

Inſigne hoc folium unà cum aliis arborum foliis ex Indiis Orientalibus noſtras in manus pervenit ſub nomine Folii *Jambos*, quod cum fructu delineatum deſcriptumque in Hort: Malabar: P. I, Fol. 12 habetur. Novitatis ſtudium nos induxit ad folia ſiccata, exotica, deglubenda, & in ſceleton redigenda: quæ quidem res factu haud eſt impoſſibilis; dum quivis facile comprehendit, magnitudinem folii ſequi fibrarum quoque craſſitiem, firmitatem & robur, ut ſuffulciendo illi & in concinnâ ſuâ compage conſervando pares ſint: ad quod inſignem etiam operam conferunt majores minoresque tubuli capillares, quà requiritur, diſtributi, ſuccumque debitè per folia, & omnes arboris partes nutriendas, propellentes. Quemadmodum maſſa ſanguinea per hominis brutorumque vaſa perpetuo motu circumducitur; ſic & cum liquidis omnium vegetantium comparatum eſt. Unde rurſum novo ſpecimine Omnipotentis Dei eluceſcit ſapientia, quæ vel viliſſimum folium veſte tam magnificâ, victuque quotidiano impertit, prout plantarum Anatomia ad minimas usque fibrillas provecta hodiè ſat clarè docet. Illius ergo Nomini immenſo laudes & gratiæ ferantur.

Num. 5. *Sceleton Folii Bem-Schetti Orientalis.*

De Frutice hoc eſt Orientali, à Bramannis *Davi-Paducali* dicto, cujus cum flore & fructu iconem & deſcriptionem exhibet Hort: Malab: P. II, Fol. 5. Craſſis & validis conſtat tubulis & propaginibus: eximia, qua erat, craſſities & ſuccoſitas docet, plus illud liquidi ad ſtructuræ ſuæ conſervationem exegiſſe; haud aliter quàm corpulentus homo præ gracili plure liquore eget. Res creata quælibet, magna, parva, ſuo pro modulo vitæ habet ſuſtentaculum. Non muſcas ſolùm videas bibentes, & liquida ſugentes, ſed multò etiam minora animalcula è venis hominum & brutorum ſanguinem trahunt.

Plura

de Maizy, ſa fleur qui reſſemble à la fleur de l'Epurge, & eſt faite en papillon eſt couleur d'une belle écarlatte claire, & repreſente un papillon à deux aiſles. De l'aiſſelle de la queue de cette fleur ſort un petit tendon qui ſert à la ſoutenir elle & les gouſſes qui contiennent des graines d'un jaune obſcur, & font que ces gouſſes qui doivent groſſir à meſure que les graines tendent à maturité, ne ſont pas étouffées ſous ſes feuilles, & reçoivent ſuffiſamment les rayons du Soleil pour prendre leur accroiſſement. C'eſt ainſi que la providence qui ne veille pas moins ſur les plantes que ſur toutes les autres portions de la nature, leur a donné à chacune les parties qui leur étoient neceſſaires pour venir heureuſement.

N°. 3. *Squelette d'une feuille de Gilala d'Amboine.*

Mr. Valentin Tom. III. *des Arbres d'Amboine* p. 217. remarque en parlant du Gilala qu'il y en a pluſieurs eſpeces, que celle de la feuille duquel on voit ici le ſquelette eſt aquatique, & il n'en dit rien de plus. En examinant de près cette feuille nous l'avons trouvée épaiſſe en haut, transparente en bas, presque verniſſée, ce qui marque dans un arbre une grande quantité de reſine. L'épaiſſeur & la force de cette feuille laiſſe voir les rejettons de ſes fibres ligneuſes artiſtement diſtribuées, & qui preſentent aux yeux un tiſſu des filamens d'entre-deux ſi ſubtil, que l'on ne découvre qu'une peau épaiſſe, tant la feuille eſt entiere.

N°. 4. *Squelette d'une feuille de Nati-Schambu.*

Cette belle feuille eſt tombée entre mes mains avec d'autres feuilles d'arbres des Indes Orientales, ſous le nom de feuille d'*Iambos.* Il y en a une pareille gravée & décrite ainſi que ſon fruit dans la I. partie p. 12. de l'*Hortus Malabaricus.* Le gout pour de nouvelles découvertes nous a portez à enlever la peau de ces feuilles étrangeres après les avoir ſechées & à les reduire en ſquelette. On comprendra aiſément que cela n'eſt pas impoſſible, ſi l'on veut bien reflêchir que l'épaiſſeur, la fermeté & la force de cette feuille ſont proportionées à ſa grandeur, afin qu'elles puiſſent la ſoutenir & entretenir la liaiſon de ſes parties. Les plus grands & les plus petits tuyaux capillaires diſtribuez où il eſt beſoin, & portant le ſuc nourricier dans les feuilles & dans toutes les autres parties de l'arbre, y contribuent également. Enfin il en eſt des arbres comme des hommes, & de même que la maſſe du ſang circule dans les hommes & dans les bêtes par un mouvement perpetuel, les liquides circulent continuellement dans les vegetaux. Voila une nouvelle preuve de la ſageſſe du Dieu tout puiſſant, qui non content de revêtir magnifiquement une vile feuille, a ſoin de lui donner tous les jours ſa nourriture. C'eſt ce que l'Anatomie des plantes, dont les progrès ne permettent pas que la moindre fibrille échappe à nos yeux, nous fait voir bien clairement. Nous ne pouvons donc le remercier aſſez ni trop louer ſon divin nom.

N°. 5. *Squelette d'une feuille de Bem-Schetti Oriental.*

Cette feuille eſt celle d'une arbre d'Orient que les Bramins appellent Davi-Paducali. On en trouvera une figure & une deſcription ainſi que de celle de ſa fleur & de ſon fruit Part. II. p. 5. de l'*Hortus Malabaricus.* Il eſt compoſé de tuyaux & de rejettons forts & épais. Son épaiſſeur & la quantité de ſuc qu'il renferme, nous font voir qu'il a beſoin de plus de ſuc que bien d'autres pour ſubſiſter, de même qu'un homme gros a beſoin de plus d'humeurs qu'un homme maigre. Ce qu'il y a d'admirable eſt que toutes les Creatures grandes & petites reçoivent ce qu'il leur faut pour vivre à proportion de ce qui leur eſt néceſſaire. Ne voit-on pas non ſeulement les mouches, mais encore de plus petits animaux, qui tirent le ſang des veines des hommes & des animaux.

Nous




Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.




TAB. VIII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.

Plura horum non adjiciemus, quum affatim inde pateat mira ſtructura, iis à natura conceſſa, quam qui attento contemplatur oculo, in Creatoris laudes cur erumpat, habet. Hisce non acquieſcens, *Theſaurum* inſpiciat *Ruyſchianum*, ubi varias foliorum texturas, cum corporis humani partibus quibusdam concinnè collatas, reperiet. Nos palmam cedimus illis, qui hacce in foliorum Anatomia arborumque cognitione plus profecêre.

Encheireſin artemque nobis in fructuum, radicum & foliorum Anatomia uſitatam cum Regia Societate Britannica communicare auſi ſumus, deſcriptione ejus transmiſſa Equiti J. Sloane, Baroni & Præſidi ejusdem Societatis, in quam & nos eſſe receptos honori ducimus. Tum iſthæc noſtra evolvendi ars, idiomate Anglico, *Philoſophicis*, uti vocant, *Transactionibus* inſerta eſt, & inde rurſus excerpta in *Bibliothecam Literariam* menſis Decembris 1731, linguâ Belgicâ, transfluxit, ubi ſumma ejus pag. 699 & ſeq: habetur. Univerſi igitur in conſpectu orbis nunc poſita eſt ars hæc, aliisque rerum naturalium curioſis ſic via ad eam ulterius perficiendam patet.

TABULA SEPTIMA.

Num. 1. *Apocynum, Portoricenſe, fruteſcens, foliis craſſis, haſtæ cuſpidi ſimilibus. Hort: Beaumont.*

Num. 2. *Nux Americana, foliorum pedunculis alatis, in bina folia abeuntibus. Hort: Beaumont.*

Num. 3. *Siſyrinchium Æthiopicum, flore partim luteo, partim rubro.*

A. J. Breynio mutuatum eſt hoc nomen, quod ille *Prodr*: II, *p. 92* Plantæ impertit, cujus forma ibidem invenienda ab hac noſtra nil differre videtur, ut ut floris color, juxta additam ab eo deſcriptionem, ſit diverſus. Nos hinc generali ejus denominationi adjecimus, quæ in noſtra occurrit, coloris differentiam. An potius & hæc inter *Xiphia* referenda eſt cum Tournefortio? Certè cum *Xiphio, latifolio, caule donato, flore atropurpurante*, hujus Autoris *Inſt: p.* 363, à nobis alia Tabula exhibito, admodum videtur convenire.

TABULA OCTAVA.

Num. 1. *Narciſſus Illyricus Liliaceus;* C. B. P. & H. Boerhav. Ind. alt.

Eſt hic Flos idem ille, qui apud J. Bauh. II, 613 reperitur ſub nomine *Lilio-Narciſſi Pancratii Monſpeliaci, Hemerocallidis Valentinæ facie*, vel *Narciſſi tertii Mathioli. Lilio-Narciſſus, albus, maritimus, major* audit *Moriſ. Hort. Oxon. Tom. II, p. 366, Tom. X*, §. 4, *fig.* 2.

Num. 2.

Nous n'ajouterons pas davantage de ces ſquelettes, ceux que nous avons donnez ſuffiſant pour en faire connoittre la merveilleuſe ſtructure, qu'on ne ſauroit contempler d'un œuil attentif ſans louer le Createur. Ceux qui en voudroient une plus grande quantité, n'auront qu'à jetter les yeux ſur le Threſor de M. Ruyſch où ils verront plus exactement la conformité du tiſſu des feuilles avec quelques parties du corps humain. Pour nous, nous le cedons volontiers à ceux qui ſont plus avancés que nous dans l'Anatomie des feuilles & dans la ſcience des plantes.

Nous avons pris la liberté de communiquer la methode dont nous nous ſervons dans l'Anatomie des fruits, des racines & des feuilles à la Societé Royale de Londres, dont nous avons l'honneur d'être Membres & d'en envoïer la deſcription à M. Hans Sloane, Baronet & Preſident de lad. Societé. Cette même methode a été imprimée en Anglois dans les Transactions Philoſophiques, d'où il en a paſſé un extrait en langue Flamande dans la Bibliotheque litteraire du mois de Decembre 1731. p. 699. & ſuiv. Cet art n'eſt donc plus aujourd'hui un ſecret, & les curieux peuvent ſe ſervir de nos lumieres pour le porter à une plus grande perfection.

SEPTIEME PLANCHE.

N°. 1. Apocynum de Porto-Rico, *croiſſant en arbre, à feuilles épaiſſes & ſemblables à la pointe d'une lance; du jardin* Beaumont.

N°. 2. *Noier d'Amerique, avec les tiges ailées de ſes feuilles, lesquelles croiſſent deux à deux; du même jardin.*

N°. 3. *Lilas d'Ethiopie à fleur en partie jaune & en partie rouge.*

Nous avons emprunté ce nom de Jean Breynius, qui le premier a nommé ainſi cette plante *Prodr.* 2, *p.* 92. La figure qu'il en donne ne differe de celle que l'on voit ici, qu'en ce que la fleur, ſuivant la deſcription qu'il en fait, eſt d'une couleur differente. Cette difference de couleur nous a paru aſſez conſiderable pour meriter que nous l'ajoutaſſions à ſa denomination generale; ou plutôt, ne faudroit-il point placer cette plante avec M. de Tournefort dans le genre des *Xiphions?* Certainement elle a une grande reſſemblance avec *le Xiphion à feuilles larges, à fleur d'un pourpre obſcur* dont cet Auteur parle p. 363. de ſes Inſtitutions & de laquelle nous donnons ailleurs la figure.

HUITIEME PLANCHE.

N°. 1. *Narciſſe d'Illyrie, reſſemblant au lys,* C. B. P. & H. Boerh. Ind. alt.

Cette fleur eſt la même que celle qu'on trouve dans J. Bauhin II. 613. ſous le nom de *Lilio-narciſſe du jardin de Montpellier, reſſemblant à l'Hemerocalle de Valence*, ou de *troiſiéme narciſſe de Mathiole.* Moriſon l'appelle *le plus grand Lilio-narciſſe, blanc, marin.* Hort. Oxon. Tom. II. p. 366. Tom. X. §. 4. fig. 2.

Num. 2. *Xiphion angustifolium, flore ex lateritio, rubro & viridi, versicolore.*

Num. 3. *Xiphion latifolium, caule donatum, flore atropurpurante.* Tournef. Inst. p. 363.

Num. 4. *Xiphion, Porcellana dictum.* Tournef. ibid. *seu Iris bulbosa, Porcellana dicta* Herm. H. L. B.

Tres hasce Plantas cum Tournefortio inter *Xiphia* retulimus, quum novo huicce generi videantur proximè accedere: à reliquis Botanographis, Morisono, Hermanno, Dodonæo, Clusio, aliisque, *Iridis bulbosæ* nomine impertiuntur. Admodum variæ sunt illarum species, præcipuè quoad florum picturam, in quâ modis ineffabilibus variandâ, spectaculo amœnissimo, lasciviens ludit natura.

Num. 5. *Elleborine prima, recentiorum.* Cluf. Hist. Pl. L. II, c. 43, p. 272.

Hæc est, quam à rudi quadam similitudine *Calceolum beatæ Mariæ* appellarunt alii, nomine tamen accuratiores inter Botanicos haud recepto.

TABULA NONA.

Num. 1. *Euphorbium, Afrum, spinosum, foliis latioribus, non spinosis.*

Ita sanè videtur esse nominanda hæcce Planta, quæ ad *Euphorbia* accedit propius, quàm quidem ad *Tithymalos.* His tamen accensetur in horto Beaumont: cujus est soboles, sub nomine *Tithymali, Africani, arborescentis, spinosi & foliosi, lactescentis, & Euphorbium fundentis.*

Num. 2. *Exhibemus folium ejusdem Euphorbii, magnitudine suâ naturali.*

Num. 3. *Ficoides, seu Ficus Aizoides, Africana, minor, multicaulis, foliis planis, flore intùs rubro, extus incarnato.* Herm. C. L.

Num. 4. *Chamæcrista Pavonis, Brasiliana, siliquâ singulari.* Breyn. Cent. I, p. 64.

Num. 5.

N°. 2. *Xiphion à feuilles étroites, à fleurs couleur de brique, rouge & verte, & changeante.*

N°. 3. *Xiphion, à feuilles larges, avec sa tige & à fleurs d'un pourpre obscur.* Tournef. *Instit.* p. 363.

N°. 4. *Xiphion, dit porcelaine,* Tournef. *ibid.* Ou *glayeul à plusieurs cayeux dit aussi* Porcelaine. *Herm.* H. L. B.

Nous avons mis ces trois plantes avec Tournefort parmi les Xiphions, qui est le genre dont elles semblent le plus approcher. Les autres Auteurs Botanistes, comme Morison, Herman, Dodonée, Clusius la nomment glayeul à plusieurs cayeux. Les differentes especes en varient beaucoup, principalement dans la couleur des fleurs, où il semble que la nature s'est fait un jeu de repandre une diversité admirable.

N°. 5. *L'Elleborine premiere des modernes.* Clus. *Hist. Plant.* L. II. Cap. 43. p. 272.

C'est cette plante qu'une ressemblance legere & grossiere a fait appeller par quelques personnes *le petit Soulier de la Vierge Marie*; mais ce nom n'est pas en usage parmi les Botanistes les plus exacts.

NEUVIEME PLANCHE.

N°. 1. *Euphorbe d'Afrique, épineux, à feuilles larges & sans épines.*

Il nous semble que ce nom convient mieux qu'aucun autre à cette plante, laquelle a plus de rapport aux Euphorbes qu'aux Tithymales. C'est cependant dans cette derniere classe que la met le Jardin *Beaumont*, d'où vient celle que nous possedons: elle y est connue sous le nom de *Tithymale d'Afrique, qui croît en arbre épineux, feuillu, laiteux & dissolvant l'Euphorbe.*

N°. 2. *Nous donnons ici une feuille de cet Euphorbe dans sa grandeur naturelle.*

N°. 3. Figue *d'Afrique toujours verte, petite, à plusieurs tiges, à feuilles plates, & à fleur rouge en dedans & incarnate en dehors.* Herm. C. L.

N°. 4. *Petite Creste de Paon, du Bresil, avec une gousse singuliere.* Breyn: *Cent.* I. p. 64.

N°. 5.


TAB. IX.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.




TAB. X.

Num. 5. *Cistus, folio Halimi, fœmina, II. Clusii* N. 71.

Flos rosaceus, pentapetalus, dilutè flavescit. Folia, Halimi æmula, longiora, incana sunt. A Tournefort. Inst. 249. *Helianthemum, halimi folio, latiore, mucronato*, vocatur.

TABULA DECIMA.

Num. 1. *Bidens, Ceilanica, flore luteo, Melissæ folio,* Acmella *dicta.*

Hæcce Planta, in urbe *Colombo* ad vivum delineata, & coloribus nativis illustrata, unà cum Plantæ ipsius quadam parte, nobis transmissa duabus hisce Tabulis exhibetur. Descriptionem, quam Chirurgus primarius, *Joh. Jacob. Beuning*, addidit, hisce habe.

Planta hæc Ceilanica cum floribus & radice siccata, minutim conscissa, lagenæ inditur, tumque superadfusâ eâ spiritus vini quantitate, quæ omnem materiam tegat, tridui spatio in balneo Arenæ, aut & radiis solaribus deposita extrahitur, tinctura limpida decantatur, hujusque, quantum vasculo Theano capi potest, matutinis & vespertinis horis assumitur ad confortandos renes & vesicam, calculique materiem mucosam per diuresin eliminandam.

Rursùs Acmella tota, dum florentissima est, cum aquâ purâ per Alembicum destillatur: destillati liquoris plenum vasculum Theanum, bis terve de die epotum, vel per se, vel & spiritus vini pauxillo admisto, non solùm sabulum pituitosum expellit, sed ipsum etiam jam formatum calculum confringit, & per urinam evacuat: præterquàm quod & continuatus tam hujus aquæ stillatitiæ, quàm prioris Tincturæ usus dolores Nephriticos mirè deliniat. Nec & ejusdem aqua spirituosa cum spiritu vini parata contemnendi est usus, si, quantum cochleari capi potest, per vices assumitur.

Alterum adjecit testimonium haud inexpertus Chirurgus urbis *Colombo*, nomine *Joh. Pieterße Maas*. Hoc tale est.

Acmella decenter siccata, tum in pulverem redacta, a granis XX ad XXX cum supradictâ aquâ exhibita, aut & ejusdem unà cum radice & floribus probè siccatæ, tenuiter conscissæ, infusum in aquâ fervente, instar Theæ, usurpatum, pulcherrimum est sudoriferum & anodynum, tenacem pituitam, obstructionum causam, attenuat, Calcarias, Tartareas, & calculosas concretiones in renibus, vesicâ urinariâ & ureteribus resolvit, dum speciem quandam effervescentiæ cum iis concitat, quâ harum particulæ à se mutuo separantur. Optimo cum successu tam herbâ Acmellæ, quàm floribus ejus & radicibus, tum & parato inde extracto & sale usus sum in Nephritide à calculo, Lithiasi, ut & in Pleuritide, Colicâ, febribus, aliisque id genus morbis.

Num. 2. Ad Tabulæ complementum binas adjecimus concinnas Serpentulas, pulcherrimè pictas, ex Insulâ Ceilon quoque transmissas: tum & par Papilionum, qui flores hujus Plantæ, exsugendi inde mellis gratiâ, insectantur, prout in secuturo nostro libro de Papilionibus amplius patebit.

TABULA

N°. 5. *Ciste femelle, à feuilles d'Halime*, II. Hist. de Clusius 71.

La fleur a cinq feuilles comme celle de la rose, & devient d'un jaune clair. Ces feuilles ressemblent beaucoup à celle de l'Halime, mais elles sont plus longues, & couvertes d'un coton blanc. Tournefort nomme cette plante p. 249. de ses Instit. *Helianthème à feuilles d'Halime, mais plus larges & pointues.*

DIXIEME PLANCHE.

N°. 1. *Acmella de Ceylan, à fleur couleur de Saffran, à feuilles de melisse, dite* Acmella.

Nous donnons dans cette planche & dans la suivante les figures de cette plante, elles ont été dessinées & enluminées à Colombo, d'où on nous les a envoiées avec une partie même de la plante. Voici la description qu'avoit ajoutée *Jean Jaques Beuning* un des plus considerables Chirurgiens de ce païs-là.

Après avoir seché cette plante de Ceylan, ainsi que ses fleurs & sa racine & coupé le tout en petits morceaux, il faut le mettre dans une bouteille, y verser une quantité suffisante d'esprit de vin pour qu'il y trempe tout entier, & au bout de trois jours que la bouteille sera restée ou dans un bain de sable ou exposée à l'ardeur du soleil, on en tirera une teinture fort claire, dont on pourra tous les soirs & tous les matins prendre autant qu'une théeïere ordinaire en peut contenir. Rien n'est meilleur pour fortifier les reins & la vessie, & chasser par les urines la matiere glaireuse qui forme la pierre.

On peut observer que toute Acmelle, lorsqu'elle est en fleur, se distille à l'alembic avec de l'eau pure. Deux ou trois Theïeres de cette liqueur distillée bues en un jour, ou toute seule, ou mêlée avec un peu d'esprit de vin, ne chasse pas seulement le sable pituiteux, mais il brise & évacue par les urines les pierres déja-formées. Bien plus, l'usage de cette teinture ou de cette distilation continuée pendant quelque-tems adoucit beaucoup les douleurs de la nephretique. Celui de l'eau spiritueuse de cette plante preparée avec l'esprit de vin n'est pas non plus à mepriser, & l'on en peut prendre de tems en tems une cueillerée.

Voici un autre certificat d'un Chirurgien de *Colombo* qui n'est pas sans experience & s'appelle Jean Pierre Maas.

L'Acmelle suffisamment sechée, puis reduite en poudre & prise depuis vingt jusqu'à trente grains, dans l'eau dont il est parlé ci-dessus, de même que l'infusion de sa racine & de ses fleurs sechées & coupées en petits morceaux & prise en guise de thé est un excellent sudorifique & un anodin qui diminue la cause des obstructions, à savoir la pituite tenace, & dissout dans les reins, dans la vessie, & dans les ureteres les concretions graveleuses & pierreuses en y causant une espece d'effervescence qui en separe les parties. Je me suis servi avec succès tant de l'herbe d'Acmelle, que de ses fleurs, de sa racine, de l'extrait & du sel que j'en ai tiré & preparé, dans la nephretique, dans la pierre, dans les pleuresies, dans les coliques, dans les fievres & autres maladies pareilles.

N°. 2. Pour ne pas laisser de vuide dans cette planche nous y avons ajouté deux jolis serpens, parfaitement bien marquez & que nous avons reçus de l'Isle de Ceylan; & deux petits papillons qui succent les fleurs d'Acmelle pour en tirer du miel, ainsi qu'on le verra mieux dans le livre qui traitera des papillons.

TABULA UNDECIMA.

Num. 1. *Acmella, Ceilanica, altera.*

Hæc eadem illa eſt, quam Tabula prior exhibuit, niſi quod latius expanſa, caules craſſiores, & radices magis diſperſas gerat. A Ceilanenſibus quoque *Chryſanthemi, Meliſſæ folio,* nomine inſignitur: dives eſt & foliorum, & florum, qui longis innixi pedunculis ex apice caulium ortis, calicibus ſuccincti, flaveſcentes, fragorum luteorum æmuli, poſtquam defloruêre, pappum formant, & plurima exigua, oblonga, plana ſemina. Folia partim ſaturatè viridia, partim ex dilutè flavo variegata, admodum conſpicuis perreptata nervis, Meliſſæ folia referunt. *Cornelius de Bruin,* Itinerar. p. 356 Tomi I, narrat, inſulam *Ceilon* varias proferre herbas ſalubres, medicamentoſas, præcipuè verò Plantam Hakmellam ab incolis ita dictam. *Singaleſæ* perhibent, ſilicem folio Acmellæ involutum, tumque unà cum hoc in ore detentum, hujus adminiculante calore, per vim folii diffringi; ita ut & ſuccus aut decoctum foliorum aſſumtum Nephritidi calculoſæ mederi putetur. Societas Indiæ Orientalis herbam hanc cum potu Arak, aut ſpiritu vini curat deſtillari, tumque primis claſſis Chirurgis tradi, ut medicaminis loco inſerviat iis, quos in itinere vel Lithiaſis, aut & alia ſanguinis vitia afflixerint.

Num. 2. Binæ quoque hæ Serpentulæ, Ceilanicæ, pulcherrimè circulatæ, & tenuibus ſquamulis obſitæ ſunt, modo quævis ſingulari; tum alii etiam gemini Papiliones, haud inconcinnè picti, hîc exhibentur.

TABULA DUODECIMA.

Num. 1. *Hyacintho affinis, Africana, tuberoſa, & bulboſa; caule elegantiſſimè maculato; foliis Colchici latiſſimis; floribus coccineis, hexapetalis, umbellatis.* Hort. Beaum.

Amabiliſſimæ pulchritudinis Planta hæcce radice Num. 3. nutritur tuberoſâ & bulboſâ, minutas ex ambitu ſuo inferno emittente fibrulas, ſucco nutritio è terrâ imbibendo inſervientes.

Erectus inde caulis aſſurgit, qui viridi ſuffectus colore, ſpadiceis inſuper maculis quamplurimis denſè variegatur; ita tamen, ut, quo accedit propius florigero ſuo capitello, eò fuſcedini ſubjacens viriditas magis pelluceat, intemerata demùm emicans, ubi jamjam in flores ille explicatur. Cæterum per intervalla vaginis cingitur foliaceis, quæ expanduntur in folia latiſſima, lætè virentia, Colchici æmula.

Num. 2. Floſculi, lit. A, monopetali, tubulati, in ſex ſegmenta, extrorſum flexa, longiuſcula diviſi, pigmento coccino, jucundiſſimo, tincti, ſtaminibus ſex, & piſtillo medio, ejuſdem coloris, longiſſimis, præditi, in umbellam congeruntur, viſu gratiſſimam, amœniſſimam.

Num. 4.

ONZIEME PLANCHE.

N°. 1. *Autre Acmelle de Ceylan.*

C'eſt la même plante qu'on a vûe dans la Planche précedente, ſi ce n'eſt que celle-ci eſt plus large, que ſes tiges ſont plus fortes & ſes racines plus diſperſées. Ceux de Ceylan l'appellent encore Camomille d'or à feuilles de meliſſe. Elle abonde en feuilles & en fleurs. Ces fleurs ſoutenues par de longues queues, qui prennent naiſſance au haut des tiges, jauniſſent en s'épanouiſſant & deviennent comme les fraiſes jaunes. Après que cette plante a defleuri, il ſe forme un coton pareil à celui qu'on voit aux Chardons, & pluſieurs graines petites, oblongues & plates. Les feuilles qui ſont en partie d'un verd foncé, & en partie d'un jaune de ſaffran & pleines de nerfs très aiſées à découvrir reſſemblent aux feuilles de meliſſe. Corneille de Bruyn Part. I. p. 316. de *ſes Voïages* raconte que l'Isle de Ceylan produit pluſieurs ſortes d'herbes ſalutaires & medicinales, dont la principale eſt la plante que les Habitans appellent *Hakmella,* ils diſent, qu'en mettant un caillou entouré d'une feuille de meliſſe, dans la bouche, la chaleur de cette feuille augmentée encore par la chaleur de la bouche eſt ſi grande, qu'elle diſſout le caillou. Cette experience donne lieu de croire que le jus ou la decoction de ces feuilles peut guerir les nephretiques. La Compagnie des Indes Orientales a ſoin de faire diſtiller de cette herbe avec de l'Arak ou de l'eſprit de vin, & que l'on en diſtribue aux principaux Chirurgiens de la Flotte pour procurer du ſoulagement à ceux qui ſe trouveront attaquez, de la pierre ou de quelque maladie qui procede d'un Vice du ſang.

N°. 2. Ces deux petits Serpens, qui viennent auſſi de Ceylan, ſont parfaitement arrondis & couverts de petites écailles particulieres. On voit dans la même planche deux papillons dont les couleurs ne ſont pas desagréables.

DOUZIEME PLANCHE.

N°. 1. *Plante d'Afrique, bulbeuſe, approchant du Hyacinthe, un tronc agréablement tacheté, à feuilles de* Colchicum *très-larges, à fleurs de ſix feuilles, couleur d'écarlate faites en Paraſol.* Du jardin Beaumont.

Cette plante, qui eſt d'une grande beauté, ſe nourrit par ſa racine bulbeuſe, qui pouſſe dans de petites fibres lesquelles ſervent à tirer le ſuc de la terre. Le tronc qui s'éleve enſuite eſt un fonds verd, & varié outre cela de quantité de taches très baïes, de façon pourtant qu'à meſure qu'il approche de ſa petite tête fleurie le verd qui eſt ſous le brun paroit davantage, jusqu'à ce qu'enfin il ſe montre dans tout ſon éclat lorsqu'il eſt épanouï. Au reſte il eſt garni d'eſpace en eſpace de bourſes qui aboutiſſent en feuilles très-larges, d'un beau verd & qui le diſputent à celle du *Colchicum.*

N°. 2. Les petites fleurs, lett. A. ſoutenues d'une ſeule tige, creuſées en forme de tuyaux, diviſées en ſix grandes pieces, courbées en dehors, d'une belle couleur d'écarlate, & garnies de ſix longues veines & d'un pilon au milieu, s'aſſemblent pour former un paraſol, dont l'effet eſt très-agreable à la vûë.

Num. 4.


TAB. XI.




Fig. 1.
TAB. XII.
Fig. 1.
A
Fig. 3.
Fig. 4.




TAB. XIII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.

Num. 4. *Serpens, Africana, Crocea.*

Rhomboideas hujus ſquamas croceus per dorſum imbuit color, dilutè flavis ipſe quoque lineis, ſe mutuò decuſſantibus, pulchrè adeò diſtinctus, ut formam reticuli pictura referat. Venter ſubruffus eſt. Caput perelegans, majuſculis tegitur ſquamis, eodem, quo dorſum, colore infectis. Supra oculos binæ conſpiciuntur maculæ ſaturatè fuſcæ: ſimilibus quoque naſus inſignitur, qui verò naribus caret. Latitat plerumque ſerpentum hocce genus modo deſcripti Hyacinthi ſub umbrâ, cui tamen detrimenti nihil vel noxæ inde affertur.

TABULA DECIMA TERTIA.

Num. 1. *Lycium, Indicum, ſpinis quaternis, ad foliorum exortum.* Hort. Beaumont.

Arbuſculæ hujus folia, latiuſcula, ſaturatè virentia, conjugata, pulchro ſanè ſpectaculo, qua è ramuſculis emergunt, ſpinis ſingula ſuccinguntur gemellis, quæ cum oppoſiti lateris ſpinis ita congruunt, ut ſeſe invicem quaſi decuſſantes, crucem forment.

Hæc eſt, quæ *Coletta Veetla* vocatur in Hort. Malab. 9, 77. *Eryngium, Zeylanicum, febrifugum, floribus luteis,* Herman. Herb. viv. *Melampyro cognata, Maderaſpatana, ſpinis horrida,* an *Coletta Veetla* H. Mal. 9, 77. Pluknet. Phyſ. 119, 5.

Num. 2. *Phyllanthos, Americana. Frutex, flores è ſingulis foliorum crenis proferens.* Parad. Bat. Prodrom.

Planta hæc à nullo Botanicorum, quos nobis inſpicere licuit, excepto Cl. Hermanno, deſcripta, id ſibi peculiare habet, quod ex apice trunci nata confertim folia, è principio gracili in latius medium expanſa, iterumque in finem acuminatum attenuata, marginem utrumque gradatis quaſi crenis ſerratum oſtendant, quæ crenæ ſingulæ, ubi terminantur, emittunt floſculos, nulli petiolo innixos, roſaceos, pulcherrimo ſuo colore Coccineo amœnam folii, cui inſident, viriditatem venuſtiſſimè variegantes.

Num. 3. *Ciſtus, Ladanifera, Hiſpanica, Salicis folio, flore candido.* H. Boerh. Ind. alt. & Tournef.

Eandem hanc Plantam Cluſius H. 77. vocat *Ciſtum, Ledon I, anguſtifolium, flore omnino interdum albo.* Eſt hæc *Ciſtus, Ladanifera, Hiſpanica, flore emaculati candoris.* H. L. 151.

Sudat è foliis hujus Plantæ, verno præcipuè tempore, ſuccus balſamicus, ſuaveolentiſſimus, qui inde deraſus & collectus titulo *Ladani* in officinis proſtat, magni ſanè uſûs in praxi tam Medicâ quàm Chirurgicâ.

Num. 4.

N°. 4. *Serpent d'Afrique, jaune.*

Son dos eſt couvert d'écailles jaunes faites en lozanges, & partagé ſi artiſtement par des lignes d'un jaune plus clair qui ſe croiſent les unes les autres qu'on le prendroit pour un reſeau. Son ventre eſt un peu roux, mais ſa tête eſt belle, & couverte de grandes écailles, de la couleur de celles du dos. On voit au deſſus des yeux deux taches qui tirent ſur un roux-très-foncé, il y en a de toutes pareilles ſur ſon nez, ſi cependant on peut donner ce nom à ce qui n'a point de narines. Cette eſpece de ſerpens ſe cachent ordinairement ſous les hyacinthes que nous venons de décrire, & l'on ne s'eſt pas apperçu qu'ils lui cauſaſſent le moindre dommage.

TREIZIEME PLANCHE.

N°. 1. *Lycium des Indes, à quatre Epines croiſées à la tige des feuilles. Du jardin Beaumont.*

Les feuilles de cet arbriſſeau ſont aſſez larges, d'un verd foncé, & diſpoſées d'une maniere très-agreable à la vûë. Chaque feuille eſt garnie à l'endroit de la branche d'où elle ſort, de deux épines qui en s'uniſſant avec les épines de la feuille qui eſt au côté oppoſé, ſe forment en Sautoir, ou ſi l'on veut, repreſentent une Croix de S. André. Cette plante qui eſt appellée *Coletta Veetla* dans l'*Hort. Malabar.* 9. 77. *Panicaut ou chardon à cent têtes de Ceylan, febrifuge à feuilles jaunes.* Herman. Herb. Viv. *Semblable au Melampyre, palmier de Madere; abondante en Epines:* Pluknet. Phyſ. 119. 5. le même paroit incertain ſi c'eſt la *Coletta Veetla* de l'*Hort. Malab.*

N°. 2. *Phyllanthos d'Amerique, Arbriſſeau qui pouſſe des fleurs à chaque crenelure de ſes feuilles.*

Nous ne connoiſſons pas d'autres Botaniſtes que M. Herman qui aïent décrit cette plante. Elle a cela de particulier qu'il nait à la ſommité du tronc un tas de feuilles d'abord très-grêles, mais qui vont en s'élargiſſant vers le milieu & finiſſent en pointe dont chaque bord eſt dentelé à la façon des dents d'une ſcie par des crenelures faites en degrez. Chacune de ces Crenelures pouſſe de petites fleurs ſans tige, qui reſſemblent à des roſes, & qui par leur belle couleur écarlate varient legerement la verdeur des feuilles auxquelles elles ſont attachées.

N°. 3. *Ciſte d'Eſpagne, qui porte le Ladanum, à feuilles de Saule, à fleurs blanches.*

Cluſius H. 77. appelle cette même plante, *Ciſte, Ledum I. à feuille étroites, à fleurs quelquefois entierement blanches. C'eſt le Ciſte d'Eſpagne, qui porte le Ladanum, à fleurs blanches ſans taches.* H. L. 171.

On recueille des fleurs de cette plante, & principalement au printems, une matiere balſamique & d'une odeur très-agréable que l'on vend dans les boutiques d'Apothicaires ſous le nom de *Ladanum.* Il eſt d'un très-grand uſage dans la Medecine & dans la Chirurgie.

N°. 4.

Num. 4. *Thlaspidium, fruticosum, folio Leucoji, semperflorens.* H. Boerh. Ind. alt. & Tournef.

Est *Thlaspi sempervirens* & *florens* Dodon. 115. *Thlaspi fruticosum, Persicum, foliis Keiri, flore odorato.* Zanon. A. B. *169. Thlaspi, fruticosum, umbellatum, Persicum, foliis Leucoji instar sempervirentibus.* Morison. H. 2. 296.

TABULA DECIMA QUARTA.

Num. 1. *Leonurus, Capitis Bonæ Spei. Videatur* Breynii Cent. p. 171. *ubi amplissimè describitur hæc planta.*

Num. 2. *Lacertus, Africanus, dorso pectinato, Amphibios, mas.*

Non salsas ille aquas, sed flumina, lacus, & paludosa stagna, Ranarum instar, incolit, & frequens etiam in sicco pabulum quærit, ova ponit, & excludit. Peculiaris hæc est species Lacertarum, à nonnullis inter *Salamandras* relata, quod brevi & crassâ polleant linguâ, curtâ etiam & latâ caudâ, brevibusque innitantur cruribus.

Masculus hicce squamas infimas ostendit purpureas, nigris maculis insignibus variegatas, quibus iterum impressa sunt plurima puncta, albicantia, ordinatis seriebus per totum corpus supernum disposita. In dorso eminet, altè latéque erecta, pectinata pinna, à capite ad caudæ ferè extremum protensa. Ventrem dilutè luteum ruffæ albæque maculæ, marmoris in modum, variegant. Dicitur sub foliis *Leonuri* delitescere. Utrum ergo vis quædam Magnetica aut Sympathetica huic plantæ inest attrahendis his animalibus capax? Sanè videtur verosimile: quùm multæ etiam Serpentum delectum faciant, unamque præ aliâ herbam plantamve ament; id quod in Lacertis quoque, Ranis & Bufonibus experimur.

Num. 3. *Lacerta, Africana, prioris fœmina.*

Habitu & picturâ à masculo suo non differt, nisi quod pectinatâ careat pinnâ in dorso; & quæ in mare purpureæ sunt, squamæ infimæ, in hâc ruffulo tingantur colore.

Num. 4. *Serpens, Africana, ab Hottentottis* Sibon *dicta.*

Multicolor hæc meritò dicitur, quia mirâ colorum varietate à naturâ picta est. Tereti est capite, anterius albo, minutisque squamis tecto. Reliquum corpus totum, dilutè luteum, ruffis & subrubris maculis distinguitur. Squamæ ventrales, dilutè griseæ, ex ruffo variegantur.

Num. 5. *Papiliones duo, Promontorii Bonæ Spei, de Leonuri floribus escam quærentes.*

TABU-

N°. 4. Thlaspi, *produisant quantité de rejettons à fleurs de violier blanc, toujours verdoïant & fleuri.* H. Boerhav. Ind. alt. & Tournefort.

C'est *le Thlaspi toûjours verd & fleuri* de Dodonée 115. *le Thlaspi rejettoneux, de Perse, à feuilles de Keiri, à fleurs odoriferantes* de Zanon. A. B. *169. le Thlaspi rejettoneux de Perse, & à feuilles toujours aussi vertes que celles du violier blanc.* Morison H. 2. 296.

QUATORZIEME PLANCHE.

N°. 1. *Leonurus du Cap de Bonne-Esperance.* Voyez Breynius *Centur.* p. 171. il y décrit cette plante fort au long.

N°. 2. *Lezard d'Afrique Amphibie, au dos fait en forme de dents de peigne, mâle.*

Cet animal ne vit point dans l'eau salée, mais de même que les grenouilles, il habite les rivieres, les lacs & les étangs. Souvent aussi il vient sur la terre chercher de quoi repaitre, il y fait ses œufs, & il les y fait éclore. Cette espece particuliere de lezards est mise par quelques Auteurs dans la classe des Salamandres, & cela parce qu'ils ont la langue, & les jambes extremement courtes, & la queuë courte & large.

Ce Lezard mâle a ses écailles d'un pourpre mêlé de quantité de taches noires, sur lesquelles la nature a aussi gravé de petites marques blanches, disposées & arrangées tout le long du corps. Il s'éleve sur son dos comme des ailerons faits en forme de dens de peignes, lesquels s'étendent depuis la tête jusqu'au bout presque de la queue. Les taches rousses & blanches font que son ventre ressemble à un marbre dont le fonds est d'un jaune clair. Il se cache ordinairement sous les feuilles du *Leonurus.* Cette plante a-t-elle donc quelque vertu magnetique ou sympathique pour attirer ces animaux? C'est ce qui paroit fort vraisemblable quand on considere que plusieurs especes de serpens la choisissent preferablement à toute autre herbe, à toute autre plante; c'est ce que font aussi les Lezards, les Grenouilles, & les Crapaux.

N°. 3. *Lezard d'Afrique, femelle du precedent.*

Elle est faite & marquée comme son mâle. Toute la difference consiste en ce qu'elle n'a point sur le dos des ailerons faits en dens de peignes, & qu'au lieu des écailles pourpres que l'on voit au mâle, celles de la femelle tirent sur le roux.

N°. 4. *Serpent d'Afrique, nommé Sibon par les Hottentots.*

On appelle avec raison ce serpent, le Serpent à plusieurs couleurs, la nature aïant pris plaisir à varier les taches dont elle l'a marqué.

Ce Serpent a la tête ronde, blanc en dehors & couvert de petites écailles. Le reste du corps est d'un jaune clair, & parsemé de taches rousses & rougeatres. Les écailles du ventre sont grises & mêlées de roux.

N°. 5. *Deux Papillons du Cap de Bonne-Esperance, qui se nourrissent des fleurs du Leonurus.*

QUIN-


TAB. XIIII.
Fig. 1.
Fig. 5.
Fig. 5.
Fig. 3.
Fig. 2.
Fig. 4.






TAB. XV.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.




TAB. XVI.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.

TABULA DECIMA QUINTA.

Num. 1. *Pseudoacacia vulgaris:* sive *Acacia Americana, spinosa; foliis Colutea, floribus albis, odoratis.*

Flores ejus albi, odoris sunt perjucundi: folia Coluteæ æmula, floridè viridia, noctu flaccidia, retrorsum collabuntur; quamprimum verò sol oriens diem refert, pristino vigore recuperato, rursum sese expandunt. Nostro etiam solo commissa hæc planta lætè crescit: unde non modò proceras ejus arbores, sed integros harum tractus hîc reperias. Odorem miræ suavitatis tam latè diffundit, ut è longinquo etiam locum prodat suæ stationis. Ipse, quem retro ædes meas colo, hortulus harumce arborum binis ornatur.

Num. 2. *Serpens, Americana, Corallina.*

Ad Berbiches capta hæc serpens elegantissima, rubicundis toto corpore fasciis circulatim distinguitur, albis desuper maculis pulchrè notata.

Num. 3. *Serpens Africana.*

Ex Guineâ transmissa isthæc, mirum sanè in modum picta, pulcherrimo à capite ad extremam usque caudam exporrectas gerit septem lineas, variis coloribus, rubro nimirum, flavo, cœruleo, albo, viridi & nigro, rarâ arte intertextas, polymitæ aut segmentatæ taniæ non absimiles. Per ventrum nigræ decurrunt lineæ transversales.

TABULA DECIMA SEXTA.

Num. 1. *Camomilla, Africana, flore luteo, aphyllo, minore, erecta.*

Radix ejus albicans, minorem calamum scriptorium crassa, dura, in varios ramulos brachiata, fibrisque numerosis prædita.

Ex ea exsurgunt caules, à capite ad summum usque ramosi, striati, saturè virentes, foliosi, cubiti proceritatem superantes, *vulgari, luteo capite, aphyllo* minus pilosi, in totum tamen pilis non destituti.

Folia in caulibus alata, crebra, in tenuissima segmenta divisa, *vulgari, luteo capite, aphyllo* minus acuminata, odorata.

Cauliculi fastigiantur in flores odoratos, numerosos, quorum singuli peculiari nituntur pediculo, brevi, *vulgari* minores, & saturatiore colore luteo præditi, suntque *Discoidei non radiati.*

Singuli autem Corymbi seu flores totales è multis flosculis densè stipatis componuntur: horum Calycum foliola viridiora, tumidiora *vulgari,* duplici serie flores circumvallant.

Flosculorum singuli, Monopetali, tubulosique in IV dirimuntur lacinias, *vulgaris* verò in quinas. Floribus evanidis succedunt semina.

Resolvendi & flatus discutiendi vi pollet.

Num. 2.

QUINZIEME PLANCHE.

N°. 1. *Faux-Acacia commun: ou Acacia d'Amerique, Epineux, à feuilles de Baguenaudier, à fleurs blanches, odoriferantes.*

Ses fleurs sont blanches, & d'une odeur agréable; ses feuilles ressemblent à celles du baguenaudier, elles deviennent fanées pendant la nuit, & ne pouvant se soutenir elles tombent en arriere. Mais aussi-tôt que le Soleil ramene le jour on les voit se redresser & reprendre leur vigueur premiere. Cette plante reussit parfaitement dans nôtre climat, où non seulement on en trouve quelques beaux arbres, mais encore des forêts entieres.

Leur odeur qui est d'un agrément infini se repand de maniere, qu'on sent de loin où il y en a. J'en cultive derriere ma maison, dans un jardin que deux de ces arbres embellissent.

N°. 2. *Serpent d'Amerique Couleur de vermillon.*

Ce beau serpent a été pris vers les Berbiches. Tout son corps est orné en rond de bandes rouges, parsemées en haut de belles taches blanches.

N°. 3. *Serpent d'Afrique.*

Ce Serpent qui m'a été apporté de Guinée est marqué d'une maniere admirable. Il porte sept lignes de la tête qui est très-belle jusqu'à la queue, lesquelles sont artistement tissues de differentes couleurs, à savoir, rouge, jaune, bleu, blanc, verd & noir, ce qui fait comme un ruban de diverses couleurs ou de plusieurs morceaux. Il court sous le ventre des lignes transversales noires.

SEIZIEME PLANCHE.

N°. 1. *Camomille d'Afrique, droite, à petites fleurs jaunes.*

Sa racine est blanchâtre, de l'épaisseur de la plus petite plume à écrire, dure, chaque branche divisée en plusieurs rameaux, & pleine d'un très-grand nombre de fibres.

Il pousse de la racine plusieurs branches, rameuses depuis le bas jusqu'en haut. Elles sont striées, d'un verd obscur, feuillues, hautes de plus d'une coudée, moins velues, que la camomille *commune à tête jaune & sans feuilles*, mais n'étant pas cependant absolument sans poils.

Les feuilles ailées sur les tiges sont en grand nombre, divisées en très petites parcelles, moins pointues que la camomille *commune, à tête jaune & sans feuilles*, & odoriferantes.

Les petites tiges s'élevent en fleurs odoriferantes qui sont en grand nombre & dont chacune est soutenue sur une queue particuliere, très-courte. Ces fleurs sont plus petites que celles de la camomille *commune*, elles sont d'un jaune plus foncé. Elles se nomment en Latin *Discoidei non radiati.*

Le total de chaque fleur est composé de plusieurs petites fleurs réunies & serrées. Les feuilles les plus vertes, plus enflées que celles de la camomille *commune* entourent ces fleurs en formant autour d'elles un double rang.

Les petites fleurs n'ont chacune qu'une feuille, & chacun de leurs tuyaux se partage en quatre franges, à la difference de la camomille commune où chaque tuyau se partage en cinq. Les graines succedent aux fleurs, après que celles-ci sont tombées.

Cette Plante a la proprieté de resoudre & de chasser les vents.

N°. 2.

NUM. 2. Planta hæc (cujus denominationem Botanophilis relinquimus, exactam tantum daturi deſcriptionem) è ſemine ex Africa ad nos delato excrevit, ramis numeroſis in terram procumbentibus.

Nititur radicibus tenuibus, multum fibroſis, ex quibus caules aſſurgunt tenues, quorum nonnulli, erecti, ſpithamam, imò pedem longitudine æquant, qui verò humi ſtrati ſunt, multo productiores, ad intervalla è geniculis radices agunt, quibus immenſùm ſeſe propagat Planta.

Flores ex iis emergunt ſingulares, lutei, umbone concolore, petalisque marginalibus, breviſſimis, nonnihil mucronatis. Diſcus verò, more congenerum, ex innumeris floſculis tubuloſis, oris in IV vel V lacinias diviſis, conſtat, qui rudimento ſeminis inſident. Nec diſcus hic, flore evaneſcente, in umbonem excreſcit, uti in *Camomilla* videre eſt.

Semina plana, oblongo-rotunda.

Folia in caulibus crebra, in tenuiſſima ſegmenta minutim inciſa, hilariore virore perfuſa, inodora, ſapore nullo excellente prædita, quorum juniora piloſa ſunt.

Calyx è foliolis ſubrotundis, ex albo vireſcentibus, conſtat, cui inſidet flos, dilutè vireſcens, & gemino foliorum circuitu donatur.

Floruit menſ. Auguſt. & Septemb. 1695 in Horto Medico Amſtel.

Vires exploratas non habeo.

Num. 3. *Bellis, Capitis B. Sp. Aquatica, Camphorata, umbellata, fruteſcens, foliis longis, craſſis, acutis.*

Planta ſesquipedalis & procerior eſt, modò commodum humidumque nacta fuerit ſolum.

Caulis mediocriter craſſus, paucos in ramos diductus, coloris eſt griſei, lanugine pauca obſitus, teres, medulla alba & levi infarctus, non ſine mixtura purpuræ; foliis ſtipatur, *Lavandulæ* ſupparibus, *Caphuram* apprimè redolentibus, nullis pediculis ſuffultis, mucronatis, non ſerratis, breviſſima lanugine pubeſcentibus, ac ſine ordine poſitis.

Summi rami faſtigiantur in flores ſpecioſos, *Bellidis majoris, caule folioſo*, æmulos, umbellatim diſpoſitos, aut plures ſimul junctos: horum petala marginalia (potius ſemifloſculi) albicantia, ſeminis rudimento non minus inſident, quàm floſculi diſcum conſtituentes.

Diſcus componitur ex innumeris floſculis luteis, tubuloſis, à latere membranula tenuiſſima amictis, in quinas lacinias diviſis, quos excipiunt quoque ſemina griſea, oblonga.

Calicis folia, cum iis, quæ in caulibus, conveniunt, ſola magnitudine excepta.

Tota Planta *Caphuram* inſigniter redolet, calida & ſicca eſt, *Caphuræque* ſuccedanea.

Num. 4. *Bellis, Africana, flore albo, minore, caule aſpero, quadrangulo.*

Radice fundatur fibroſa, albicante, è qua exſurgit caulis quadrangularis, aſper, ſingularis, ex viridi atro-purpuraſcens, tres circiter pedes altus ab imo ad ſummum usque, ad longa intervalla ramoſus, foliis inconditis amictus, quæ palmam circà longa, binas uncias lata, ad marginem crenis vix viſibilibus prædita, ſaturatè viridia, mucronata, nullis pediculis fulta, ſapore herbido, mixto dulci & amaro, pollent.

Caulis

N°. 2. Cette Plante, à qui nous laiſſerons aux amateurs de la Botanique le ſoin de donner un nom, nous contentant de la décrire avec exactitude, eſt venue en ce pays-ci de la graine qui nous avoit été envoïée d'Afrique; ſes rameaux, qui ſont en grand nombre, rampent par terre.

Ses racines ſont deliées, très-fibreuſes, & il en nait de petites tiges dont quelques-unes s'élevent de la hauteur de douze doigts & même jusqu'à un pied. Ceux qui ſont couchez par terre, étant encore plus longs, jettent de leurs nœuds d'eſpace en eſpace des racines qui font que cette plante ſe repand au delà de ce que l'on ſauroit dire.

Les fleurs qui en viennent ſont très-ſingulieres; elles ſont jaunes, auſſi bien que le milieu; & les feuilles des bords, qui ſont très petites, & ſe terminent presque en pointes. Leur disque comme celui des plantes du même genre, eſt compoſé de quantité de petites fleurs tubuleuſes, qui occupent la place où les graines doivent venir, & leurs bords ſont ſeparés en quatre ou cinq parcelles: au reſte lorsque les fleurs ſont tombées, le disque de cette fleur ne ſe change pas en bouclier, ainſi que nous l'obſervons dans la Camomille.

Les graines ſont plates & ovales.

Les tiges ſont fort feuillues, & ces feuilles coupées en très-petites parcelles, preſentent un verd gai. Elles n'ont ni odeur ni ſaveur agreable & les plus jeunes ſont velues.

Le calice eſt compoſé d'un double rang de petites feuilles presque rondes, & d'un blanc verdatre; au deſſus duquel paroit une fleur d'un verd pâle.

Cette fleur a fleuri au mois d'Août & de Septembre 1695 dans le jardin de Medecine d'Amſterdam; mais je n'en ſai pas les proprietez.

N°. 3. *Marguerite Aquatique du Cap de Bonne Eſperance, ſentant le Camphre, croiſſant en arbre, faite en paraſol, à feuilles longues, épaiſſes & pointues.*

Cette Plante a un demi-pied, & devient encore plus haute dans un ſol humide & fertile.

La tige mediocrement épaiſſe, & partagée en un petit nombre de rameaux, eſt de couleur griſe, couverte d'un peu de coton, grêle, remplie d'une moele blanche legere & mêlée de pourpre. Il croît auour des feuilles ſemblables à celles de la lavande, qui ſentent fortement le Camphre, qui ſont ſans queues, presque pointues, nullement dentelées, peu cotoneuſes, & arrangées au hazard.

Les grands rameaux produiſent de belles fleurs qui reſſemblent à celles des *grandes marguerites, à tige feuillue*, qui ſont diſpoſées en paraſol ou dont pluſieurs ſont jointes enſemble. Lorsque les feuilles marginales, ou pour mieux dire, les demi-fleurs blanchiſſent, elles ne tiennent pas moins à la loge des ſemences que les petites fleurs qui forment le disque.

Le disque eſt formé d'une quantité innombrable de petites fleurs jaunes, pleines de tuyaux, couvertes d'une membrane laterale très-deliée, diviſées en cinq parties, auxquelles ſuccedent des graines griſes & oblongues.

Les feuilles du Calice different ſeulement en grandeur de celle des tiges.

Toute cette plante ſent merveilleuſement le Camphre: & peut être emploiée à ſon deffaut. Elle eſt chaude & ſeche.

N°. 4. *Marguerite d'Afrique, à petites fleurs blanches, à tige heriſſée & quarrée.*

Cette fleur vient d'une racine fibreuſe, blanchâtre, d'où s'éleve une tige quarrée, heriſſée, unique, d'un verd pourpre-noir, haut de cinq pieds ou environ du bas au ſommet, rameuſe de loin à loin, couverte de feuilles mal rangées. Ces feuilles longues de près d'un empan, larges de deux pouces, ont à leurs bords des crenelures presque imperceptibles. Elles ſont d'un verd obſcur, presque pointues, ſans queues, & d'une ſaveur douce & amere qui approche aſſez de celle des herbes.

La




TAB. XVII
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.

Caulis & rami faſtigiantur in flores exiguos, albicantes, diſcoideos radiatos, quorum petala marginalia admodum ſunt exilia, plana, ſtylo biſulco, nigricante, gaudentia; petala vero interiora fiſtuloſa ſunt, extremo mucronata, ſtylo luteolo, in apice bifido, prædita.

Flores utplurimum tricompoſiti ſunt, quorum origine primus & major medium locum occupat.

Num. 5. *Campanula, Africana, humilis, piloſa, flore ex albido languidè purpureo.*

In digitalem proceritatem adoleſcit, cauliculis rigidiuſculis, è quibus prodeunt ramuſculi breviſſimi, ab imo ad faſtigium usque copioſi, foliolis auguſtis, mucronatis, pilis rigentibus ad margines obſitis, hilariore virore præditis, ſtipati.

Flores è caulis & ramulorum apicibus prodeunt, campaniformes, pro plantae magnitudine ſat inſignes, ſpecioſi, inodori, oris extrorſum reflexis, in quatuor lacinias, latas, breves & mucronatas, ex albido languide purpuraſcentes, (dum tubus floris brevis albicat) diviſi. Inter lacinias & tubos geminus circulus, præſertim intus, conſpicuus eſt, quorum prior ſtriatus albicat, poſterior vero ſaturè purpureus, ex ſtriis latioribus, longitudinis inæqualis, conficitur.

Calyx floris in quinque lacinias dividitur, anguſtas, longas, ad marginem pilis rigidis, non minus ac folia, obſitas, foliis Plantæ prorſus ſimiles, excepta magnitudine, quâ hiſce cedunt.

Reperitur & alia hujus Plantæ ſpecies, cujis pili multò rigidiores ſunt & albicantes, quæque ex Promontorio B. Sp. mihi pariter miſſa, in fruticem lignoſum excrevit.

Sed è diverticulo in viam. Ex umbilico floris medio ſtylus emergit, breviſſimis pilis, albis, obſitus, qui juxta baſin quidem tenuior eſt & albicat, ſuperius autem, quâ craſſior eſt, ſaturatius purpuraſcit, & in tres lacinias, ſibi invicem proximè adſitas, (unde ferè indiviſus apparet) finditur. Prodeunt & ibidem ſtamina, purpureis donata apicibus, quina numero.

TABULA DECIMA SEPTIMA.

Num. 1. *Lilio-Narciſſus; Polyanthos; flore incarnato; fundo ex luteo albeſcente.*

Ita florem hunc venuſtiſſimum nominat Cl. Sloane, *Jam.* 115, aliàs *Lilium, Americanum, puncieo flore, Bella donna, dictum*, Herm. *Par. Bat.* 194.

Num. 2. Exhibet caulem Lilio-Narciſſi hujus, unà cum foliis.

Num. 3. *Lilio-Narciſſus, Japanicus, rutilo flore.* Moriſ. H. Oxon. Tom. II, p. 367.

Cornut. 158. Narciſſorum hunc Familiæ inſerit, nomine *Narciſſi, Japonici, rutilo flore.* Sed quoniam & Lilii & Narciſſi characteres participat, æque ac prior, hinc à Botanicis accuratioribus novum hunc potius & compoſitum ſub titulum ambo referuntur.

Num. 4.

Le tronc & les branches ſe couronnent en petites fleurs blanches, que les Latins appellent *discoideos radiatos*, leurs feuilles marginales ſont extremement petites, plates, & ont un ſtyle fourchu & noiratre. Quant aux feuilles interieures elles ſont fiſtuleuſes, pointues au bout, & auſſi avec un ſtyle jaune, dont la ſommité eſt fourchue.

Les fleurs ſont d'ordinaire trois à trois, dont celle qui a été la premiere épanouïe & qui eſt la plus grande, occupe la place du milieu.

N°. 5. *Clochette d'Afrique, baſſe, velue & à fleur d'un blanc pourpre effacé.*

Cette plante croît jusqu'à la hauteur d'une coudée, avec de petites tiges rudes, d'où ſortent de petits rameaux très-courts, qui ſe trouvent en quantité depuis le haut jusqu'en bas, & qui ſont garnis de petites feuilles étroites, pointues, pleines à leur marge de poils heriſſez, & d'un verd extremement gai.

Les fleurs, qui pouſſent de la ſommité du tronc & des branches, ont la forme d'une cloche aſſez grande par rapport à la grandeur même de la plante. Elles ſont belles, ſans odeur, avec des bords recourbez en dehors, & partagées en quatre parties larges, courtes, pointues; & tandis que le court tuyau de la fleur blanchit, de blanches qu'elles étoient auparavant, elles deviennent d'un pourpre effacé. Entre les bords & le tuyau, il y a un double cercle, dont l'interieur eſt principalement remarquable. Le premier blanchit dans les endroits où il eſt canelé; pour le ſecond qui eſt d'un pourpre foncé, il ſe forme par des Canelures plus larges, mais d'une longueur inégale.

Le Calice de la fleur eſt diviſé en cinq parties, étroites, longues, heriſſées à leurs bords de poils, qui ne ſont pas moins rudes que les feuilles mêmes, & qui ſeroient entierement ſemblables à ces feuilles ſi elles ne leur cedoient pas en grandeur.

Il y a une autre plante de la même eſpece, dont les poils deviennent blancs & ſont bien plus rudes. Elle vient du Cap de Bonne Eſperance; on m'en a envoié une qui eſt devenue un arbriſſeau ligneux.

Mais pour revenir à la plante que nous decrivons, il ſort du milieu de la fleur un piſtile à poils blancs fort courts; lequel eſt petit & blanchâtre à ſa baſe, & qui en haut, où il eſt plus épais, devient couleur de pourpre foncé, & ſe partage en trois parties ſi voiſines l'une de l'autre, que l'on ne s'apperçoit presque pas de la fente qui les ſepare. Il pouſſe au même endroit cinq filamens, pourpre.

DIX-SEPTIEME PLANCHE.

N°. 1. *Lilio-Narciſſe, avec pluſieurs fleurs, à fleur incarnate, ſur un fond d'un jaune blancheatre.*

C'eſt ainſi que M. Sloane *Jam.* 115. appelle cette belle fleur, que H. Hermann, *Parad. Bat.* 194. nomme *Lis d'Amerique, à fleur rouge, dit Bella donna.*

N°. 2. repreſente le tronc de ce Lilio-Narciſſe avec ſes feuilles.

N°. 3. *Lilio-Narciſſe du Japon, à fleur d'un roux ardent.* Moriſon, H. Oxon. Tom. II. p. 367.

Cornut. 158. met cette plante parmi les Narciſſes, ſous le nom de Narciſſe du Japon, à fleur d'un roux ardent. Mais parce qu'auſſi bien que la précedente, elle tient presque également & du Lis & du Narciſſe, les Botaniſtes les plus exacts ont coutume de les donner plûtôt l'une & l'autre ſous ce titre nouveau & compoſé.

Num. 4. *Colutea; Æthiopica; flore Phoeniceo; folio Barbæ Jovis.*

Ita Breynius hanc plantam, cui aliud paulò nomen in *Centur. p.* 70. dederat, dein in *Prodrom. I, p.* 30. correctius appellat, ipsamque pariter ejus descriptionem ibidem prolixè tradit, quorsùm lectorem relegare, quàm aliena huc transscribere, malumus.

Num. 5. *Leucojum, Africanum, cæruleo flore, Coronopi angusto folio, majus.* Herm. H. L. B. p. 364.

TABULA DUODEVICESIMA.

Num. 1. *Ficoides, seu Ficus Aizoides, Africana, humilis, non ramosa, folio angulari, crasso, longo; flore luteo, magno.*

Rariorem hanc & elegantem plantam loca ferunt maritima & sabulosa Promontorii B. Spei, ubi de variis radicibus, crassiusculis, ex uno eodemque tubere propullulantibus, multisque filamentis capillaceis, numerosa emergunt folia, densissimè aggesta, humi fusa, nullis fulta pediculis, angulosa, ultra digitum longa, saturatè virescentia, pressuque succum fundentia copiosum, saporis fatui.

Hæc inter flores prodeunt singulares, inodori quidem, at peramœni, *Calendulæ* florum æquantes amplitudinem, ad solem expansi, singulari petalorum in orbem ambitu, aureoque fulgore micantes: petala horum unciam longa, angusta, extrorsùm reflexa, tritu intra digitos succum luteum emittentia, suo de umbilico stamina promunt numerosissima, tenuissima, petalis, atque apicibus concoloria, variæ magnitudinis.

Florem succingit calyx in quatuor lacinias, succosas, herbidas diremptus, quarum duæ, cæteris multò longiores, cuspidatæ, ab altera parte excavatæ, Psittaci ferè rostra imitantur; dum binæ aliæ minores, minus cavæ, parte internâ tenuissimam gerunt annexam membranulam, quæ floris, nondum expansi, petala operit & investit, patulo demum flore se pariter expandens, inque duas valvas dehiscens. Flos interim, antequam aperiatur, ex luteo & rubro eleganter variegatus, pediculo nititur crasso, unciali.

Fructus hunc excipit, constans corniculis, sibi mutuò adnatis, oblongis, succosis, postea verò per exsiccationem fungosis, quorum singula apice superiore, intus luteâ lanugine obsito, nonnihil extrorsùm reflexo, asteriscum repræsentant.

Num. 2. *Ficus Aizoides, Africana, Chamæcisti foliis teretibus, flore tripetalo, albo.*

Radix alba, fibrosa, emittit folia plurima, oblongo-teretia, sesqui articulum digiti longa, glauca, succosa, grato *Acetosæ* sapore prædita.

Caules

N°. 4. *Colutea d'Ethiopie à fleur d'un rouge éclatant, à feuilles de Barbe de Jupiter.*

C'est ainsi que Breynius appelle avec plus d'exactitude *Prodrom.* p. 30. cette plante, à laquelle il avoit donné un nom un peu different dans *ses Centur.* p. 70. il en fait au premier endroit une longue description. Nous aimons mieux y renvoier le Lecteur, que de nous rendre les copistes de cet Ecrivain.

N°. 5. *Très-grand Violier d'Afrique, à fleur bleue, à feuille étroite de Coronopus.* Hermann. H. L. B. p. 364.

DIX-HUITIEME PLANCHE.

N°. 1. *Ficoides ou figue d'Afrique, rampante, sans Rameaux, à feuille angulaire, épaisse, & longue, à grande fleur jaune.*

Cette plante belle & rare croît dans les lieux maritimes & sabloneux du Cap de Bonne Esperance. De diverses racines un peu grossieres, & qui pullulent d'un seul & même oignon, ainsi que de plusieurs filamens capillaires, sort une grande quantité de feuilles entassées, rampant par terre, sans queues, angulaires, longues de plus d'un doigt, d'un verd obscur, & donnant en abondance lorsqu'on les presse, un suc d'un gout fade.

Entre ces feuilles paroissent des fleurs singulieres, sans odeur à la verité, mais agréables d'ailleurs; elles égalent en largeur la fleur du souci, s'ouvrent au soleil, ont le contour de leurs feuilles d'une rondeur particuliere, & brillent d'un éclat pareil à celui de l'or. Les feuilles de ces fleurs ont un doigt de long, elles sont étroites, recourbées en dehors, & rendent quand on les broïe entre les doigts, un suc jaune. Enfin, le bouton de la fleur produit un grand nombre de filamens très deliez, de la même couleur que les feuilles & les sommitez & de diverses grandeurs.

La fleur est entourée d'un calice partagé en quatre parties pleines de suc & couvertes d'herbes. Il y en a deux beaucoup plus longues que les autres, pointues, creuses d'un côté & qui imitent presque le bec d'un Perroquet. Les deux autres plus petites & moins creuses ont en dedans une membrane attachée, qui couvre les feuilles de la fleur qui n'est pas encore épanouïe, qui dès qu'elle s'ouvre s'étend avec elle, & enfin se separe en deux loges. Cependant avant que la fleur s'épanouïsse, elle est déjà agréablement mêlée de jaune & de rouge & a pour se soutenir une queue courte & épaisse.

Après la fleur vient le fruit composé de petites cornes, qui tiennent les unes aux autres; qui sont oblongues, succulentes, spongieuses après leur dessechement, & dont chacune, en sa partie superieure couverte en dedans d'un coton jaune & un peu recourbée en dehors, ne ressemble pas mal à un asterisque.

N°. 2. *Ficoides d'Afrique, à feuilles grêles de petit Ciste & à fleur blanche à trois feuilles.*

La racine blanche & fibreuse de cette plante pousse plusieurs feuilles oblongues, minces, de la longueur d'un demi doigt, d'un verd de mer, pleines de suc & aïant le gout agréable de l'ozeille.

De


TAB. XVIII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.



Caules humi ſtrati, ſtraminis culmum craſſi, articulati, fragiles, ſucculenti, foliis concolores, ad ſingula genicula in ambitu crebris ſtipantur foliis, inæqualis magnitudinis, ad digiti nonnunquam longitudinem excreſcentibus.

Horum ex alis pediculi prodeunt tenuiſſimi, digitum & ultra longi, quorum apices ornant flores tripetali, petiolis ſingularibus, breviſſimis, ex eodem puncto emergentibus, fulti, petalis, nivei candoris, tenuibus, ſcutellatis, cavis, amicti.

Florem ſuſtinet calyx pentaphyllus, cujus folia duo utplurimum cæteris latiora, omnia autem cava ſunt, & extrinſecus læto perfuſa virore, quem maculæ, nigricantes, exiguæ, & margines purpuraſcentes pulchrè variegant.

Ex centro floris rudimentum prodit vaſculi ſeminalis, in quina loculamenta, ex luteo vireſcentia, orbicularia, diviſi, quæ ſingula protendunt ſtylum, extrorſus reflexum, brevem, ex luteo palleſcentem, binis donatum ligulis, membranaceis, articulum, ex quo oritur, ambientibus: hosque ſtylos rurſum ſtamina ſtipant numeroſa, albicantia, luteis apiculis ornata. Maturo ſemine in quinas dehiſcit capſula ſeminalis carinas, quarum ſingulæ membranâ intergerinâ, per medium protenſâ, biſecantur.

Annua cæterùm planta matrem agnoſcit Africam.

Num. 3. *Ketmia, Zeylanica, urens, piloſa, annua, flore ſulphureo, umbone atro-purpureo.*

Radix ejus duplam ſcriptorii calami craſſitiem æquans, albicans, in tres quatuorve ramos divaricata, plurimas emittit fibras capillares.

Caulem ab imo mox rami ſtipant, latè diſperſi, culmo ſtramineo ferè craſſiores ad ſuî exortum: pili hos rigidi, urentes, deorſum preſſuli, obſident.

Folia alternatim, per intervalla longiuſcula, è caule prodeunt, quorum petioli, dodrantalis longitudinis, ſpinulis quoque urentibus ſimilibus horridi, ex viridi purpuraſcentes, terram verſus nutant: cæterum *Vitis* æmula ſunt folia, in quinque diviſa lacinias, profundas, acuminatas, ſerratas.

Abit dein faſtigium caulis in flores IV, V, qui ſucceſſive panduntur, pediculis unicalibus, piloſis, innixi, pentapetaloidei, inodori, coloris ſulphurei, umbone atro-purpureo ornati, petalis rotundis, in ambitu nonnihil undulatis, conſtantes. Horum è medio ſtylus ſurgit floridus, luteus, apice ſuo ſtellam gerens atro-purpuream, quinquepartitam, cujus laciniæ fimbriatæ ſunt.

Calyce flos cingitur heptaphyllo, pilis hiſpido, cujus foliola anguſta, mucronata, piloſa, vireſcunt: vagina præterea viridis, membranacea, florem adhuc contractum includit, è quâ dehiſcente hic tandem prorumpit.

Capſula ſeminalis quinquangula per maturitatem nigra fit, & in quinque diſpeſcitur carinas, quarum quælibet intergerinâ biſecatur membranâ, juxta longitudinem exporrectâ, cui ope ſtyli, ut in Phaſeolis, adhærent ſemina, primò albida, dein per maturitatem nigricantia, reniformia, ſuperficiei inæqualis, lineis ſemicircularibus diſtinctæ, uti annexa figura docet. Totam cæteroquin capſulæ internam faciem, ſeptumque pariter intermedium tenuiſſimi pili obſident.

Annua

Les tiges rampent par terre. Elles ſont de l'épaiſſeur d'un tuyau de bled, nouées, caſſantes, pleines de ſuc, avec des feuilles de la même couleur qui viennent en rond, d'une grandeur inegale, quelquefois même de la longueur d'un doigt autour de chaque nœud.

Des ailes de ces feuilles naiſſent des queues très petites de la longueur d'un doigt & davantage, dont des fleurs compoſées de trois feuilles ornent les ſommitez; ces fleurs ſont ſoutenues chacune ſur des queues très-courtes, qui partent toutes du même point, & elles ſont couvertes de feuilles blanches comme la neige, minces, creuſes & faites en écu.

La fleur eſt ſoutenue par un calice à cinq feuilles, dont il y en a deux qui ſont beaucoup plus larges que les autres. Toutes ſont creuſes & en dehors d'un verd gai & ſur lequel de petites taches noiratres & des bords pourpres repandent une agréable varieté.

Du centre de la fleur pouſſe le commencement du vaſe ſeminal, diviſé en cinq loges, d'un verd jaunatre, orbiculaires, dont chacune a ſon piſtile recourbé en dehors, court, d'un jaune pâle, & qui dans l'endroit où il commence à pouſſer, a deux courroïes membraneuſes, qui environnent le nœud. Elles ſont à leur tour garnies de quantité de fils blancheatres, & embellis de petites abeilles jaunes. Lorſque les graines ſont parvenues à l'état de maturité, la loge qui les contient ſe fend en cinq carenes, dont chacune eſt coupée par une membrane commune qui les traverſe par le milieu.

Cette plante qui ne dure qu'une année vient en Afrique.

N°. 3. Ketmia *de Ceylan, brûlante, velue, d'une année, à fleur de Souphre, & dont le milieu eſt d'un pourpre noiratre.*

Sa racine a le double de l'épaiſſeur d'une plume à écrire; elle eſt blanchatre, étendue en quatre ou cinq rameaux, & elle donne pluſieurs fibres capillaires.

La tige eſt garnie de branches dès le bas. Les branches ſont diſperſées de côté & d'autre, & déjà même preſque auſſi épaiſſes qu'un tuyau de bled, dans l'endroit où elles commencent. Elles ſont garnies de poils rudes, brulans, & preſſez vers le bas.

Les feuilles pouſſent de la tige alternativement, mais un peu de loin à loin. Leurs queues, qui ſont de la longueur d'un empan, & heriſſées d'épines brulantes, d'un verd pourpre, panchent vers la terre. Au reſte ces feuilles reſſemblent à celles de la vigne & ſont partagées en cinq parties, pointues, profondes & dentelées.

La ſommité de la tige donne quatre ou cinq fleurs, qui s'épanouïſſent l'une après l'autre. Les queues qui ſoutiennent & portent ces fleurs ſont de la longueur d'un pouce, & velues. Pour les fleurs mêmes elles ſont à cinq feuilles, ſans odeur, de couleur de ſouphre, avec un milieu d'un pourpre noir, des feuilles rondes & ondées tout autour. Du milieu de ces fleurs ſort un piſtile fleuri, portant en haut une étoile d'un pourpre noir & à cinq raïons dont les bords ſont comme frangés.

La fleur eſt entourée d'un calice à ſept feuilles, heriſſé de poils, & dont les petites feuilles qui ſont étroites, pointues, velues, deviennent vertes. Outre cela une bourſe verte & membraneuſe renferme la fleur qui n'eſt pas encore écloſe, & lui ouvre le paſſage en ſe fendant.

La loge ſeminale qui eſt à cinq angles, devient noire quand elle eſt à maturité, & ſe ſepare en cinq carenes dont chacune eſt partagée par une membrane mitoïenne qui s'étend en longueur d'un bout à l'autre. A l'aide du piſtile, il s'y attache, de même que dans les faſeoles, des graines premierement blanches, enſuite noiratres dans leur maturité, d'une ſuperficie inegale, & diſtinguées par des lignes à demi-rondes, ainſi qu'on le peut voir dans la figure ci-jointe. Au reſte des poils très-deliez occupent tout le dedans de la loge, auſſi bien que la membrane intermediaire.

Cette

Annua est planta, insulæ Ceylanensis incola, tota mucilaginosa.
Radicis non ingratus sapor est: mansu hæc mucilaginem emittit, uti *Althea vulgaris*.
Folia masticata tantopere linguam adficiunt, ut diu post vis ejus urens etiamnum sentiatur.

Num. 4. *Geranium Capense, tota facie hirsutum; radice Rapæ; flore atro-purpureo; foliis partim integris, partim incisis.*

Radicem agit carnosam, rapiformem, ventre mediocri turgidulam, cortice spadiceo amictam, &, præter unam insignem fibram, è fundo vix plures emittentem.

E capite radicis folia emergunt, haud adeo numerosa, quorum alia, specie Plantaginea, nequaquam divisa, ex angusta basi in mucronem subrotundum desinunt; alia verò multifariam divisa, *Geranii Æthiopici Breynii, tertii*, æmula; alia rursum duabus, tribus, pluribusve incisuris emarginata sunt; sic ut immensa hîc detur discrepantia: horum pediculi digitales sunt, pilisque argenteis, rigidis, urentibus, undequaque obsidentur.

Inter folia caulis surgit, æque ac florum petioli, pilis rigidioribus hispidus, culmum fere crassus, cujus ex apice duo tresve protenduntur cauliculi unciales, tenuiores, pariter pilosi, ad sui exortum coronâ foliaceâ, villosâ, succincti: hi dein rursus in umbellas dividuntur, foliis angustis, non divisis, succinctas, è decem, pluribus, aut paucioribus pediculis conflatas, qui flores immediatè sustinent, pentapetalos, inodoros, densè congestos.

Petala florum angusta, apice rotundo donata, utrinque ex atro rubent, versus ungues tamen nivea, nonnihil crispata; quorum è medio exsurgit umbo, è quinque staminibus niveis coagmentatus, ut in *Boragine*; apices hæc croceos gerunt, & stylum cingunt intermedium, ex purpureo albicantem, de viridi tuberculo, oblongo, ortum, cujus fastigium, stellæ in modum, quatuor vel quinque in lacinias finditur.

Calyx subest quinquefidus, cujus segmenta pilosa, extus e viridi purpurascentia, intus fusca sunt, & margine albicante ornata.

Floribus succedunt semina, more congenerum, quina, spadicea, rostris contortis, pilis incanis passim hispida, ab unâ parte mucronata, ab alterâ utrinque in foveolam excavata.

Folia masticata linguam & fauces contrahunt: vim enim obtinent adstringentem.

Semine perfecto folia marcida decidunt, solâ radice superstite.

TABULA DECIMA NONA.

Num. 1. *Ficus Indica; seu Opuntia, Curassavica, major, spinosissima, spinis nigricantibus, floribusque purpurascentibus.* Hort. Beaumont.

Folium oblongum, amplum, cordiforme, ex angustiori principio in latum divergens, pinis horret numerosis, quinis, senis, majoribus, minoribus, ex eodem tuberculo simul prodeuntibus.

Flos

Cette plante ne dure qu'une année, elle vient dans l'Isle de Ceylan & est toute mucilagineuse.

Sa racine n'est pas d'un goût desagréable: Quand on la mache, elle rend une espece de mucilage, comme l'Althée ordinaire.

Ses feuilles machées font tant d'impression sur la langue qu'elle en sent encore long-tems après la force brulante.

N°. 4. *Bec-de-Grue du Cap, entierement herissé, à racine de Rave, à fleur d'un pourpre noir, à feuilles en partie entieres, en partie coupées.*

Cette plante a une racine charnue, faite comme celle de la rave, mediocrement ventrue, couverte d'une écorce chataine, & à l'exception d'une fibre remarquable qu'elle pousse n'en donnant presque point d'autre.

A la tête de la racine, vient un assez petit nombre de feuilles, dont les unes, de l'espece du plantain, ne sont point divisées & partant d'une base étroite finissent en une pointe un peu ronde; & dont les autres au contraire divisées en plusieurs endroits, ressemblent beaucoup au *Bec de grue troisieme, d'Ethiopie, de Breynius.* Quelques unes de ces feuilles ont aussi deux, trois, ou plusieurs découpures à leurs bords, de sorte que l'on voit en cela une grande diversité. Leur pistile est d'un doigt, & couvert de tous les côtez de poils argentez, rudes, & brulans.

Entre les feuilles s'éleve un tronc, qui de même que les queues des fleurs, est herissé de poils rudes & est presque de l'épaisseur d'un tuyau de bled. A la sommité avancent deux ou trois petites tiges de la largeur d'un pouce, plus deliées, également velues, & dans leurs commencemens garnies d'une couronne feuillue & velue. Ces petites tiges se divisent derechef en parasols, & sont garnies de feuilles étroites, tout d'une piéce, composées de dix queues plus ou moins, & qui soutiennent immediatement des fleurs à cinq feuilles, sans odeur & en touffe.

Les feuilles des fleurs sont étroites, rondes en haut, d'un rouge noir de côté & d'autre; blanc pourtant vers les ongles & un peu frisées. Du milieu s'éleve un fonds formé de cinq fils blancs comme la neige, ainsi que dans la bourrache. Ces fils sont couleur de saffran à leur sommité & entourent le pistile du milieu, qui de pourpre devient blanc, nait d'un petit cayeu verd, oblong, & finit en une espece d'étoile à quatre ou cinq raïons.

Le calice est fendu en cinq & les morceaux en sont velus; en dehors de verds ils deviennent pourpres; en dedans ils sont fauves, & leur marges sont blancheatres.

Aux fleurs succedent des semences, pareilles à celles des plantes de même genre, elles sont au nombre de cinq, chataines, à becs tortueux, herissées çà & là de poils blancs, & pointues d'un bout & de l'autre bout, creusées en fossette des deux côtez.

Les feuilles broïées resserrent la langue & le gosier. Elles ont aussi une vertu astringente.

Quand les semences sont mures, toutes les feuilles tombent fanées & il ne reste que la racine.

DIX-NEUVIEME PLANCHE.

N°. 1. *Figue des Indes de Curaçao, très-grande, très-épineuse, à épines noiratres & à fleurs tirant sur le pourpre.* Du jardin Beaumont.

Sa feuille est oblongue, grande, faite en cœur, & d'étroite qu'elle est d'abord, elle devient insensiblement très-large. Elle est garnie d'un très-grand nombre d'épines par cinq ou par six, plus grandes ou plus petites, mais poussant toutes ensemble du même oignon.

La







Fig. 1.
Fig. 3.
Fig. 3.
Fig. 2.
Fig. 4.
TAB. XIX.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 7.
A



Flos rosaceus, petalis plurimis, in orbem positis, constans, staminibusque præditus numerosissimis, dilutè purpurascit.

Num. 2. *Euphorbium, Cerei effigie, caulibus crassioribus, spinis validioribus armatum.* Breyn. Prodr. 2.

Hæc eadem planta est, quam Hermannus in Hort. Lugd. *Tithymalum, Africanum, s. Mauritanicum, Aphyllon, angulosum & spinosum*, ex quo *Euphorbium Officinarum*, nominat.

Fundit hæc succum, qui inspissatus & resiccatus *Euphorbii* nomine in Officinis prostat, tantâque pollet acrimoniâ, ut vel minima ejus quantitas, naribus attracta, summam concitet sternutationem. Exhibetur tamen internè magno cum fructu, restrictâ dosi, Hydropicis, viscera quibus adhucdum robore pollent: horum enim stagnantes aquas expurgat validissimè. Extrinsecùs ad desquamanda ossa cariosa Chirurgis inservit.

Num. 3. *Aloë, Africana, folio triangulo, longissimo, & angustissimo, floribus luteis, fœtidis.* Hermann. Hort. Lugd.

Hanc, eodem sub nomine, & delineavit, & descripsit Casp. Commel. Hort. Amst. II, 29. qui videri potest. *Iridem, Uvariam, promontorii Bonæ Spei* vocavit Bodæus à Stapel, in notis ad Theophrast: p. 335.

Num. 4. *Hyacinthus, Africanus, tuberosus, flore cœruleo, umbellato.* Breyn. Prodr. 1, 39.

Hujus & figuram, & descriptionem exhibuit pariter modò laudatus C. Commel. Hort. Amst. II, 133. *Hyacintho affinis, tuberosâ radice, Africana, umbellata, cœrulea, inodora*, Hermanno in Hort. Lugd. audit.

Num. 5. *Ficoides, seu Ficus Aizoides, Africana, major, flore flavo, folio plano, latiori.*

Eo hanc plantam nomine Herm. in Catal. Hort. Lugd. Bat. insignit. Similis ferè est *Chrysanthemo Aizoidi, Africano, secundo, sive teretifolio*, Breyn. Cent. 1. In foliis tamen discrimen reperitur, quæ huic teretia, illi latiora sunt & planiora.

Num. 6. *Ficoides, seu Ficus Aizoides, Africana, major, procumbens, triangulari folio, fructu maximo, eduli, Ficus Hottentottorum vulgò.* Herm. Boerh. Ind. alt. Plant.

Num. 7.

La fleur qui ressemble à celle de la rose, est composée de feuilles mises en rond & de plusieurs étamines, devient d'un pourpre clair.

N°. 2. *Euphorbe, fait en cierge, armé de tiges épaisses & d'épines très fortes.* Breyn. *Prodr.* 2.

Herman nomme cette plante dans le *Jardin de Leyde* Tithymale d'Afrique ou de Mauritanie, sans feuilles, plein d'angles & d'épines, d'où vient qu'on l'appelle l'Euphorbe des Boutiques.

L'Euphorbe donne un suc épais & resineux, qui se vend chez les Apothicaires sous le même nom d'Euphorbe, & est si acre que la moindre dose qu'on en prend par le nez excite de violens éternuemens. Cependant on en peut donner, pourvu que ce soit en petite quantité, avec grand fruit aux hydropiques, dont les visceres conservent encore quelque vigueur; rien n'étant plus propre à chasser fortement les eaux qui y croupissent. Les Chirurgiens appliquent aussi à l'exterieur cette drogue pour enlever les os cariez.

N°. 3. *Aloës d'Afrique, à feuille triangulaire, très-longue, & très-étroite, à fleurs jaunes de mauvaise odeur.* Hermann. *Hort. Lugd.*

On peut voir Caspar Commelin *Hort. Amstel.* 2. 29. qui y donne la figure & la description de cette plante sous le même nom. Bodeau de Stapel p. 335. de ses Notes sur Theophraste l'appelle Iris du Cap de Bonne-Esperance.

N°. 4. *Hyacinthe d'Afrique, tubereux, à fleur bleuë, faite en parasol.* Breyn. *Prodr.* I, 29.

Le même Caspar Commelin a donné la figure & la description de cette plante p. 2. 133. *Hort. Amstel.* Hermann dans l'*Hort. Lugd.* dit qu'elle approche de l'Hyacinthe, que sa racine est tubereuse, sa fleur faite en parasol, bleuë, sans odeur & qu'enfin cette plante vient d'Afrique.

N°. 5. *Ficoides, ou figue d'Afrique, grande, à fleur jaune, à feuille plate & très-large.*

C'est sous ce nom que M. Hermann dans son *Catal. du Jardin de Leyde* a parlé de cette plante. Elle est presque semblable au souci d'Afrique, deuxieme, ou à feuille grêle, Breyn. Cent. I. Il y a cependant cette difference entre leurs feuilles que celles du souci sont plus minces & celles de la Ficoide plus larges & plus plates.

N°. 6. *Ficoides, ou grande figue d'Afrique, couchée, à feuille triangulaire, à très-gros fruit, bon à manger, communement nommée figue des Hottentots.* Boerh. *Ind. alt. Plant.*

Num. 7. *Vipera, Africana, de Nepa dicta, mas.*

Echis hicce ex insulâ Madagascar, unà cum aliis, ad nos delatus, subrufis per dorsum squamis vestitur, opere reticulato coloris lutei obductis; cujus areolæ interius saturatè fuscæ sunt. Ejusdem quoque coloris annulo caput distinguitur. Venter dilutè cinereus ad sui finem, propè caudam, quo loco anus, excernendis fœcibus dicatus, patet, binos exhibet testiculos, subrotundulos, spinis quaquaversùm obsitos, lit. A. notatos.

TABULA VICESIMA.

Num. 1. *Erica, Africana, calyce lanuginoso, ex viridi luteo, capitulum referente, flosculis concoloribus, extus lanugine obsitis.*

Radice nititur nigricante, lignosa, multis fibris capillata, è quâ numerosi prodeunt rami, foliis crassiusculis, brevibus, densè stipati.

Ramorum apicibus insident flosculi minuti, calyce folioso, ex viridi lutea lanugine aspero, suffulti, stamina plurima, coloris bruni, emittentes.

Loculos & figuram seminum ob parvitatem vix licet distinguere.

Num. 2. *Erica, Africana, pumila, Coris folio, flosculis parvis, carneis, apicibus longis, dispersis, præditis.*

Et huic Radix nigricans, lignosa, plurimisque fibris prædita est, quæ dodrantales & proceriores protrudit ramos, plurimos, cortice nigricante vestitos, foliisque, *Ericæ, folio Coris*, æmulis, stipatos. Horum in summitatibus emergunt flosculi pusilli, carnei, calyculo folioso virescenti innixi; qui stamina promunt pro mole flosculorum longa, tenuissima tamen, multum prominula, valdè dispersa, & magnis admodum gaudentia apicibus, atropurpureis.

Seminalis vasculi & seminum tenuitas oculo inaccessa est.

Videtur interim Planta hæc omnino convenire illi, quæ *Erica, Africana, arborescens, Coris folio, flore flavescente*, Parad. Bat. 33. Ray Hist. III. Dendr. 97.

Num. 3. *Erica, Africana, fruticosa, foliis minimis, floribus exiguis, purpurascentibus, densissimè stipatis.*

Perelegans hæc Ericæ species, desertorum promontorii B. Spei alumna, si primâ fronte conspicitur, *Ericæ* nostrati *scopariæ* suppar videtur; at oculus dein attentior differentiam tamen detegit & in foliis, & flore.

Radix

N°. 7. *Vipere d'Afrique, masle & nommée De Nepa.*

Cette Vipere m'a été apportée avec quelques autres de l'Isle de Madagascar. Son dos est revêtu d'écailles roussâtres, couvertes d'une espece de rezeau jaune, dont les petites marques interieures sont d'un jaune obscur. Elle a un collier de même couleur, pour le ventre il est d'un cendré clair d'un bout à l'autre & jusqu'auprès de la queue. Dans l'endroit destiné au passage des ordures on voit deux testicules ovales & entourez d'épines de tous les côtez. Ils sont marquez par la lettre A.

VINGTIEME PLANCHE.

N°. 1. *Bruyere d'Afrique, à calice cotoneux, d'un jaune verdâtre, representant un chapiteau, à petites fleurs de même couleur, couvertes de coton au dehors.*

Cette plante est soutenüe par une racine noiratre, ligneuse, composée de plusieurs fibres, & d'où il sort beaucoup de rameaux remplis de feuilles courtes & épaisses.

Au sommet de ces rameaux paroissent de petites fleurs, qui sont soutenues d'un calice feuillu & qu'un coton d'un jaune verdatre rend rude. Ces fleurs sont à plusieurs étamines de couleur brune.

Il n'est pas possible de distinguer les loges & la figure des graines à cause de leur petitesse.

N°. 2. *Bruyere d'Afrique, à feuille de millepertuis, à fleurs petites, charnues & garnies de hupes longues & éparses.*

Cette plante, ainsi que la precedente a une racine noiratre, ligneuse, composée de plusieurs fibres & qui pousse en nombre des branches d'un empan, ou même plus hautes, revêtues d'une écorce tirant sur le noir, & garnies de feuilles qui ressemblent à celles du millepertuis. Il sort du sommet de ces branches de petites fleurs charnues, & soutenues par un calice feuillu & verdoïant, lesquelles à proportion de leur petitesse ont des filamens longs, mais deliez, très-saillans, fort épars & ornez de petites hupes d'un pourpre noir.


La petitesse des semences & du vaisseau seminal en rend la découverte inaccessible à nos yeux.

Au reste, cette plante semble avoir beaucoup de rapport avec la *Bruyere d'Afrique, croissant en arbre, à feuille de millepertuis, à fleur jaune* dont il est parlé Parad. Bat. 33. Ray Hist. 3. Dendrol. 97.

N°. 3. *Bruyere d'Afrique, rejettoneuse, à très-petites feuilles, très garnies de petites fleurs qui deviennent couleur de pourpre.*

Cette espece de Bruyere qui croît dans les deserts du Cap de Bonne-Esperance est d'une grande beauté. Au premier coup d'œuil, on la prendroit pour notre bruyere; mais en la considerant avec plus d'attention, on y decouvre quelque difference dans les feuilles & dans la fleur.

Sa



P. Tanjé. f.







P. Tanjé f.

Radix ei lignosa, in aliquot ramos & fibras diffusa est, è qua virgulta prodeunt lignosa, ramosa, sesquicubitalia, colore spadiceo; ramusculi horum tenuissimi, sesquiunciales, & longiores, foliolis glabris, copiosissimis, tenuioribus & longioribus, quàm in *Ericâ* nostrate, obsiti, densissimè stipantur flosculis, ante explicationem globosis, coloris purpurascentis, qui à latere visi cordiformes apparent, & majores quàm Ericæ nostratis, inque quatuor lacinias satis profundas directi, stamina emittunt capitata. Color eorum magis diluitur, ubi panduntur.

Num. 4. *Erica, fruticosa, Capensis, pilosa, floribus tubulosis, longissimis, minus arcuatis, rubescentibus.*

Sterilia quædam promontorii B. Spei loca hanc Plantam, numerosa flosculorum phalange superbientem, fundunt.

Surgit virgultis lignosis, spadiceo colore præditis, duris, bicubitalibus, in paucos ramos majores divisis, qui tamen numerosissimos dein in ramulos secti, foliolis ornantur tenuissimis, brevissimis, arctissimè per intervalla breviora in orbem dispositis, pilosis, post casum suî vestigium in ramulo relinquentibus.

Extrema ramulorum ornant Flores insignes, urceolares, seu tubiformes, unciales ferè, brevissimis fulti petiolis foliosis, singulares & bicompositi, in quatuor angulos emarginati, rubescentes; quorum in cavo stamina hærent octona, floribus, colore & longitudine paria, apicibus coronata oblongis, saturatâ magis rubedine tinctis. Pistillum desuper è floris infima sede, capitello munitâ, emergit, staminibus concolor, his tamen longius.

Calyx quadrifolius, pilosus, augustissimis, mucronatis laciniis infimam floris partem complexus, eo evanido capsulam seminalem ambit, quæ oblonga, turbinata, semen continet minutissimum, more congenerum.

TABULA VICESIMA PRIMA.

Num. 1. *Erica, Africana, Abietis folio longiore & tenuiore, floribus oblongis, saturatè rubris.* Ray Histor. III. Dendrol. 98.

Inter *Ericas* meritò hæc species palmam obtinet, quæ caules protrudit bicubitales & proceriores, cortice amictos spadiceo. Hos ambiunt radiatim foliola, densissimè in orbem stipata, versus extremum arcuata, Abietinorum æmula, at multò minora, vestigium tamen post casum relinquentia, uti in Pino.

Abit caudex in ramulos sesquipalmares & longiores, quorum cymis flores insident numerosi, in spicam brevem densè & speciosè congesti, tubulosi, monopetali, in medio non ventricosi, arcuati, unciam ferè longi, limbo, in quatuor lacinias, non admodum profundas, diviso, ornati.

Calyx

Sa racine est ligneuse & separée en quelques fibres & rameaux; il en pousse des sions ligneux, rameux, d'une demie coudée de hauteur, & d'un rouge brun. Les rameaux de ces sions, sont très deliés; ils sont d'un demi-pouce, quelquefois plus longs, & couverts de petites feuilles lisses, en plus grande quantité, plus minces, & plus longues que celles de nôtre bruyere; enfin il y croît autour de petites fleurs, rondes avant leur épanouïssement, de couleur pourpre, & qui vues de côté paroissent faites en cœur & plus grandes que les fleurs de la Bruyere ordinaire. Elles se partagent en quatre compartimens assez profonds, dont les filamens sont pommez, & leur couleur s'éclaircit à mesure qu'ils s'épanouïssent.

N°. 4. *Bruyere du Cap, Rejettoneuse, velue, à fleurs tubuleuses, très-longues, moins courbées, qui deviennent rouges.*

Quelques lieux incultes du Cap de Bonne-Esperance produisent cette plante toute fiere, pour ainsi dire, du nombre infini de fleurs qu'elle porte.

Elle s'éleve sur des sions ligneux, rouge-bruns, durs, hauts de deux coudées, qui se divisent en un petit nombre de grands rameaux, mais ces grands rameaux étant coupez en une quantité prodigieuse de petits rameaux, ils sont ornez de feuilles très-minces, très-courtes, arrondies d'espace en espace & frequemment velues, & qui laissent leur marque empreinte après même qu'elles sont tombées sur les branches où elles étoient.

L'extremité de ces branches est ornée de fleurs remarquables, elles sont faites en forme de vase ou de tuyaux épais, presque d'un pouce, doubles, soutenues de petites queues feuillues, très courtes, qui rougissent & dont les bords se partagent en quatre angles. Huit veines tiennent interieurement à ces fleurs, elles ont la même couleur, la même longueur, & sont couronnées de hupes oblongues, d'un rouge encore plus foncé. De l'appui le plus foible de la fleur, lequel est soutenu d'une petite tête, pousse le pistile dont le chapiteau est de la couleur des veines, mais plus long qu'elles.

Le calice est à quatre feuilles, velu, soutenant la partie inferieure de la fleur qui est decoupée en pointes très étroites. Quand elle est tombée, il sert à tenir en état la loge seminale qui comme celles des plantes du même genre est oblongue, va en pointe, & renferme des graines très petites.

PLANCHE VINGT-UNIEME.

N°. 5. *Bruyere d'Afrique, à feuille plus longue & plus deliée que celle du Sapin, à fleurs oblongues, d'un rouge obscur.* Ray Hist. 3. Dendrol. 98.

Entre les diverses especes de Bruyere, celle dont nous donnons ici la figure merite la preference. Elle pousse en avant des tiges de deux coudées, quelquefois plus hautes, & revêtues d'une écorce d'un rouge obscur. Elle est environnée en forme de raïons par de petites feuilles faites en arc vers leurs extremitez, qui ressemblent beaucoup à celles du sapin, mais qui pourtant sont plus petites & laissent de leurs traces après leur chûte, comme on le remarque aussi dans le Pin.

Le tronc se termine en petits rameaux de la longueur de deux doigts, ou davantage. Un grand nombre de fleurs ramassées en une petite épine serrée d'une maniere agréable à la vûë en occupe la cime. Ces fleurs sont tubuleuses, monopetales, sans ventre au milieu, faites en arc, longues environ d'un pouce & embellies d'une bordure legerement decoupée en quatre parties.

Calyx hos ſuſtinet, in quatuor oblonga ſegmenta fiſſus, piloſus, binis aliis ſuccinctus foliolis, prædictorum ſegmentorum æmulis, quæ alternatim petiolis florum appenſa ſunt.

In floris fundo vaſculi ſeminalis cernitur rudimentum, quod in ambitu ſtipant ſtamina octona, lanugine ſubrubente, at apicibus ſaturatiore rubore perfuſis, ditata: hæcque inter ſtylus ludit, capitulo inſtructus, ſtaminum apices exſuperante.

Num. 2. *Erica, Africana, fruteſcens, Juniperi folio, flore urceolari, breviſſimo, albo.*

Ramis ligneis fruticat, cortice ſpadiceo tectis, quos folia crebra, anguſtiſſima, Juniperinis haud abſimilia, nullo ordine compoſita, amiciunt.

Flores in extremis ramulis inter foliola ſpicatim ferè prodeunt, formâ urceolari, breviori, ſuntque albicantes, & oris in quatuor ſegmenta diviſis.

Stamina cum piſtillo in floris cavo latitant.

Neque capſula ſeminalis, neque ſemina ipſa nobis viſa, more tamen congenerum quin ſeſe habeant, vix dubitandum.

Num. 3. *Erica, Africana, glabra, fruticoſa, Coris folio, Arbuti flore dilutè purpureo.*

Raritate hæc Planta ac venuſtate varias Ericæ ſpecies antecellens, caudice donatur ligneo, tereti, ſpadiceo, ramos plurimos ſpargente, quos veſtiunt foliola duriuſcula, *Ericæ, Corios folio*, ſubæmula, verſus ramulos nonnihil arcuata, læto virore perfuſa.

Ex ramulorum cymis & inter foliola exeunt flores, Arbuti forma, ventricoſi, foliolis tenuibus, numeri incerti, coloris purpurei, calycis loco ſuccincti.

Stamina brevia, capitata, in ambitu ovarii prodeunt, octona, inter quæ ſtylus emergit brevis, craſſiuſculus, capitello præditus.

Semina minutiſſima, ruffa, more congenerum.

Num. 4. *Erica, Africana, anguſtifolia, glabra, floribus longis, tubuloſis, dependentibus, coccineis, cum longiſſimis filamentis, ſeu appendicibus, concoloribus.* Ray Hiſt. III, Dendrolog. 98.

Ericæ hæc ſpecies pulcherrima, inter cæteras curioſorum oculis digniſſima, virgultis ſurgit cubitalibus, aut ſesquicubitum altis, cortice ſpadiceo veſtitis, quæ per brevia intervalla foliolis ambiuntur exiguis, quaſi in acervos congeſtis, extrorſum reflexis.

Flores, per ramos diſperſi, tubiformes ſunt, coccinei, orâ in quatuor lacinias minutas diviſâ præditi. In ambitu capſulæ ſeminalis ſtamina octo exſurgunt, floribus ipſis multò longiora, inter quæ ſtylus emergit ſtaminibus procerior nonnihil, at concolor.

Florum

Il faut remarquer encore que ces fleurs ſont ſoutenues par un calice fendu en quatre morceaux, velu, garni de deux autres petites feuilles, ſemblable à ces morceaux dont nous venons de parler, & qui ſont alternativement ſuspendues aux queues des fleurs.

Au fond de la fleur on voit un commencement du vaſe ſeminal, qu'entourent huit étamines, d'un coton rougeatre, & dont le ſommet eſt teint d'un rouge bien plus obſcur. Le piſtile orné de ſon chapiteau qui s'éleve au deſſus des extremitez des étamines joue au milieu de ces étamines mêmes.

N°. 2. *Bruyere d'Afrique, qui croît en arbre, à feuille de Genevrier, à fleur faite en cruche, très-courte, & blanche.*

Cette espece de Bruyere croît en rameaux ligneux, couverts d'une écorce rougeatre, & revêtus de beaucoup de feuilles très étroites qui ne reſſemblent pas mal à celles du Genevrier, & qui ſont placées confuſement & ſans ordre.

Les fleurs pouſſent presque à l'extremité des rameaux en forme d'épis & entre les feuilles. Elles ont la figure d'une cruche, ſont petites, blanchatres, & leur bord eſt diviſé en quatre parties.

Les étamines avec le piſtile ſont cachées au fond de la fleur.

Ni la loge des graines, ni les graines elles-mêmes ne ſont viſibles pour nous: cependant il n'y a presque pas lieu de douter, que cette plante ne ſoit à cet égard comme celles du même genre.

N°. 3. *Bruyere d'Afrique, liſſe, rejettoneuſe, à feuille de Millepertuis, à fleur d'Arboiſier, d'un pourpre clair.*

Cette plante qui en rareté & en beauté ſurpaſſe diverſes especes de Bruyeres, a un tronc ligneux, grêle, chatain, qui jette plusieurs branches que revêtiſſent de petites feuilles rudes, reſſemblantes à la feuille de Bruyere, un peu cintrée vers les petits rameaux & d'un verd tout à fait gai.

De l'extremité des rameaux & entre les petites feuilles pouſſent des fleurs ſemblables à celles de l'Arboiſier, ventrues, dont les feuilles ſont petites & en nombre inégal, de couleur pourpre, & trouſſées dans la place du calice.

Dans le contour de l'ovaire paroiſſent au nombre de huit, de petits filamens, garnis de leurs chapiteaux, & entre lesquels s'éleve un piſtile court, un peu épais & qui lui-même a ſon Chapiteau.

Les graines, comme celles du même genre, ſont rouſſes & très-petites.

N°. 4. *Bruyere d'Afrique, à feuilles étroites, liſſe, à fleurs longues, tubuleuſes, pendantes, de couleur écarlate, avec de longs filamens de la même couleur.* Ray. Hiſt. III. Dendr. 98.

Cette espece de Bruyere eſt certainement une des plus belles & mérite les regards des curieux. Elle pouſſe des arbriſſeaux d'une coudée ou d'une demie coudée de haut, revêtus d'une écorce chataine, & environnée frequemment d'espace en espace de petites feuilles, comme ramaſſées en un tas & recourbées en dehors.

Les fleurs diſperſées ſur les branches ont la forme d'un tuyau. Elles ſont de couleur écarlate, & leur bord eſt découpé en quatre petites parties. Il s'éleve dans le contour de la loge ſeminale huit filamens beaucoup plus longs que les fleurs, au milieu desquels paroit un piſtile, un peu plus haut & de la même couleur que ces filamens.

La






TAB. XXII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 9.
Fig. 10.
Fig. 11.
Fig. 12.



Florum basin ambit calyx, è quatuor foliolis carinatis, longè diversis ab iis, quæ in ramis existunt, compositus: huic autem & alius subest caliculus, è tribus constans foliolis, minoribus quidem, at formæ ejusdem, ac priora.
Vasculum seminale, per maturitatem in quatuor dehiscens carinas, semina emittit tenuissima.
Aridorum collium promontorii Bonæ Spei alumna est.

TABULA VICESIMA ET SECUNDA.

Num. 1. *Jacobæa, Capensis, angustifolia, crenata, flore luteo.*

Inter omnes Jacobæas, quæ juxta promontorium Bonæ Spei crescunt, isthæc ob virtutem præ cæteris insignem, florumque gratiam, prati Regina meritò dicenda, A°. 1694 transfluxit in viridarium D. Philippi de Flines, plantarum rariorum Cultoris maximi, ubi flores suos ostentavit.
Radice alitur non admodum crassa, albicante, saporis nonnihil aromatici.
Caulis obsequiosus, striatus, aliquantum lanuginosus, in plures abit ramos, duum triumve cubitorum altitudinem æquantes.
Folia supra atroviridia, subtus dilutiora, stipatu haud denso, & situ fortuito, sine petiolis, ramis adhærent, digitum plus minus longa, angusta, crenis non admodum frequentibus incisa, utroque extremo angustissimè convergentia, trita odorem & masticata saporem exhibentia aromaticum, cum aliquali acredine.
Caulium apices, in plurimas propagines divisi, flores tanquam in umbellâ sustinent discoideos radiatos, flavos, Jacobææ nostratis similes, at minores, præ florum copiâ, ramulorumque tenuitate nonnihil nutantes: horum discus, saturatiore colore aureo imbutus, flosculis constat tubulosis, lanuginosis, angustissimis, monopetalis, limbo in quinque lacinias dirempto donatis, ex quorum fundo stylus emergit bisulcus. Petala marginalia (potius semiflosculos appelles) ut plurimum octona, plana, coloris, quàm discus, dilutioris, sulcata, extremo crenata sunt, & stylo bifido, reflexo, gaudent. Calyx subest senecionis referens calycem, dilutè virescens.
Abeunt denique flores in pappos, queis involutum semen est oblongum, exile.
Sordidis ulceribus mundandis videtur convenire ob acrimoniam & saporem aromaticum, quo pollet.

Num. 2. *Jacobæa, Capensis, flore purpureo; Senecionis folio dentato.*

Haud minoris elegantiæ hæc est species Jacobææ, quæ inter cæteras eminet colore purpurascente.
Radice nititur tenerâ, fibrosâ, non admodum profundâ, ex quâ cauliculus surgit teres, ramosus, pilosus, plusquam pedalis, in dilutiore virore purpurascens.
Folia inferiora tenera, insipida, tres uncias longa, profundè serrata, brevissimis pilis obsita sunt; quæ vero superiora versus è caule prodeunt, angustiora, longiore intervallo dissita, leviusculè tantum dentata conspiciuntur.

Caulis

La Baze des fleurs est environnée par un calice composé de quatre petites feuilles, faites en forme de carenes & bien differentes de celles que l'on voit sur les rameaux. Sous ce calice il y en a un autre petit qui a aussi quatre petites feuilles, moindres à la verité que les précedentes, mais de la même forme.
Le vase seminal se fend en quatre carenes lorsqu'il est mûr, & donne des graines très-petites.
Cette plante croît sur les collines arides du Cap de Bonne-Esperance.

VINGT-DEUXIEME PLANCHE.

N°. 1. *Jacobée, du Cap, à feuille étroite, crenelée, à fleur jaune.*

De toutes les Jacobées qui croissent au Cap de Bonne Esperance, celle-ci peut être appellée la Reine des Prez, tant à cause de sa vertu que de la beauté de ses fleurs. Elle fut apportée en 1694. dans le verger de M. Philippe de Flines, qui cultive avec grand soin les plantes les plus rares; & où l'on put alors en voir les fleurs.
Elle prend sa nourriture par une racine peu épaisse, blanchatre, & dont le gout a quelque chose d'Aromatique.
Le tronc obeit facilement, il est cannelé, un peu cotoneux & qui pousse plusieurs branches de la hauteur de deux ou trois coudées.
Ses feuilles qui sont par dessus d'un verd noiratre, & de la même couleur, mais plus claire par dessous, sont en petite quantité, disposées au hazard, sans queues, tenant aux rameaux, de la longueur d'un doigt plus ou moins, étroites, coupées par un petit nombre de crenelures, & panchent enfin vers l'une & l'autre extremité. Quand on les broïe elles ont de l'odeur, & quand on les mâche elles ont un gout d'aromate mêlé d'un peu d'acreté.
Le haut des tiges divisé en plusieurs rejettons soutient comme sur un parasol des fleurs faites en disques & en raïons, jaunes, semblables à celles de nôtre Jacobée, mais plus petites & pliant sous la quantité des fleurs, & la foiblesse des petits rameaux. Leur disque coloré d'un jaune plus foncé est composé de petites fleurs tubuleuses, lanugineuses, très étroites, monopetales, avec un bord partagé en cinq découpures, du fonds desquelles s'éleve un pistile fourchu. Les feuilles marginales qu'on appellera aussi bien des demi-fleurs, sont d'ordinaire au nombre de huit, plates, d'une couleur moins foncée que celle du disque, ridées, crenelées aux extremitez & avec un pistile fendu en deux. Le bouton, qui est pareil à celui du Seneçon, est oblong, & d'un verd clair.
Les fleurs deviennent en coton qui renferme une graine oblongue & menue.
Cette plante paroit propre à nettoïer les ulceres, à cause de son acrimonie & de son gout aromatique.

N°. 2. *Jacobée du Cap, à fleur pourpre, & à feuille dentelée de Seneçon.*

Cette espece de Jacobée n'est pas moins belle que la précedente, & elle l'emporte sur toutes les autres par sa couleur pourpre.
Elle se soutient sur une racine delicate, fibreuse, peu enfoncée & dont il pousse un tronc grêle, rameux, velu, haut de plus d'un pied, & tirant toujours sur le pourpre dans le tems que son verd est le moins foncé.
Les fleurs inferieures sont tendres, insipides, longues de trois pouces profondement dentelées, & couvertes de poils très-courts: mais celles d'en haut & qui sortent de la tige même sont plus petites, dans un plus grand éloignement les unes des autres & legerement dentelées.

Caulis & ramorum ſummitates flores offerunt diſcoideos, radiatos, Jacobææ florum æmulos, umbone luteo venuſtos: horum ſemifloſculi marginales rugoſi, oblongi, anguſti, purpuraſcentis coloris. Diſcus ex innumeris conſtat floſculis, tubuloſis, luteis, qui margine crenato conſpicui, æquè ac marginales ſemifloſculi, rudimento ſeminis innituntur.

Semina oblonga, griſea, pappo munita.

Num. 3. *Jacobæa, Capenſis; Malvæ folio, lanuginoſo.*

Ramis luxuriat numeroſiſſimis, ſeſquipedalibus, & altioribus, rigidulis, geniculatis, breviſſimâ lanugine ſubhiſpidis.

Folia læto virore perfuſa, alterna, Malvæ æmula, lanuginoſa, venoſa, in ambitu ſerrata, craſſiuſcula, petiolis digitalibus innituntur, ad quorum originem foliolum, pediculo privum, geniculum ambit, & quaſi firmat.

Flores diſcoidei, Jacobææ noſtratis ſimillimi, lutei, diſco tamen nonnihil ſaturatius tinćto præditi, ſemifloſculos marginales haud denſè ſtipatos habent.

His emarcidis ſuccedunt ſemina papposa, non floſculis ſolum diſci, ſed ſemifloſculis quoque marginalibus inhærentia, oblongo-rotunda, ſulcata, & ferè plana.

Sapor totius plantæ ſubaromaticus promittit equidem virtutes quasdam medicatas, hactenus tamenmihi non exploratas.

Creſcit in locis montanis ad promontorium Bonæ Spei.

Num. 4. *Jacobæa, Africana, fruteſcens, foliis inciſis, & ſubtus cineraceis.* Commel. Rar. 42.

Hæc D. Vaillantio in *Act. Par. An.* 1720. *P. II. p.* 383. *n. 6.* cenſetur eadem cum *Jacobæa Africana, ramoſiſſima, foliis Senecionis pinguis, rigidis, & lucentibus, ſubtus incanis*, D. Sherard. Ray *Hiſt. III, p.* 179. *num.* 160.

In locis paluſtribus promontorii Bonæ Spei ſponte luxuriat.

Surgit caule nonnihil aſpero, anguloſo, lirato, ramoſo, medulla molli farcto, quem folia ornant oblonga, alternatim poſita, rigida, ſerrata, biuncialia, pediculis nullis ſuſtentata, è lata baſi in mucronem abeuntia.

Caules faſtigiantur in flores umbellatim diſpoſitos, diſcoideos radiatos, Jacobææ vulgaris ſimiles, luteo fulgore ſplendentes, brevi pappeſcentes, quorum ſemifloſculi, diſcum in ambitu radiantes, numeroſi, plani, rudimento ſeminis innituntur haud minus, ac floſculi, tubuloſi, ipſum diſcum conſtituentes.

Semina ſuccedunt pappo alata, oblonga, more congenerum.

Num. 5. *Jacobæa, Ceilanica, flore luteo, folio Cardui ſylveſtris.*

E radice inſigni, latè expanſâ, in duum triumve pedum altitudinem excreſcit, caulem protendens craſſum,

La tige & les ſommitez des rameaux preſentent des fleurs faites en diſques & en raïons, ſemblables aux fleurs de la Jacobée, & dont une eſpece de bouclier jaune releve la beauté. Elles ont leurs demi-fleurs marginales, ridées, oblongues, étroites, tirant ſur le pourpre. Le Diſque eſt composé d'une quantité innombrable de petites fleurs tubuleuſes, jaunes, remarquables par leur bord crenelé, & qui de même que les demi-fleurs marginales ſont appuyées ſur la place des ſemences.

Ces ſemences ſont oblongues, griſes & garnies de coton.

N°. 3. *Jacobée du Cap, à feuille de mauve, cotoneuſe.*

Cette plante abonde en rameaux, de la hauteur d'un demi-pied & davantage, un peu roides, noueux, & couverts d'un coton très-petit.

Les feuilles qui ſont d'un verd gai, oppoſées, pareilles, à celles de la mauve, cotoneuſes, veineuſes, dentelées autour, & un peu épaiſſes tiennent à des queues, de la longueur d'un doigt, à la naiſſance deſquels paroit une petite feuille particuliere à cette queue, qui entoure & ſoutient le nœud.

Les fleurs ſont faites en diſque, toutes pareilles à celles de nôtre Jacobée, jaunes, mais toutefois d'un jaune qui dans le diſque eſt plus foncé; les demi-fleurs marginales ne ſont pas extremement ſerrées.

Après qu'elles ſont fanées, il ſuccede des graines cotoneuſes, qui non ſeulement tiennent aux petites fleurs du diſque, mais encore aux demi-fleurs marginales. Elles ſont oblongues dans leur rondeur, ridées & presque plates.

La ſaveur de toute la plante qui a quelque choſe d'aromatique ſemble indiquer qu'elle a quelques vertus medicinales. J'avouë que jusqu'à preſent elles ne me ſont pas connues.

Cette eſpece de Jacobée croît dans les montagnes proche du Cap de Bonne-Eſperance.

N°. 4. *Jacobée d'Afrique, croiſſant en arbre, à feuilles decoupées & cendrées par deſſus.* Commel. Rarior. 42.

M. Vaillant juge dans les *Mem. de l'Acad. Royale des Sciences de Paris* 1720 p. 2. p. 383. N°. 6. que cette plante eſt la même avec *la Jacobée d'Afrique, très rameuſe, à feuilles de Seneçon gras, roides, luiſantes, & couvertes par deſſus d'un coton blanc.* D. Sherard. Ray Hiſt. III. p. 179. N°. 60. elle croît d'elle-même en abondance dans les lieux marecageux du Cap de Bonne Eſperance.

Elle s'éleve ſur une racine un peu rude, à pluſieurs angles, & ſillons, rameuſe, pleine d'une moelle molle, & qui eſt garnie de feuilles oblongues, alternativement diſpoſées, roides, dentelées, de deux pouces de long, ſans queues, & venant d'une baſe large finir en pointe.

Les tiges finiſſent en fleurs pointues diſpoſées en paraſol, qui ont la figure de diſques à raïons, reſſemblantes à celles de nôtre jacobée, d'un jaune éclatant, devenant bientôt en côton, dont les demi-fleurs formant des raïons autour du diſque, ſont en grande quantité, plates, & ne tiennent pas moins à la place où doivent être les ſemences, que les fleurs mêmes tubuleuſes qui compoſent le Diſque.

Au coton ſuccedent des graines larges & oblongues, telles que ſont les graines des plantes du même genre.

N°. 5. *Jacobée de Ceylan, à fleur jaune, à feuille de chardon ſauvage.*

Cette plante croît d'une racine remarquable & qui s'étend au large, à la hauteur de deux ou trois pieds, le tronc qu'elle donne eſt

crassum, intus cavum, lato, serrato, *Cardui sylvestris* æmulo, vestitum folio, quod vulneratum lactescit. Flores, *Senecionis* æmuli, lutei sunt. Hi verò, unà cum foliis recentibus tusi, ab incolis summi loco remedii usurpantur contra Arthritidem, aut dolores Ischiaticos. Ita fert descriptio mihi simul transmissa.

Cæterùm planta hæc parum, vel nihil differt à speciminibus Jacobææ Afræ, frutescentis, foliis rigidis & hirsutis, *Hort. Amstel. II. cap.* 75, ex Africa delatis, quæ caules quoque crassissimos, valde lignosos, & folia rigidissima habet.

Num. 6. *Ricinoides, Africana, arborescens, folio Phyllereæ longifoliæ, serratæ, floribus exiguis, è luteo viridibus.*

Secuti schedulam D. Henr. Ruyschii, Frider. Filii, ita appellavimus plantam hanc, quæ Commel. Prælud. Bot. *Alaternoides, Africana, Lauri serratæ folio*, audit.

Prima, quâ seritur, æstate, nisi cœli impediatur inclementia, in bipedalem, & majorem, excrescit altitudinem, caudice calamum scriptorium crasso, cortice primum rubicundo, dein ex atro virescente vestito, inque flexiles & ex viridi purpurascentes ramos abeunte.

Folia supra atro-viridia, aversâ parte dilutius virescentia, auricularem ferè digitum lata, sescunciam longa, per oras exiguis crenis incisa, alternatim posita, alia mucronata, alia autem in obtusum desinentia, saporis admodum adstringentis, palatoque ingrati, innituntur pedunculo breviori, cujus è ramulo exortum exigua munit ligula virescens.

Ex alis foliorum surculus prodit, paucis foliolis amictus, qui duorum digitorum transversorum longitudinem assecutus, in alios dein surculos breviores subdividitur, quorum divaricationi rursus adstat foliolum, at prioribus minus.

Surculis hisce flosculi insident exiles, inodori, pentapetali, haud adeò copiosi, quorum petalis mucronatis alia minutissima interposita sunt petala, quina, scutellata, ad exortum tenuissima, prioribus albidiora; inque his latitant stamina brevissima, albicantia, apiculis rotundis, exiguis, instructa.

Succedit fructus plerumque tricapsularis, aliquando quadricapsularis, caliculatus, è sui medio spiculum protendens, duplici involucro, extimo coloris spadicei, intimo autem albicante & duro, tectus, tria continens semina, per maturitatem pulla, altera rotunda, altera autem angulosa.

Radix subest lignosa, multis fibris capillata.

Africæ alumna est, & per plures annos superstes manet, si à frigore defendatur.

Num. 7. *Centaurium, Capense, minus, flore luteo, amplo, capsulà quatuor alis membranaceis donata.* Hermann. M. SS. Afr.

Radix tenuis, duriuscula, in luteum vergens, cauliculum emittit ab imo ramosum, tenuissimum, firmum, geniculatum, dodrantalem.

Hunc ornant folia è rotundo acuminata, dilutius virescentia, saporis amari, bina ad singula genicula conjugatim posita.

Flores

est épais, creux en dedans, dentelé, revetu de feuilles semblables à celles du Chardon sauvage, & qui dès qu'elles sont blessées produisent du lait. Les fleurs, qui ressemblent à celles du seneçon, sont jaunes. Les Cingulois se servent comme d'un remede très-efficace de ces fleurs mêlées avec des feuilles nouvelles, contre la goute & les douleurs, de la Sciatique. C'est ce que porte la description qu'on m'en a envoïée.

Au reste cette plante ne differe point, ou elle differe peu de la Jacobée d'Afrique, qui croît en arbre, à feuilles rudes, & velues, *Hort. Amst. II*, Cap. 75. apportée d'Afrique, laquelle a pareillement des tiges très épaisses & très ligneuses aussi bien que des feuilles très rudes.

N°. 6. *Ricinoides d'Afrique, qui croît en arbre, à feuille de Tilleul à longues feuilles, dentelée, à petites fleurs d'un verd jaunatre.*

C'est ainsi que nous appellons eette plante sur le témoignage par écrit de M. Henry Ruysch, fils de Frederic. M. Commelin, *Prælud. Botan.* l'a nommée *Alaternoides d'Afrique à feuille de laurier dentelé.*

La premiere année qu'on la seme, à moins que l'inclemence du ciel ne s'y oppose, elle croît de la hauteur de deux pieds & davantage. Sa tige est de l'épaisseur d'une plume à écrire, revêtue d'une écorce premierement rouge, qui monte en rameaux flexibles & qui tirent sur un pourpre verd.

Les feuilles sont d'un noir verdatre par dessus, & d'un verd plus clair du côté opposé, de la largeur du doigt auriculaire, de la longueur d'un demi-pouce, decoupées au bord en petites crenelures, disposées successivement & finissant les unes en pointes & les autres aïant leur bout émoussé, enfin d'un goût astringent & desagreable au palais. Elles tiennent à une queue très-courte.

Il sort des ailes des feuilles un rejetton garni de quelques autres petites feuilles, & qui aïant atteint la longueur de deux doigts en travers, se subdivise en autres rejettons plus courts pour l'ouverture desquels il y a derechef une petite feuille, mais plus petite encore que toutes les autres.

A ces rejettons sont attachez des fleurs menues, sans odeur, à cinq feuilles, en petit nombre, parmi les feuilles pointues desquelles sont mêlées d'autres feuilles, au nombre de cinq, petites à leur commencement, plus blanches que les précedentes. Là sont cachées des veines très-courtes, blanchatres, garnies de petites abeilles rondes.

Vient ensuite le fruit, il a ordinairement trois loges, quelquefois quatre. Il a son calice, du milieu duquel il pousse un aiguillon, il est muni de deux enveloppes, dont l'exterieur est rouge brun, & l'interieur, qui est dur, blancheatre. Enfin, il renferme trois graines qui deviennent de couleur minime quand elles sont parvenues à une parfaite maturité, & dont les unes sont rondes & les autres angulaires.

La racine est ligneuse & pleine de fibres deliées comme des cheveux.

Cette plante croît en Afrique & subsiste pendant bien des années, si on la deffend du froid.

N°. 7. *Centaurée du Cap, à feuilles jaunes & larges, avec une loge garnie de quatre aîles membraneuses.* Hermann. MSS.

La racine de cette plante est grêle, un peu dure, tirant sur le jaune, poussant d'en bas une petite tige, rameuse, très deliée, ferme pourtant, noueuse & haute de neuf pouces.

Cette tige est garnie de feuilles qui perdent insensiblement leur rondeur deviennent pointues, qui sont d'un verd clair, d'un goût amer, & dont il y en a deux artistement arrangées à chaque nœud.

Les

Flores lutei, ampli, in ramulorum extremo siti, caliculis quadripartitis, membranaceis, rigidiusculis, mucronatis, sustentati, tubulosi, in quinque lacinias profundè dividuntur.

Stamina quina è summâ tubi floris parte emergunt, brevissima; éque summo capsulæ seminalis rudimento stylus prodit semiuncialis, cuspide crassiusculo, indiviso, prædītus.

Floribus emarcidis capsulæ seminales perficiuntur, quæ oblongo-rotundæ, membranula tenuissima vestitæ, semina continent fusca, minutissima.

Crescit in pratis promontorii Bonæ Spei, & sapore amaricante vim suam incidendi & aperiendi sat manifestè indicat.

Num. 8. *Xeranthemum, Africanum, montanum, umbellatum, flore minore, argenteo, Salviæ folio incano.*

Tota tomentosa hæc planta è radice dura, fibrata, caulem promit, calamum scriptorium crassum, parte inferiore lignosum, rarioribus ramis præditum, foliis Salviæ æmulis, brevi intervallo alternatim sitis, ornatum: folia hæc in ambitu non crenata, qua caulis partem infernam amplectuntur, maxima sunt, unciam lata, sescunciam longa, nullis pediculis fulta; quæ verò summum caulem occupant, magis à se mutuo dissita, angustiora & magis mucronata sunt.

Caules abeunt in petiolos tenues, qui flores sustinent, in muscarii formam quasi junctos, argenteo colore splendentes, *Matricariæ Officinalis* magnitudine, discoideos radiatos, quorum discus è flosculis componitur fistulosis, luteolis, rudimento seminis insidentibus, quod impraegnatum est semine exiguo, oblongo, griseo, papposo: petala vero marginalia plana, oblongo-rotunda, serpentis squamam referentia, pedamento incurvo, angusto, viridiusculo, ut in congeneribus, insident, seminibus autem viduata.

In locis aridis promontorii Bonæ Spei frequens occurrit.

Num. 9. *Rhamnus, Americana, Monspeliensi similis; flore purpureo.*

In tricubitalem, & majorem, adolescit altitudinem, caudice ligneo, duro, fragili, cinereo cortice vestito, qui in ramos abit numerosos, duros, non obsequiosos, in spinas foliosas desinentes.

Folia brevi intervallo è tuberculis umbilicatis prodeuntia, terna vel quaterna simul juncta, oblonga, angusta, crassiuscula ex angustâ basi, pediculis brevissimis fulta, unico tantum nervo per longitudinem excurrente prædita, extremo rotunda, nonnulla quoque acuminata, dilutè viridia, saporis herbacei.

Flores singulares, ex axillis foliorum emergentes, Leucoji lutei æmuli, petiolis innixi semuncialibus, pentapetali, rarò tripetali, intus purpurei, extus verò ex albo purpurascentes, petala gerunt lata, extremo rotunda, unguibus albicantibus, lineis saturate purpureis notatis, prædita. Stamina quina, alba, capitata, apicibus pullis, lineâ albâ interposita ornatis, gaudent. Stylus niveus, crassiusculus, capitello luteo, plano, donatus est. Calyx in IV. aut V. lacinias virescentes divisus.

Hisce succedunt fructus *Euonymi* formâ, coloris sanguinei.

Num. 10.

Les fleurs jaunes, larges, situées aux extremitez des petits rameaux, tubuleux & soutenus par de petits calices partagez en quatre, membraneux, rudes, & pointus, ont cinq parties très profondes.

Il pousse cinq filamens fort courts de la partie superieure du tuyau de la fleur; & du haut de la loge seminale un style d'un demi-pouce de hauteur; il est fait comme un fer de lance un peu épais & tout d'une piéce.

Lorsque les fleurs sont fanées, les loges seminales achevent de se former: elles sont longues dans leur rondeur, revêtues d'une membrane très deliée, & pleine de semences minces & fauves.

Cette plante croît dans les prairies du Cap de Bonne-Esperance; & son gout amer indique assez sa vertu aperitive.

N°. 8. *Xeranthemum d'Afrique, qui vient dans les montagnes, fait en forme de parasol, à petite fleur argentée, à feuille de sauge & couverte d'un coton blanc.*

Toute cette plante, qui dès sa racine est dure & fibreuse, pousse une tige de l'épaisseur d'une plume à écrire, ligneuse d'en bas, sans beaucoup de branches, & embellie de feuilles qui ressemblent à celles de la sauge & qui sont alternativement disposées d'espace en espace, mais en espaces très courts. Les feuilles qui dans leur contour ne sont point crenelées, sont très-grandes dans l'endroit où elles environnent le bas de la tige; elles y sont larges d'un pouce, longues d'un demi, & sans se soutenir sur une queue. Pour les feuilles qui occupent la sommité de la tige, elles sont plus éloignées les unes des autres, plus étroites & plus pointues.

Les tiges finissent en petites queues qui soutiennent les fleurs, jointes ensemble comme un chasse-mouche, & brillantes de leur couleur argentée, faites en disques à rayons de la grandeur de la matricaire de boutique. Leur disque est formé de petites feuilles fistuleuses, & jaunes, qui tiennent la place de la loge seminale, laquelle est impreignée d'une semence petite, oblongue, grise & cotoneuse. Quant aux feuilles marginales elles sont plates, oblongues, dans leur rondeur, representant une écaille de serpent. Elles tiennent à une queue courbée, étroite, & verte, de même que celles du même genre, mais elles n'ont point de semences.

On trouve cette plante en abondance dans les lieux secs du Cap de Bonne-Esperance.

N°. 9. *Noirprun d'Amerique, semblable à celui de Montpellier, à fleur couleur de pourpre.*

Cette ronce croît jusqu'à la hauteur de trois coudées & davantage, son tronc est ligneux, dur, frêle, revêtu d'une écorce cendrée, & qui produit un grand nombre de rameaux durs, peu flexibles, & qui finissent en épines feuillues.

Les feuilles qui poussent assez près l'une de l'autre des cayeux umbilicaux, se joignent trois ou quatre ensemble; elles sont oblongues, étroites, un peu épaisses, croissent d'une base étroite, ne sont soutenues que par des queues très-courtes, & n'ont qu'un nerf qui les traverse en longueur. Le bout en est rond, quelquefois cependant pointu. Le verd en est clair & le gout a celui de l'herbe.

Toutes les fleurs qui sortent des aisselles des feuilles, ressemblent assez à celles du violier jaune. Elles sont soutenues par des queues d'un demi pouce de long; elles ont cinq feuilles pour l'ordinaire, rarement trois; elles sont pourpre en dedans, mais en dehors elles sont d'un blanc tirant sur le pourpre, & portent des feuilles larges, rondes au bout, à ongles blanchatres, & marquez de lignes d'un pourpre foncé.

Cette plante a cinq filamens blancs, à chapiteaux, dont les sommitez sont fauves, & partagées par une ligue blanche, le pistile un peu épais est aussi orné d'un chapiteau jaune & plat. Son calice est divisé en cinq parties qui deviennent vertes.

A ces fleurs succede le fruit du noirprun, couleur de sang, fait précisement comme celui de l'Euonyme.

N°. 10. *Alle-*






TAB. XXIII
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.



Num. 10. *Oxys, Africana, bulbosa, trifolia, flore luteo, magno.*

Duplici nititur radice, bulbosâ, quæ mediâ copulatur fibrâ majore: radicum infima coloris spadicei est, & magnitudinis Avellanæ.

Folia in orbem posita pediculis insistunt sextantalibus, è tuberosâ & superiore radice prodeuntibus, suntque terna conjugata, læto virore grata, succosa, sapore acidulo prædita, *Trifolii vulgaris acetosi* æmula, glabra, exceptis marginibus, qui raris pilis lanuginosi sunt.

Flores ampli, è calyculo pentaphyllo, parumper piloso, prodeuntes, pentapetali, formâ *Convolvuli*, coloris sunt ex aureo & luteo misti.

Vasculum seminale, nobis licet haud visum, congeneribus tamen par flore judicamus.

Refrigerandi vim obtinet. In locis umbrosis ad promontor. Bonæ Spei luxuriat, culturæ sub nostro climate satis patiens, modo tempore hyemali in hypocausto conservetur.

Num. 11. *Oxys, bulbosa, Africana, flore purpureo, foliis pilosis, pediculis privis.*

Hujus à cæteris *Oxyos bulbosæ trifoliæ* speciebus discrimen facilè exhibent ramusculi foliosi, quorum folia tricomposita, pediculis priva, pilis brevissimis obsita, densè stipata sunt & minora, quàm in cæteris speciebus: cætera cum præcedente conveniunt.

Num. 12. *Campanula, Ceilanica, Senecionis folio, flore purpureo.*

Flos calyce viridi, pentaphyllo, mucronato, stellato, succinctus, extus purpureus, interiora versus violaceus, pistillum continet crassiusculum.

Folia, *senecionis* æmula, extremum uno vel altero denticulo incisum gerunt.

Accuratius examinata hæc planta vix differre videtur à *Campanula, Africana, annua, angustifolia, flore purpurascente*, cujus duas species, magnitudine tantùm differentes, exhibet *Hort. Amst. Tom. II, cap.* 38.

TABULA VICESIMA ET TERTIA.

Num. 1. *Aculeosa Æthiopica, &c.* Plukenet Amalth. V. Tab. 354. 3.

Est hæc eadem illi, quæ *Campanula Capitis Bonæ Spei, foliis reticulatis, spinosis*, vocatur Petiver. Mus. 157. &c.

Num. 2.

N°. 10. *Alleluia d'Afrique, bulbeux, à trois feuilles, à grande fleur jaune.*

Cette plante a une double racine bulbeuse, qui est rejointe au milieu par une grande fibre. Le bas des racines est chatain & de la grandeur d'une noisette.

Les feuilles disposées en rond tiennent à des queues de deux pousses d'épaisseur, & qui viennent de la racine bulbeuse & superieure. Ces feuilles sont trois à trois, agréables par leur verdure, pleines de suc, d'un gout acide, ressemblant au Trêfle ordinaire, & lisses partout excepté aux bords que quelques poils en petit nombre rendent cotoneux.

Les fleurs sont larges, viennent d'un petit calice à cinq feuilles & un peu velu, elles ont elles-mêmes cinq feuilles de la forme de celles du liseron, & leur couleur est mêlé d'or & de jaune.

Quoique nous n'ayons pas vû le petit vase seminal, nous jugeons pourtant qu'il est fait comme celui des plantes de la même espece.

Cette plante est bonne pour refraichir. Elle abonde dans les endroits couverts du Cap de Bonne-Esperance. Elle vient aussi assez bien dans nos climats, pourvû qu'en hyver on ait soin de la conserver dans un poêle.

N°. 11. *Alleluia d'Afrique, bulbeux, à fleur pourpre, à feuilles velues, & à queues particulieres.*

La difference qu'il y a entre cette espece d'Alleluia, & les autres Alleluia bulbeux, vient des petits rameaux feuillus, dont les feuilles sont trois à trois, avec des queues particulieres, couvertes de poils très courts, fort serrées & plus petites. Dans tout le reste, cette plante est semblable à celles de la même espece.

N°. 12. *Clochette de Ceylan, à feuille de seneçon, à fleur pourpre.*

La fleur soutenue sur un calice verd, à cinq feuilles, pointu & étoilé, pourpre en dehors & violet vers l'interieur contient un pistile assez épais.

Les feuilles qui ressemblent à celles du seneçon ont leurs extremitez decoupées par une ou deux dentelures.

Lorsqu'on examine exactement cette plante, à peine trouve-t-on qu'elle differe de la clochette d'Afrique, qui ne dure qu'un an, à feuille étroite, à fleur qui devient pourpre. On peut en voir deux especes qui ne different qu'en grandeur. Tom. II. Cap. 38. *Hort. Amst.*

PLANCHE VINGT-TROISIEME.

N°. 1. *Aculeosa d'Ethiopie, &c.* Plukenet Amalth. 5. Tab. 354. 3.

C'est la même que Petiver, p. 157. de son *Musæum*, appelle *Clochette du Cap de Bonne-Esperance, à feuilles maillées, épineuses*, &c.

Num. 2. *Aster, seu Doronicum saxatile, folio Ceterach, Capit. Bon. Spei.* Breyn. Pr. II.

Quæ à Plukenet Am. LXV. appellatur *Doronicis affinis, petræa, Æthiopica, Asplenii foliis.*

Num. 3. *Elichrysum, peregrinum, angustifolium, totum incanâ lanugine obsitum, flosculis spadiceis, in apices citrinos desinentibus, calyce specioso, candido.*

Num. 4. & 5. *Ricinus* (potius *Ricinoides*) *arborescens, Africanus, tomentosis capitulis, Rosmarini foliis, flore rubro, majore.*

Ita appellat D. Kiggelaer in schedulâ plantam, quæ ab hacce nostra parum, si quid, differt: unde eodem uti nomine maluimus, quàm aliud, forte minus aptum, effingere. Interim si capitulorum, seu fructus habeas rationem, convenit quàm maximè *Chamælarici*, sive *Chenopodæ Monomotapensi* Breyn. Cent. I. T. 2. p. 23. à quâ tamen rursus discrepat, si folia spectes, quæ huic ad caules in globulum colliguntur, uti in *Alysso Alpino.* Si quis igitur vocaverit *Chamælarici*, seu *Chenopodæ Monomotapensi Breynii similem*, per me licet.

Num. 6. *Genista, Æthiopica, flore flavo, foliolis inflexis, & araneosa lanugine fimbriatis, summo ramulo circa flores glomeratis.* Plukenet Mant. 82. T. 414.

TABULA VICESIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Genista, Africana, tomentosa, folio cochleariformi, flore luteo.*

Hujusce plantæ fastigium plerumque in sex vel plures abit ramulos, qui umbellatim juxta se mutuo digesti, singuli capitula gerunt densè compacta, tactuque, Holoserici instar, mollissima, coloris subruffi.

Num. 2. *Genista, Africana, arborescens, folio argenteâ lanugine vestito.*

Id præcipuè argentei tomenti in foliis inferioribus, jam veteranis, habetur; dum superna, recens ad extremitates enata, folia lanugine quidem, sed subruffâ, obsidentur. Flos est cæruleus.

Num. 3. *Genista, Africana, frutescens, Rusci foliis nervosis, flore luteo.*

Folia ejus ex fusco virent: truncum & ramorum caules, sub foliis, lanugo exasperat.

Num. 4.

N°. 2. *Aster ou Doronic des Montagnes, à feuille de Ceterach; du Cap de Bonne-Esperance.* Breyn. Prodr. 2.

Plukenet Am. 65. appelle cette plante *approchante du Doronic, pierreuse, d'Ethiopie, à feuilles de Scolopandre.*

N°. 3. Elichrysum, *étranger, à feuille étroite, garni partout d'un coton blanc, à fleurs chataines, finissant comme les citrons, avec un beau Calice blanc.*

N°. 4. & 5. *Ricin, ou plûtôt Ricinoides, arbrisseau d'Afrique, à chapiteaux tomenteux, à feuilles de Romarin, à très-grande fleur rouge.*

C'est ainsi que M. Kiggelaer appelle dans un billet une plante, qui differe peu de celle-ci, si toutefois elle en differe. C'est ce qui nous a fait croire qu'il valoit mieux lui laisser ce nom, que d'en chercher un autre qui peut-être lui seroit moins propre. Si cependant on a égard aux chapiteaux ou aux fruits, elle a beaucoup de ressemblance avec le *petit larix* ou le *chenopode de Monomotapa* Breyn. Cent. I. Tom. II. p. 23. dont neanmoins elle s'éloigne par rapport aux feuilles qui s'assemblent près de ses tiges en forme de petites boules, ce que l'on remarque aussi dans l'Alizier des Alpes. Je laisse donc à chacun la liberté de nommer s'il veut cette plante, *la plante semblable au petit larix ou au Chenopode du Monomotapa de Breynius.*

N°. 6. *Genest d'Ethiopie, à fleur jaune, à petites feuilles recourbées, frangées à toile d'araignées, & ramassées au haut des branches autour des fleurs.*

VINGT-QUATRIEME PLANCHE.

N°. 1. *Genest d'Afrique, tomenteux, à feuille faite en cuillier, à fleur jaune.*

La tête de cette plante finit ordinairement en six ou plusieurs rameaux, qui disposez reciproquement l'un auprès de l'autre en parasol, ont chacun des chapiteaux d'un tissu épais & doux cependant comme les étoffes de soïe. Ils sont d'un fauve foncé.

N°. 2. *Genest d'Afrique, en arbrisseau, à feuille couverte d'un coton argenté.*

Ce coton argenté se remarque principalement dans les feuilles inferieures dejà vieilles; tandis que celles d'en haut qui sont encore toutes nouvelles, & nées aux extremitez sont garnies à la verité de coton, mais d'un coton rousseatre. La fleur est bleue.

N°. 3. *Genest d'Afrique, croissant en arbre, à feuilles nerveuses & à fleur jaune.*

Les feuilles de noires deviennent vertes. Le coton rend rude le tronc, & les tiges des rameaux sous les feuilles.

N°. 4. *Ge-*






Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.






Fig. 1.
Fig. 2.
A
B

Num. 4. *Genista, Ericoides, Africana, flore luteo.*

Flores è summitatibus pullulant: fruticosa & hæc est.

Num. 5. *Genista, Africana, perfoliata, flore luteo.*

Folia crassa sunt, & nervis pulchrè distincta: flores lutei ab extremitatibus ramulorum lateralium, suprema inter folia, erumpunt.

Num. 6. *Genista, Africana, frutescens, Laricis incanis foliis, flore croceo.*

TABULA VICESIMA ET QUINTA.

Num. 1. *Arbor Zagoe, Amboinensis.*

Primis hæc annis nonnisi in fruticis adolescens magnitudinem, sensim dein truncum format, 15. ad 20. pedes altum, juxta descriptionem, à Rever. D. Fr. Valentino prolixè datam in Part. III. Rer. Amboin. pag. 176. ubi & post pag. 70. num. 23. vegetans ipsum minore formâ repræsentatur. Ego interim, hisce non satis confidens, sed propriâ potius experientiâ plantæ hujus veram mihi ideam comparaturus, Amico, in urbe Batavia habitanti, *Andreas Stier* appellato, hâc super re scribere non dubitavi, à quo & biennio inde elapso, unà cum aliis rarioribus vegetabilibus, arboris istius germinantem ramulum, resiccatum, accepi, prout hac in tabella æri incisus ponitur. Ad arboris radicem propagines plures, vel pauciores, emergunt, quæ annorum decursu, singulares quoque caudices formando, in altum exsurgunt. Folia ultra binos cubitos longa, minoribus aliis foliis, tenuioribus, componuntur; quorum bina & bina conjugata utrinque petiolum, qui valde durus lignosusque est, Cannæ instar, & à postica parte teres, obsident, structurâ ferè pennæ Olorinæ vel Anserinæ simili; dum quæ principio petioli adhærent, breviora, media verò longissima sunt, sensimque deinceps rursus attenuata, versus petioli extremum in acutum desinunt. Lit. A. folium tale, tenuius, nativâ suâ magnitudine exhibetur, è medio folii majoris decerptum. Foliola omnia lateralia in ambitu minutis acutisque spinulis quasi serrata sunt. E supremo trunci apice, media inter folia, floridi quidam, dilutè purpurei, calices, instar *Brassicæ Caulifloræ*, racematim congesti, propullulant, qui tandem in fructus abeunt, Pineæ compactæ æmulos, longo pedunculo, instar Pyri, adhærentes; vid. lit. B. Per racemos autem congregati hi fructus, plurimi, longis singuli petiolis, ex uno stylo crassiore ortis, sustentantur. Dum infima folia majora, præ marcore flavescentia, decidunt, pulla jugiter folia è fastigio emergunt, donec incrementi sui terminum adepta sit arbos. Truncus medius subtus binos pedes latitudine superat; dum rami laterales pedem duntaxat crassi sunt, intus cavi, vaginæ instar, & extremum versus sensim attenuantur. Fr. Valentyn ait, caudicis partem crassissimam vocari *Goeroerong*, hancque serrâ resectam, utpote cavo à natura donatam, loco doliorum & sitularum, ad aquam & alia liquida continenda, usurpari. Tenues rami, laterales, ab Amboinensibus, aliisque Indiæ incolis

N°. 4. *Genest, ou* Ericoides, *d'Afrique, à fleur jaune.*

Les fleurs pullulent des sommitez de cette plante, qui produit quantité de rejettons.

N°. 5. *Genest, d'Afrique, très-feuillu, à fleur jaune.*

Les feuilles sont épaisses & artistement distinguées par des nerfs. Des fleurs jaunes éclosent à l'extremité des rameaux lateraux, entre les feuilles d'en haut.

N°. 6. *Genest, d'Afrique, rejettoneux, à feuilles blanches de Larix, à fleur rouge.*

VINGT-CINQUIEME PLANCHE.

N°. 1. *Arbre Zugoe d'Amboine.*

Cet Arbre qui ne croît les premieres années qu'à la hauteur d'un arbrisseau, forme insensiblement un tronc, de la hauteur de quinze à vint pieds, suivant la description étenduë, qu'en donne *Franç. Valentin* dans la troisieme Partie de son livre *de Reb. Amboin.* pag. 176. Dans cette page, & dans la 70. Num. 23. il a representé cet arbre dans sa plus petite forme. Cependant comme je n'ai point cru me devoir entierement fier à lui, & pour avoir par moi-même une juste idée de cette plante, j'ai écrit à *Batavia* à un de mes amis nommé *André Stier*, qui a eu la bonté de m'envoyer il y a deux ans avec d'autres rares Vegetaux, un Rameau séché de cet arbre pris lorsqu'il pousse, tel que je l'ai fait graver dans cette Planche.

Sa Racine pousse d'abord plus ou moins de rejettons, qui avec le tems forment diverses tiges qui s'élevent en haut. Les feuilles longues de deux pieds & au delà, sont composées d'autres feuilles plus petites & plus tendres: elles sont attachées deux à deux à une queuë très-dure, ligneuse, ronde par derriere, assez semblable à une plume de cigne ou de canard: les feuilles situées au commencement de cette queue sont les plus courtes, celles du milieu sont les plus longues & se terminent insensiblement en pointe, en devenant aussi plus minces. La Lettre A. represente en grandeur naturelle une de ces feuilles minces prise du milieu d'une des grandes feuilles. Toutes les petites feuilles Laterales sont herissées de petites épines piquantes: de la pointe du Tronc la plus élevée, sortent au milieu des feuilles des Calices d'un pourpre clair, formés en grape, auxquels succede un fruit peu different de celui du Pin, adherant comme une poire à une longue queue qui le soutient. Voyez la Lettre B.

Si les plus grandes feuilles du bas du Tronc sechent & tombent, il n'en naît aucune au haut de l'arbre, jusques à ce qu'il soit parvenu à son point d'accroissement. Le tronc du milieu est au moins large de deux pieds, au lieu que les autres rameaux n'ont que la moitié de cette largeur. Ils sont creux en dedans, ainsi qu'une gaine, diminuant jusques au bout.

Fr. Valentin raporte que la partie la plus grosse du tronc nommée par les habitans du lieu *Goeroerong*, étant sciée, leur sert parce qu'elle est creuse de tonneau ou de cuve, pour contenir de l'eau ou autres liquides: & c'est au même usage qu'ils employent les autres Rameaux dont la couleur est jaune exterieurement, & aux-

incolis *Gabba Gabba* appellantur, extus flavi & glabri, virilis femoris ferè æquantes crassitiem, variisque liquidis coërcendis idonei, si fundis ligneis probè muniantur: horum & nonnullos possidemus. Majora folia incolis, loco arundinum aut tegularum, ad tegendas domos inserviunt. Arbor hæc *Zagoe* fructus maturos haud profert, priusquam medulla, quæ truncum offercit, in farinam aridam mutetur; id, quod Indi cautè observant. Maturis autem fructibus truncum infra perforant, farinamque, plurima inter filamenta quasi conclusam, inde eruunt, cribrant, pulchrè à filamentis secernunt, secretamque asservant, placentis aut panibus inde conficiundis inservituram.

Constat affatim, plurimas harum arborum in insulâ Borneo, Ceram, aliisque Indiarum oris crescere, è quibus incolæ, modo jam descripto, maturam farinam colligunt, depurant, asservant, magnâque ejus copiâ coacervatâ, pulmentum inde coquunt, *Papedo* ipsis vocatum, quod dein in globulos, Coriandri seminis magnitudine, formant, alios tamen aliis majores; hi vero globuli *Sago*, ad solem probè arefacti, si ab omni humiditate arceantur, in annos conservari, & in cistas, dolia, vel sarcinas compacti, utcunque libuerit, transportari possunt. Quam rem propriâ docti experientiâ demonstrare valemus; *Sago* nimirum (hoc enim vocabulo granula illa propriè nominantur) per viginti & plures annos à nobis asservata, nequaquam corrupta, sed æquè apta usui esse, quàm quæ paucis tantum abhinc annis ex Indiis accepimus. *Sago* Indis optimum præbet nutrimentum, ipsis ad vitæ sustentationem apprimè necessarium: benignissimus quippe rerum omnium largitor, Deus, secalis triticique penuriam, quâ laborant, hâcce medullâ sarsit; cujus immensam adeo copiam fundunt arbores, ut non regiones duntaxat, in quibus hæ crescunt, sed & remotiores aliæ ejus abundantiâ cumulentur: siquidem circa hanc amplissima versetur negotiatio, ita ut Britannica Societas Indiarum Orientalium *Sago* quantitatem maximam, ut mercem facile vendibilem, adportet, unde dein huc in Bataviam & aliorsum transmittitur, sensimque in usum venit. Quin & in variis hodiedum aulis expetitur *Sago*, & à coquis, aliis intermistum cibis, ad præparanda embammata, quæ plus inde efficaciæ & gelatinæ acquirunt, usurpatur: *Sago* enim admodum glutinosum est, coctumque omnino transparet instar polentæ Panici coctæ. Est & *Sago* debilibus exhaustisque ægris, qui emaciati & graciles sunt, salubre medicamen, sive in jusculis carnium, sive in lacte, aut aquâ duntaxat simplici decoquatur, addito, pro cujuslibet gustu, alio quocunque, quod saporis gratiam conciliare potest. Julapiis quoque refrigerantibus loco Cornu Cervi aut Hordei decorticati incoqui potest: refrigerat enim, pectusque & ventriculum demulcet. Nec hisce solum in morbis, verùm & in ipsa Phthisi usurpatur coctum in aqua pluvia, & cum recenti lacte mistum, aut instar pulmenti ex aquâ comestum. Nec minus & tenellis infantibus conducit *Sago*, si ex aquâ coctum cum una parte tertiâ lactis dulcis, loco tenacium illarum pultium, ex farinâ confectarum, pro pulmento quotidiano illis exhibetur: siquidem pulmenta alia ipsos nimis inferciant, acidâque acrimoniâ, in debilibus ipsorum ventriculis excitatâ, incrementum omne & vigorem inhibeant. Comprobat hoc quotidiana experientia in hominibus plebejis, qui, dum liberis suis celere incrementum conciliaturi, alimenti fortioris nimiam copiam illis ingerunt, cui digerendæ impares sunt, imprudenter id efficiunt, ut non modo non accrescant, sed & extenuentur magis, & vel tandem obeant.

Sago etiam inter Palmites, sive arbores *Kalappo* refertur in *Hort. Malabar.* I. *Tom.* cujus in primâ Tabulâ sub nomine *Tenga* repræsentatur. A priscis scriptoribus Palmites vocabantur *Palmæ Indicæ Cocciferæ*, quarum

& auxquels ils donnent le nom de *Gabba Gabba.* Nous en avons quelques-uns. Les plus grandes Feuilles sont employées par les habitans pour couvrir le toit de leurs maisons: le fruit de cet arbre ne meurit point, qu'après que la moëlle du tronc a été changée en farine seche, ce que les Indiens observent exactement. Dès que cela arrive, ils percent le tronc par dessous, pour en tirer cette farine, qu'ils nettoyent en la passant par un Crible, & en font ensuite du pain ou des gateaux.

Dans l'Isle de *Borneo* & autres lieux des Indes où croît l'arbre *Zugoë*, ils font d'abord de cette farine une Pâte qu'ils appellent *Papedo*, après quoi ils partagent cette pâte en petites boules de la grosseur de la Graine de Coriandre, plus ou moins. Ils donnent le nom de *Sago* à ces petites boules, qui étant bien sechées au soleil, & renfermées dans des paniers ou des tonneaux, selon qu'on juge à propos, sont également propres à être transportés dans les Païs Etrangers. Ce que je sai par ma propre experience, pouvant faire voir de ces petites boules, conservées plus de vingt ans, aussi entieres & aussi bonnes, que celles que j'ai reçûes il n'y a que peu d'années: ces petites Boules ou *Sago* fournissent aux Indiens une excellente nourriture, qui leur tient lieu de celle que le bled nous procure. Ces arbres leur donnent une si grande abondance de Farine pour faire du *Sago*, qu'ils en ont de reste pour en faire commerce avec les autres Nations: ce sont d'eux que la Societé Britannique des Indes Orientales, le tire, & le distribue ensuite en Europe. C'est un mets aujourd'hui qui est en usage, même aux Tables des Grands Seigneurs; les Cuisiniers l'emploient pour lier les sauces & leur donner plus de consistence. En effet *le Sago* est fort agglutinant, & paroit aussi transparent étant cuit, qu'une gelée ou un Consommé fait avec du Pain.

C'est un fort bon remede pour les personnes foibles, maigres, épuisées, soit que l'on le fasse cuire dans du bouillon, du lait, ou de l'eau simple; on peut y ajouter ce qu'on jugera à propos pour en relever le gout & le rendre plus agréable. Il convient encore dans les Juleps rafraichissans à la place de Corne de Cerf ou d'Orge mondé, ayant la vertu de rafraichir, & d'adoucir les maux de poitrine & d'estomac, dans lesquels non seulement on l'employe avec succès, mais aussi dans la Phthisie, cuit dans de l'eau de Pluye, dans du lait, ou en forme de bouillie. Le *Sago* cuit avec de l'eau & une troisiéme partie de lait doux est très convenable aux petits enfans pour nourriture, au lieu de ces bouillies trop tenaces & de difficile digestion, qu'on leur fait ordinairement avec de la farine, aliment qui chargeant leurs foibles estomacs, y produit une acrimonie acide, détruit leurs forces, & les empêche de croître, comme l'experience journaliere nous le montre dans les personnes du commun qui donnent à leurs enfans, ce genre de nourriture.

L'arbre qui porte le *Sago* est mis au nombre des Palmiers ou des *Kalappo* par les Auteurs de l'*Hortus Malabaritus*, qui au 1. Tom. Tab. 1. le representent sous le nom de *Tenga.* Les Palmiers sont nommez par les anciens Ecrivains Latins, *Palmæ Indicæ Cocciferæ*, desquels *C. Bauhin* dans son *Pinax* compte jusques






Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.



quarum plurimæ dantur ſpecies. C. Bauhinus in *Pinace* ſeptem ſupra quadraginta recenſet. D. Engelbertus Kæmpherus Amœnit. Exot. faſc. IV. exactè deſcribit modum plantandi Palmites, &c. C. B. n. 12. pag. 508. *Banam fructus Zagu. Arbor farinifera.* Ferdinand. Lopez *Sagu* audit.

Num. 2. *Junci, aquatici, Indici, ſingularis ſpecies.*

Creſcit hic Juncus in Indiis Orientalibus ad oras placidorum fluminum, uti noſtris in regionibus *Calamus aquaticus* & *Junci:* folia tamen haud adeò longa & lata gerit, ſed magis coacta, radicem arctè complectentia, ſeſquipedalia, extremo anguſtiora, & in acumen convergentia, dura & pungentia, prout icon hæc oſtendit. Radices Calami noſtratis æmulæ ſunt, ſed tenuiores, & ſaporis odoriſque magis aromatici & ſuavioris. Unde pro *Acoro vero Matthioli & Calamo odorato Plinii*, vel *Arundine odorata, Indica*, habetur; quum folia ejus dura ſint, &, inſtar *Arundinis*, manum tangentis lædant. Plantam hanc unà cum radicibus non Bataviâ duntaxat, ſed & ex promontorio Bonæ Spei miſſam accepimus: quæ quidem poſterior ab illâ habitu vix differt, at ſapore & odore plurimum; dum Aſiatica odoris ſaporiſque vi & ſuavitate Africanam haud parum antecellit. Quin & folia illius, quam Batavia aliique portus proferunt, forti jucundoque odore pollent, & vulnerata Meliſſæ inſtar ſuaveolent. Malabari & Bataviæ incolæ ex hoc Junco, quo tempore florentiſſimus eſt, optimum deſtillando eliciunt oleum, ipſis appellatum *Oleum Zerreè*, aliis verò *Oleum Squinanthi Indicum.* Olet autem ſuaviſſimè oleum iſthoc, acrique amarore linguam afficit, & facultate roborandi flatuſque diſcutiendi præditum, eximii uſus eſt in palpitationibus cordis, & affectibus Hyſtericis mulierum, ab animi pathemate natis. Datur à 3 ad 6 gutt. fruſtulo ſacchari albiſſimi, aut vini unciæ inſtillatum, ſemel aut bis per diem. Iteratis vicibus virtutem ejus ſingularem ſumus experti. Ipſius radicis pulvis tenuiſſimus, quantum digitabulo capi poteſt, cum vino aut cereviſia aſſumtus, ſummum eſt in affectibus modo memoratis medicamentum, & præſentiſſimum Cardiacum.

TABULA VICESIMA ET SEXTA.

Num. 1. *Ericu, Americana.*

Planta hæc D. Hermanno in Parad. Bat. pag. 30. *Apocynum, erectum, incanum, latifolium, Americanum, floribus ex incarnato ſuave violaceis*, audit. Breyn. Prodr. II. *Apocynum, erectum, majus, latifolium, Indicum, flore concave amplo, cerneo, ſuave purpuraſcente.* Ejus icona dedit Pluknetius Phytogr. Tab. CLXXV. fig. 3. quæ tamen ab Indica Orientali differt, hincque ab *Ericu* Hort. Malab. & *Waroghale Ceylanenſ.* probè diſtingui debet, prout ex deſcriptione ejus conſtat, à Celeberrimo D. Hermanno pag. 28, 29, & 30 data. Binæ aliæ ejus ſpecies in Hort. Malabar. Tom. II. fig. 31. pag. 14. deſcriptæ ſunt, harumque prima Bramannis *Roey*, altera vero, *Bel-Ericu*, Bramannis *Davi-Roey* cluit, flore prorſus albo donata, cujus brevem deſcriptionem, ſine icone, pag. 15. ſiſtit.

Apocynum

ques à 47 eſpeces. *Eng. Kæmpfer* dans ſon livre *Amœnit. Exotic. Faſcic. IV.* décrit exactement la maniere de planter les Palmiers. Au reſte *C. Bauhin* N°. 12. pag. 508. nomme le *Sagu Banam fructus Zagu*, & *Ferdin. Lopez, Sagu, Arbre farineux.*

N°. 2. *Espece ſinguliere d'un Jonc Aquatique des Indes.*

Ce Jonc croît aux Indes Orientales au bord des fleuves, à peu près comme le Jonc dans nos pays: ſes feuilles ſont plus étroites & plus petites, mais plus preſſées, fermement attachées à la racine, hautes de demi pied, terminées en pointes, dures, & piquantes; voyez la Figure. La Racine approche de celle de nos Joncs ou Roſeaux, elle eſt plus mince, d'une odeur & d'un gout plus agréable & plus aromatique. D'où vient qu'on l'a priſe pour l'*Acorus* de *Matthiole*, le *Calamus odoratus* de *Pline*, ou l'*Arundo odorata Indica*, par la dureté de ſes feuilles, qui bleſſent la main de ceux qui les touchent, comme le fait le Roſeau. Nous avons reçu cette plante avec ſes Racines, de Batavia, & du Cap de Bonne Esperance. Le port de cette derniere differe à peine de la premiere, mais l'odeur & le gout de l'Aſiatique ſont de beaucoup ſuperieurs à l'Afriquaine. Les feuilles du Jonc de Batavia ont une ſaveur & une odeur douce & forte, qui reſſemble à la Meliſſe. Les Malabares & les habitans de Batavia tirent de ce Jonc une excellente huile par diſtillation, que les uns nomment *Huile Zerrée*, les autres *Huile du Squinanthe des Indes.* Cette huile ſent fort bon, & repand ſur la langue un gout acre & amer. On l'eſtime propre à fortifier & à diſſiper les flatuoſités; elle eſt d'un bon uſage dans les maux de cœur, & dans le mal hyſterique des femmes qui naît des paſſions. La doſe eſt depuis trois gouttes juſques à ſix dans un petit morceau de ſucre, ou dans une once de vin, qu'on repete une ou deux fois par jour, ce dont nous avons vu d'admirables effets. La Racine miſe en poudre très fine, infuſée dans du Vin ou de la Biere eſt un Cardiaque également puiſſant, & un remede ſouverain dans les maux dont nous venons de parler.

VINGT-SIXIEME PLANCHE.

N°. 1. *L'Ericu d'Amerique.*

Cette Plante eſt appellée en Latin par *Herman* dans ſon *Parad. Bat.* pag. 30. *Apocynum erectum, incanum, latifolium, Americanum, floribus ex incarnato ſuave violaceis*, par *Breynius* Prodrom II. *Apocynum, erectum, majus, latifolium, Indicum, flore concavo amplo, corneo, ſuave purpuraſcente.* Plukenet dans ſa Phytogr. Tab. 175. Fig. 3. donne la repreſentation de cette plante, qui differe de l'*Ericu* des Indes Orientales, & par conſequent de l'*Ericu* dont il eſt parlé dans l'*Hort. Malabar.*, de même que du *Waroghale de Ceylan*, avec leſquels il faut bien ſe garder de confondre nôtre *Ericu*; pour s'en convaincre, il ſuffit d'en lire la deſcription par le celèbre *Herman* pag. 28, 29, & 30. *L'Hort. Malabar.* Tom. II, Fig. 31. pag. 14. decrit deux Eſpéces d'*Ericu*; l'une que les Bramins nomment *Roey*, & l'autre *Bel-Ericu.* On lit à la page 15 du même livre une Deſcription ſans figure de l'Eſpece appellée par les Bramins *Davi-Roey* dont la fleur eſt toute blanche.

Apocynum hoc idiomate Belgico nullibi, Britannico vero apud Park. pag. 385. *Dogsbane* descriptum reperitur. Inter frutices numerandum, plerumque V vel VI pedum altitudinem assequitur, trunco mediocriter crasso, non lignoso, sed lactescente, viridi, albaque quasi farina consperso. Folia crassa, oblongo-rotunda, bina conjugata, brevibus crassisque petiolis innixa, expansas costas gerunt, admodum crassas, pallescentes, filamentosis tenacibusque villis, instar foliorum *Cichorei nostratis*, plenas. Surculis altius excrescentibus, infima folia flavescunt & decidunt: quousque autem virent, mollia, crassa & fragilia sunt. Flores umbellatim dispositi, multi simul congregati, longis, crassis, teretibus, firmis, erectisque pedunculis fulti, ex albo purpurascentes, stellati, petalis quinis, acuminatis, pendulis, suaveolentibus, crassis, crispatis, præditi, tubum intus, pallidè album, pistillumque ex viridi pallescens gerunt. Horum in fundo bini rotundi conspiciuntur globuli, è quibus fructus proveniunt, cortice dilutè viridi vestiti, intus lactescentes, prout binos horum, uni petiolo adhærentes, hacce figura exhibemus sub lit. A. Semina plana, subrotunda, quasi squamata sunt. Radix subrussa, fibrosa est. Qui plantam hanc mihi transmiserunt, perhibent, radicis in aqua decoctum si bibatur, admodum conferre ad febres intermittentes, & dolores post partum sopiendos; si vero in ore detineatur, odontalgiæ mederi; ejus denique lavatione malignas quasque inflammationes, Arthriticos dolores vehementes, aliasque ejusmodi ægritudines tolli.

Num. 2. *Geranium, maximum, Ceilanicum, Tussilaginis folio, flore purpureo.*

Folia subtus molli lanugine albicante hirsuta, supra saturatè viridia, crassis nervis, quasi costis, multifariam expansis, formam folio debitam conciliantibus, perreptata, in ambitu acutis denticulis serrata sunt. Truncus fistulosus, tomentosus, ex pallido viret: nec minus & florum petioli, qui ex alis foliorum conjugatorum orti, apicibus suis sustinent flosculos, gregatim congestos, è vaginâ prodeuntes, cujus folia in summitate purpuream coronam ostentant, quamdiu flores nondum patent. Floris interna facies colore purpureo & picturâ *Gladioli* & *Xiphii* æmula est. Neque constat nobis, ab ullo Botanicorum Plantam hanc descriptam esse.

Num. 3. *Jasminum, Catalonicum, flore luteo.*

Protulit hanc arbusculam Hortus Beaumontianus. Folia ejus proximè accedunt ad *Persicariæ nostratis* folia, si purpureas, crassasque spectes costas intermedias; crassiora tamen sunt & latiora. Truncus, ramique, pulcherrimo spectaculo, ex pallidè viridi & purpureo variegantur. Folia, alternatim posita, ex alis suis emittunt surculos, qui unum aut binos proferunt flores, simplices, oblongos, calyce viridi, in quinque lacinias, stellæ in modum, diviso, succinctos, tenuibus foliolis, luteis, pistillum arctè stipantibus, farctos. D. Kiggelaar hæc quoque Planta *Jasminum, Catalonicum, foliis alternis, flore luteo*, audit.

Num. 4.

L'Ericu ou *Apocyn* dont nous parlons n'est décrit dans aucun livre Hollandois, mais *Parkinson* pag. 385, en a donné une Description en Anglois sous le nom de *Dogs-bane*. C'est une espece d'arbrisseau qui s'éleve à la hauteur de cinq ou six pieds. Son Tronc est mediocrement gros, renfermant un suc laiteux verdatre, couvert comme d'une espece de farine blanche. Ses feuilles sont épaisses, ovales, deux à deux, soutenues par des queues courtes & épaisses, garnies de côtes larges, dures, de couleur pâle, velues, à peu près comme les feuilles de nôtre Chicorée. Cette plante pousse des rejettons assez hauts; les feuilles tant qu'elles conservent leur verdûre sont molles, épaisses, fragiles, devenant jaunes elles tombent. Les fleurs sont disposées en parasol, jointes ensemble en grand nombre, soutenuës par des peduncules droits, fermes, ronds, longs & épais, d'un blanc tirant sur le pourpre, étoilées, composées de cinq feuilles pointuës, pendantes, épaisses, frisées, repandant une douce odeur. Leur pistile est d'un verd pâle.

Elles produisent dans deux capsules rondes des fruits couverts d'une écorce d'un vert pâle, & qui donnent un suc laiteux. Nous avons representé dans cette figure par la Lettre A deux de ses fruits adherants à une queuë; les semences sont plates, ovales, & comme écaillées. La racine est rougeatre, fibreuse. Les personnes qui m'ont envoyé cette plante assurent, que la decoction de sa racine dans de l'eau, est bonne contre les fievres intermittentes, & propre à adoucir les douleurs des nouvelles accouchées; tenuë dans la bouche, elle appaise les douleurs de Dents; & si l'on s'en lave, elle ôte toute maligne inflammation, douleur de goute violente, & autres maux semblables.

N°. 2. Geranium, *ou Herbe Robert, très-grande, de Ceylan, à feuille de Tussilage, à fleur pourpre.*

Ses feuilles sont tapissées dessous d'une fine laine blanche, & sont au dessus d'un vert très-foncé, composées de fibres dentelées, nerveuses comme des côtes, qui repandues en differentes manieres par toute la feuille, lui donnent sa figure. Le tronc est couvert de laine, plein de trous, d'un verd pâle; les queuës des fleurs sortent des aisselles des feuilles rassemblées, & soutiennent sur leurs bords de petites fleurs pressées, dont le sommet est orné de feuilles qui forment une couronne de couleur pourpre, jusques à ce que que les fleurs soient épanouïes. Ces fleurs sont interieurement de la même couleur, & d'une figure approchante d'une petite Epée. Nous ne sachons point que cette Plante ait été decrite par aucun Botaniste.

N°. 3. *Le Jasmin de Catalogne, à fleur bleuë.*

Cet Arbrisseau étoit dans le Jardin de Mr. *Van Baumont* comme il paroit par le Catalogue *Horti Beaumontiani*. Ses feuilles ressemblent assez à celles de notre *Persicaire*, un peu plus larges & plus épaisses dans les côtes du milieu. Le Tronc & les branches sont variées très-agréablement de verd & de pourpre. Les Feuilles posées successivement, poussent de leurs aisselles des rejetons qui portent une ou deux fleurs simples, oblongues, soutenuës par un Calice de couleur verte, decoupé en cinq parties en forme d'étoiles, orné de petites feuilles bleuës, qui serrent le pistile.

Mr. *Kiggelaar* nomme en Latin cette plante *Jasminum Catalonicum, foliis alternis, flore luteo.*

N°. 4.




TAB. XXVII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
A

Num. 4. *Orchis, Brasiliensis, flore Papilionem, vel muscam rubram referente.*

Flosculi Papilionis, seu muscæ rubræ formâ conspicui, per dorsum panicula tomentosa, albicante, ornati, bina gerunt rubicunda pistilla, corniculis Papilionum similia: florum folia, quasi alata, unà cum calyce, prorsus flava & ex purpureo rubra sunt. Pedunculus floris, quoque in luteum vergens, è ternis surgit foliis, ut in *Satyrione*. Quæ à D. Breynio in Cent. p. 101. tab. 45. descripta est *Orchis, Myodes, flore fusco, sive Scarabæum referens*, solo colore excepto, ad amussim cum hâc nostrâ convenit.

Num. 5. *Orchis, Brasiliensis, radice palmatâ, flore albo & rubro, flavis quasi annulis pulcherrimè circulato, Scarabæum referente.*

Hujus etiam florum petioli, uti prioris, ex tribus foliis emergunt. Radices, instar *Palmæ Christi*, binis constant rotundis, exiguis, tuberibus, viribusque & usu pollent, per varia scripta Botanica sat notis.

TABULA VICESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. *Cerasus, Indica, fructu ex purpureo-cærulescente.*

Ramulum hunc Cerasi, fronde & fructu ornatum, in liquore *Arak* conservatum, Bataviâ, unà cum aliis fructibus & plantis, missum accepimus. Cerasa & folia multùm exhausta erant. Amicus, qui transmisit, unà memorat, Cerasa, matura, coloris esse ex purpureo rubri, cærulo obumbrati, saporis dulcis, sed exigua, nec *Cerasis parvis, nigris, nostratibus, sylvestribus*, majora. In medio cujuslibet petioli Cerasi minutum hæret foliolum, quod in nostratibus haud conspicitur. Folia amœnè virent.

Num. 2. *Corylus Indiæ Orientalis, cum floribus.*

Indigenæ ferè similis est, nisi quod folii parti posticæ, prope pedunculum, utrinque lata quasi fimbria adnata sit, in nostratibus haud occurrens. Nuces grandes, rotundæ, dulcem continent nucleum. Sunt autem Avellanæ notæ nimis & ubique tritæ, quàm ut plura de iis nunc commemoremus.

Num. 3. *Rhamnus, Americana, spinis longis, tenuibus & valdè pungentibus.*

Spinæ, ultra folium quodlibet prominulæ, ex axillis foliorum & ramorum emergunt, exiguâ insuper propagine stipatæ, è quâ alii rursum ramuli & foliola proveniunt. Truncus dilutè viret. Folia Berberis æmula, majora tamen, singularibus quoque spinulis, minutis, in ambitu armata, brevi insistunt petiolo, quamproximè ad truncum sito.

Flores pentapetali, stellati, albidi, è medio quina protendunt stamina, apice donata, singula inter folia distributa: pistillum ex dilutè flavo virescit.

Ovarium,

N°. 4. L'Orchis *du Bresil, à fleur representant un Papillon ou une Mouche Rouge.*

Ses fleurs ressemblent en effet au Papillon ou aux Mouches rouges; elles sont sur le dos d'un velouté blanchâtre, & renferment deux Pistiles rouges, assez semblables aux petites cornes de Papillon. Les feuilles de ces fleurs sont disposées en forme d'ailes avec le Calice, de couleur jaune, & d'un pourpre qui tire sur le rouge. Le Peduncule de la fleur qui est d'un jaune clair, s'éleve sur trois feuilles, de même que dans la Plante qu'on nomme en nôtre langue, *Testicule de Chien*. La plante décrite par *Breynius* dans ses *Centuries* pag. 101. Tab. 45. sous le nom d'*Orchis Myodes, flore fusco, sive Scarabæum referens*, si l'on en excepte la couleur, repond parfaitement à la nôtre.

N°. 5. L'Orchis *du Bresil, à racine de Palmier, & à fleur blanche & rouge, composée comme d'un cercle d'anneaux jaunes très-beaux, ressemblant à l'Escarbot.*

Le Peduncule des fleurs de cette espece d'Orchis, s'éleve sur trois feuilles comme dans la precedente; ses Racines semblables à celles du Palmier qu'on nomme *Palma Christi*, sont composées de deux petits nœuds: son usage & ses vertus sont assez connues par les divers écrits des Botanistes.

VINGT-SEPTIEME PLANCHE.

N°. 1. *Cerisier des Indes, à fruit Couleur d'un Pourpre-bleuâtre.*

Nous avons reçu de *Batavia* conjointement avec diverses autres plantes, ce Rameau de Cerisier, orné de feuilles & de fruit, & conservé dans de *l'Arak*, mais très-fletri. L'Ami qui me l'a envoyé, me manda en même tems, que ces sortes de Cerises meures étoient de couleur d'un pourpre rouge marqueté de bleu, d'un gout doux, & seulement surpassant en grosseur les Cerises noires & sauvages de nôtre Pays. Au milieu de la queuë de chaque Cerise est une petite feuille qu'on n'aperçoit point dans les nôtres: leurs Feuilles sont d'un beau vert.

N°. 2. *Coudrier des Indes Orientales avec ses fleurs.*

Il est assez semblable au nôtre, avec cette difference que la partie posterieure de la feuille est decoupée près de la queuë des deux côtez en une frange assez large. Son fruit est grand, rond, doux au gout, & trop connu pour qu'il soit besoin d'en dire davantage.

N°. 3. *Le Noirprun d'Amerique, à longues Epines, minces, & très-piquantes.*

Ses Epines qui s'étendent au delà de chaque feuille, sortent des aisselles des feuilles & des branches, & produisent d'autres petits rameaux garnis de petites feuilles. Le Tronc est d'un vert clair. Ses feuilles ressemblent à celles de l'Epine Vinette, mais elles sont plus grandes, herissées tout autour de petites épines; la queuë des feuilles est petite, & très-près du Tronc.

Ses fleurs sont composées de cinq feuilles, étoilées, blanchâtres, à cinq étamines, distribuées entre chaque feuille. Le Pistile devient vert d'un jaune clair qu'il étoit auparavant.

Son

Ovarium, *Ricini tricapsularis* ferè æmulum, tria quoque semina continet, aliter tamen conformata, inque longioribus & albidioribus loculis defixa; prout in repræsentato sub lit. A. fructu videri potest, quem pericarpium quinquefidum etiamnum investit: hujus quippe ope fructus ad plenam usque maturitatem firmatur, donec sponte decidat. Fructus pedunculi tandem toti purpurascunt, & fructus ipse ab uno latere aliquantum ex flavo viridis evadit.

TABULA VICESIMA ET OCTAVA.

Num. 3. *Morus, Papyrifera, sativa, Japonica; sive ramulus arboris, è qua Japonenses Papyrum conficiunt.*

Icon hæc exsculpta est juxta delineationem, Nob. & Ampl. Consuli *Witsen* ex Japonia, unà cum nonnullis etiam nativis foliis, transmissam, adjectâ simul brevi historiâ methodi, quâ ex hâc arbore Papyrus confici soleat. Primò scilicet crassa & procera arbor, qua solo proxima est, resecatur; unde dein nonnulli rursum surculi, pollicem crassi, progerminant, qui mense Junio plerumque abscissi, in magnos fasces, trium circiter pedum longitudine, colligantur, sicque erecti appropriatum in ahenum reponuntur, & sufficiente aquâ eousque decoquuntur, donec cortex inde secedere incipiat; tum verò exempti inde fasces invertuntur, alteroque extremo in ahenum collocati, recenti denuò cum aquâ tam diu coquuntur, dum cortex undique relaxatus facile separari queat: extracti igitur è lebete, cortice orbantur, qui resiccatus asservatur, ligno rejecto, aut combusto. Papyrum verò confecturi corticem illum, arefactum prius, cum aquâ purâ & cineribus lignorum, rursus spatio 24 horarum in lebete decoquunt, exemptum dein aquâ purâ abluunt, rursus cum aquâ purâ per 24 horas in aheno ebullire sinunt, crasso interim baculo sæpe agitantes, donec ille incrassescat. Tum cortex sic ad albedinem decoctus mundatur, siccatur, in trunco, mortarii lignei instar excavato, probè in pulverem teritur, tandemque novâ iterum ex aquâ per horas aliquot, quantum satis est, decoquitur, & quadratis dein capsis immissus ponderosorum lapidum superimpositu, caseorum instar, premitur, dum omnis inde aqua fuerit exhausta. Frequenti ergo decoctione & tritu cortex ad eam deducitur puritatem & subtilitatem, qua aptus natus est, modulis ut immitti possit; haud secus ac nostris in oris vetera lintea, aut Cannabis Linive filamenta, iterata ablutione & tritura, ad albedinem usque & debitam tenuitatem rediguntur. Moduli, modusque siccandi Japonensium, uti in officinis chartariis Europæorum, sese habent, nisi quod magnitudo modulorum sit diversa.

In Historiâ Japoniæ, à D. Engelberto Kæmpfero, M. D. editâ, & anno 1729. in Belgicum idioma translata, Arboris Papyriferæ descriptio & icon reperitur Lib. I. pag. 453. Tab. 40. quæ tamen admodum discrepat à supramemoratâ, quam D. Witsen, Consuli, ex Japoniâ transmissam esse diximus. foliorum petioli valdè longi sunt, & prope extremum foliorum geniculo quasi donati, è quo ipsa folia, tenuioribus costulis fulta, progerminant. In profundiores quoque & acutiores denticulos emarginata sunt folia, pluribusque costulis perreptata; eorum verò quædam ex ipsis petiolis prodeunt, dum singulos inter petiolos & trunci etiam ramos novellus jugiter surculus progerminat, fructus proferens, *Moris* haud absimiles, succulentos, & grati saporis.

D. J. G.

Son fruit assez semblable à celui du *Ricin*, est composé de trois Capsules, qui renferment chacune une semence, un peu differemment conformée que dans le *Ricin*; ses capsules sont aussi plus longues, & plus blanches, comme cela paroit par la figure, lettre A. Le fruit ainsi renfermé & soutenu dans sa loge qui le contient, ne tombe que parfaitement mûr; le Peduncule auquel il est attaché est tout de couleur de pourpre; le fruit d'un de ses côtez devient d'un jaune tirant sur le verd.

VINGT-HUITIEME PLANCHE.

N°. 1. *Le Meurier dit* Papyrifera, Sativa, Japonica, *ou un Rameau de l'Arbre dont les Japonois font le Papier.*

Cette Figure est gravée d'après celle qui a été envoyé à l'Illustre Mr. *Witsen* Bourguemestre d'Amsterdam, en lui communiquant en même tems d'une maniere abregée la methode qu'on suit d'ordinaire pour faire du Papier de cet Arbre. La voici.

L'on scie à fleur de terre cet Arbre qui est gros & élevé, ensuite il pousse de nouveau des rejettons de la grosseur du pouce, lesquels on a coutume de couper au mois de Juin. L'on en forme des faisceaux à la hauteur de trois pieds, que l'on fait cuire alternativement des deux côtez dans un vaisseau de cuivre exprès, avec une quantité d'eau suffisante, jusques à ce que l'écorce s'en separe, l'on fait secher cette écorce, qu'on cuit ensuite une seconde fois pendant l'espace de vingt-quatre heures avec de l'eau pure, & des cendres du bois auquel elle étoit d'abord attachée; on renouvelle ensuite l'eau, & l'on continue la même operation pendant le même tems, ayant soin de mêler souvent ce qui est dans le Vaisseau avec un gros bâton, jusques à ce qu'il en soit impregné. Cette écorce ainsi cuite, & devenuë blanche, on la nettoye, on la seche, & on la reduit en poudre dans un creux d'arbre fait exprès en forme d'un mortier de bois: alors l'on recuit de nouveau l'espace de quelques heures cette poudre d'écorce avec de l'eau pure jusques à une certaine consistence; l'on met ce melange dans des especes de vaisseaux quarrez, pour le presser par le moyen de grosses pierres, & en exprimer l'eau, à peu près comme nous faisons nos fromages. Par ces decoctions, & broyemens reïterez, l'écorce acquiert insensiblement cette pureté & cette finesse qui lui sont nécessaires pour prendre la forme qu'on lui veut donner. C'est aussi par une maniere peu differente que nous donnons dans ces pays au vieux linge, au chanvre, & au lin, en les lavant & les broyant frequemment, cette blancheur & cette finesse qu'ils ont. La methode de sécher le papier qu'ont les Japonois, ressemble assez à celle des Marchands Papetiers Européens. Ils different davantage les uns des autres par la grandeur des mesures dont ils se servent pour donner la forme au Papier.

On peut voir dans l'Histoire du Japon qu'a donné le Dr. *Eng. Kæmpfer*, & traduite en Hollandois en 1729, au Livre I. pag. 453. Tab. 40. une Description & la figure de l'Arbre dont les Japonois font le papier. Cette Description de *Kæmpfer* est assez differente de la nôtre, qui est celle (comme nous l'avons dit) qu'on a envoyé du Japon à Mr. *Witsen*.

Les queuës des feuilles de cet arbre sont très-longues, & comme nouées à l'extremité de ces feuilles, qui sont profondement dentelées dans leurs bords, & parsemées de petites côtes: il sort aussi quelques feuilles des queuës. Entre chaque queuë & les branches du Tronc, poussent continuellement de nouveaux rejettons, qui portent un fruit assez semblable aux Meures, plein de suc & d'un goût agréable.

Mr. *J. G.*




TAB. XXVIII.
Fig. 1.
Fig. 2.








TAB. XXIX.
Fig. 4.
Fig. 3.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 2.
B
Fig. 2.
A
Fig. 1.
Fig. 7.



D. J. G. Scheuchzer, ſocietatis Regiæ Britannicæ membrum, amicus meus honoratiſſimus, ſcripta D. Engelberti Kæmpferi è lingua Teutonica in Anglicam transtulit, duobusque Tomis in folio imprimi curavit: cujus & operis exemplar, methodo Anglorum nitidiſſimè compactum, manu munificâ, dono mihi miſerat paulò ante quàm vitâ fungeretur. Eleganti hocce in opere, dein, ut ſupra memini, in Belgicum quoque verſo, paginâ jam allegatâ 453, prolixa Arboris Papyriferæ deſcriptio exhibetur.

Nobis equidem videtur, noſtris etiam in oris dari arbores, è quibus bona charta parari poſſet, ſi ſumptuum operæque nihil prætermitteretur. Nonne Alga marina, filamentis longis, fortibus & glutinoſis conſtans, huic apta foret? Quin *Mattæ* dictæ Moſcoviticæ, ſi, quâ methodo à Japonenſibus tractantur cortices Arboris Papyriferæ, præpararentur, chartæ certè conficiendæ idoneam darent materiem. Curioſi rerum ſcrutatores, ſi velint, experimentum capiant.

Num. 2. *Serpens, Japonica, ex regione Kokura.*

Species hæc inter alia reptilia, à Curioſo quodam huc delata, noſtras in manus pervenit. Corpore eſt gracili & longo, cujus ſuperna facies, à capite ad caudæ usque finem, ſaturatè ſpadiceis quaſi ſcutis picta, ex albo cinereis tæniis diſtinguitur. Venter, ex cinereo luteus, ſquamarum transverſalium extrema fuſcis punctis notata oſtentat, ornamento haud exiguo.

TABULA VICESIMA ET NONA.

Num. 1. *Tatou, ſeu Armodillo, Americanus.*

Diverſas horum ſpecies natu minorum & majorum nobis transmiſſas poſſidemus, quos inter reſiccati habentur vel ſextuplam hujus magnitudinem æquantes. Mirum ſanè & notatu digniſſimum eſt, quælibet quod terra peculiaria ſibi ferat genera, quorum tamen, in ſpecie cuivis propriâ, elegans reperitur ſimilitudo. Huicce ſpeciei totum corpus anterius & poſterius binis munitur inſignibus ſcutis, aliisque decem anguſtioribus, intermediis, quæ articulorum ad inſtar ſupra ſe invicem arctari laxarique poſſunt. Conjungit iſta intrinſecus craſſa cutis; unde gliſcunt ſupra ſe mutuo, & ſic dorſalia ſcuta media exorbitare non patiuntur. Nec ſolo corporis trunco obtegendo inſerviunt hæc ſcuta: imò & caput obtegunt, auresque & femora. Totum corpus oſſeis quaſi ſquamis veſtitur, exceptis collo, maxillâ inferiore, ventre & femoribus, quæ partes ſingulæ, raris aſperæ capillis, retractæ, magnis ſub ſcutis reconduntur. Cauda oſſea, ſquamata & annulata, quæ vel in convoluto quoque animali hocce prominet, ſcutorum aperturam ſubtus claudit. Vid. Tab. XLII.

Caput hujusce porcelli longum eſt, vulgaris porci æmulum: ſimiliterque ſe habet os, proboſcis, & auriculæ, quæ longiuſculæ, tenuibus integuntur ſquamis. Pedes, eorumque digiti, & craſſi ungues à præcedenti non differunt. Color cæterùm eſt ex cinereo dilutè flavus.

Num. 2. *Urtica marina, Americana, ſingularis.*

Ex inſulâ D. Thomæ mihi miſſum hocce ambiguum corpus, habitu externo aciarium refert, ex arte elabora-

Mr. *J. G. Scheuchzer* Membre de la Societé Royale de Londres, & qui eſt un de mes amis que j'honore beaucoup, a traduit de l'Allemand en Anglois l'ouvrage du Docteur *Eng. Kæmpfer*, qu'il a fait imprimer en deux volumes in folio, & m'en fit un preſent d'un Exemplaire magnifique peu de tems avant ſa mort. Dans ce bel ouvrage qu'on a depuis traduit en Hollandois, & en François, ſe trouvent pag. 453. (Pag. 23. de l'*Appendix* dans la Traduction Fr.) comme je l'ai déja dit, une ample description de l'Arbre, dont nous parlons.

Il me ſemble que nos Pays ne manquent point d'Arbres convenables pour faire du papier, ſi l'on vouloit s'en donner le ſoin, & en faire la depenſe. *L'Algue Marine*, par exemple, qui eſt compoſée de filamens longs, forts, visqueux, ne ſeroit-elle pas propre à ce deſſein, de même que les *Mattes* de Moscovie ſi on vouloit les preparer comme les Japonois font leur Arbre? Les Curieux pourront au moins l'eſſayer.

N°. 2. *Serpent du Pays Kokura dans le Japon.*

Cette espece de Serpent aporté dans ce Pays avec d'autres Reptiles par un Curieux, eſt tombé entre nos mains. Son Corps eſt long & delié, la partie ſuperieure depuis la tête jusqu'à l'extremité de la queüe eſt marquetée de points d'un rouge foncé, avec des bandelettes de couleur cendrée: le ventre qui eſt d'un bleu cendré paroit agréablement tacheté de points jaunes, aux extremitez des écailles qui le traverſent.

VINGT-NEUVIEME PLANCHE.

N°. 1. *Le Tatou ou Armodillo de l'Amerique.*

Nous en poſſedons diverſes especes, & de differens âges, parmi lesquels il y en a qui quoique ſecs ſont ſix fois plus grands que celui-ci. C'eſt une choſe admirable & digne d'être remarquée, qu'au milieu d'un ſi grand nombre de Genre d'Animaux que la terre produit, il ſe trouve neanmoins entre chaque espece une viſible reſſemblance. Tout le Corps de l'espece de *Tatou* dont je parle ici, eſt muni devant & derriere comme de deux grands *Boucliers*, & de dix plus petits dans le milieu: ils peuvent aiſément ſe reſſerrer & s'élargir, gliſſer les uns ſur les autres; c'eſt une Peau ou un Cuir épais qui les unit interieurement. Ces *Boucliers* ſervent non ſeulement à couvrir le milieu du corps, mais auſſi la tête, les oreilles, & les cuiſſes. Leur corps eſt encore couvert comme d'écailles oſſeuſes, à l'exception du col, de la machoire inferieure, du ventre, & des cuiſſes; ces quatre dernieres parties heriſſées de petits poils, clair ſemez, ſont cachées ſous les grands *Boucliers*; la queuë eſt oſſeuſe, pleine d'écailles, & relevée. Voyez la Table precedente.

La tête de ce petit pourceau eſt longue, ſemblable à celle du pourceau ordinaire, à qui d'ailleurs il reſſemble par le groin, la trompe, & les oreilles, qui ſont dans celui-ci un peu plus longues, & ſont chargées de petites écailles. Les pieds, les orteuils, & les ongles ſont faits de même que dans le precedent. Sa couleur eſt cendrée tirant ſur un jaune clair.

N°. 2. *L'Ortie Marine d'Amerique, ſinguliere.*

Ce Corps ambigu m'a été envoyé de l'Isle de *St. Thomas.* Sa figure exterieure approche de celle d'un Etui d'éguilles travaillé, au

elaboratum, & tornando orificium extrà versum gerens: inde propendent tres fasciculi, ex certâ quâdam capillaceâ substantia, tanquam contortis filis sericis tenuissimis, conflati; quorum capillorum singuli, filamentis subtilissimis circum obsiti, caules pennarum æmulantur. Fasciculi hi superius, ubi ex thecâ emergunt, miro artificio quasi nodati, singuli, ad alterum thecæ extremum cœcum, funiculi ope firmantur. Vid. lit. A, ubi corpus hoc collocavimus, quippe dignissimum, quod attento oculo perlustretur. Sub lit. B idem exhibetur subtus conspiciendum. Ad extremum fasciculorum foramen hiat, per quod nutritius humor attrahitur. In ambitu thecæ utrinque longi porriguntur exigui quasi pedes, ad latera denticulati, subtus verò vermium, ventri inhærentium, speciem præ se ferentes. Fasciculi (peniculamenta vocant incolæ insulæ D. Thom.) subtus in unum coaluisse videntur, dum supra peculiari quilibet nodo subligatus, ab alio distinguitur.

Num. 3. *Ulmi facie, Arbuscula, Æthiopica, ramulis alatis, floribus purpurascentibus.* Hort. Beaumont.

Florum è medio surgit tubulus campaniformis, plurima stamina, flavescentia, apiculis rubellis coronata, protendens. Caliculi florum numerosissimi, & densa, lucidaque folia, serrata, dilutè viridia, undique obsident hancce arbusculam, visu ob id jucundissimam. Floruit illa in ditissimo *Horto Beaumontiano* anno 1690, ubi ad vivum delineata, & coloribus illustrata, meas pervenit in manus.

Num. 4. *Arbuscula Portoriccensis, lactescens, foliis Quercinis, spinis gemellis ad singulorum foliorum ortum exasperata.* Hort. Beaumont.

Pulchra hæcce arbuscula cuinam veniat accensenda familiæ? sanè ambigo: effigies enim, quam possideo, nec floris ullum, nec fructus exhibet vestigium. Folia in eo solùm à Quernis discrepant, quod in acumen, longius porrectum, desinant. Cortex ramusculi suprà saturatè cinerei est coloris, ejusdemque dilutioris versus inferiora.

Num. 5. *Frutex, Æthiopicus,* Alaterni *foliis.*

Hujus meminit Breynius in *Fasciculo rariorum plantarum*, qui videri potest.

Num. 6. *Ficoides, Afra, erectior, folio Calendulæ, flore aureo.*

Eo hanc Plantam nomine insignivit Clariss. Boerhaavius in *Ind. alt. Plant. H. L. B.* Breynius *Cent.* pag. 160. eam describit sub titulo *Chrysanthemi, Aizoidis, Africani, primi, s. latifolii*, quorsum Lectorem relegamus.

Num. 7.

auquel on auroit renversé le bord par le moyen du tour. De cet Etui pendent trois especes de faisceaux comme formez de fils de soye très-fins & entortillez; dont chacun environné de petits filamens très-deliez ressemble aux ailes des plumes: ces faisceaux, à la partie superieure qui sort de l'Etui, sont nouez fort artificieusement, & attachez par un cordon à l'autre extremité de l'Etui qui est fermée. Voyez la lettre A qui en donne la figure. Elle merite d'être examinée avec attention: la lettre B represente la même chose vuë par dessous; à l'extremité de ces faisceaux est un trou par lequel cet animal tire sa nourriture. Dans le contour de l'Etui s'étendent de part & d'autre comme des especes de petits pieds, dentelez dans les côtez, & qui par dessous ont la figure de Vers attachez au ventre. Les Faisceaux ou *Pinceaux*, ainsi que les nomment les Insulaires de St. Thomas, semblent par dessous se réunir en un seul, tandis que dessus chacun d'eux est distingué & separé de l'autre au moyen d'un nœud particulier.

N°. 3. *Arbrisseau d'Ethiopie dont les Rameaux sont deployés en forme d'aile, à fleurs purpurines, il ressemble assez à l'Orme, & est tiré de l'*Hortus Beaumont.

Il sort du milieu de la fleur un pistile en forme de clôche, à plusieurs étamines, jaunatres, ornées de pointes rouges: les tiges des fleurs sont en grand nombre. Des feuilles épaisses, dentelées, d'un verd clair, garnissent cet arbrisseau de toutes parts, ce qui forme un spectacle très-agréable. Il fleurit l'an 1690. dans le beau jardin de Mr. *Van Beaumont*, & la figure qui en fut prise ornée des couleurs naturelles, m'est tombée entre les mains.

N°. 4. *Arbrisseau de Portoricco, laiteux, garni de feuilles semblables à celles de Chêne, & épineuses. Voyez* l'Hort. Beaumont.

Je ne sai à quelle espece d'Arbrisseau rapporter celui-ci, car la figure que j'en ai ne marque ni ses fleurs, ni son fruit. Ses Feuilles sont semblables à celles de Chêne, seulement plus pointues. L'écorce des rameaux est d'un cendré foncé en haut, & plus clair en bas.

N°. 5. *Arbrisseau d'Ethiopie, à feuilles d'Alaterne.*

Breynius en parle dans sa Collection des Plantes rares, qu'on peut consulter.

N°. 6. Ficoides *d'Afrique, élevé, à feuilles de Souci, & à fleur d'or.*

C'est le nom que Mr. *Boerhaave* a donné à cette plante, dans son Catalogue des Plantes du Jardin de Leyden. *Breynius* Centur. 160 l'a décrit sous le nom Latin de *Chrysanthemum, Aizoides, Africanum, Latifolium*, où nous renvoyons le lecteur.

N°. 7. *Assez*






TAB. XXX.
Fig. 5.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 4.
Fig. 3.



Num. 7. *Asteriscus, annuus, Lusitanicus, odoratus.*

Idem modo laudatus Boerhaavius in *Indice alt. Plant.* hoc huic plantæ nomen impertit. Breynius *Cent.* pag. 157. *Chrysanthemum, Conyzoides, Lusitanicum*, appellavit, cujus ibidem descriptio prolixior videri potest. Est & *Aster supinus, Conyzoides, Africanus.* Park. *Theatr. fol.* 131.

TABULA TRIGESIMA.

Num. 1. *Canis sylvestris, Americanus, caudâ longissimâ.*

Animal hocce, ex promontorio de Tiburon, è regione insulæ *Marteniko* sito, ad nos translatum, in sylvis commoratur, & rapto vivit. Caput caninum, paulisper oblongum est, Vulpini instar. Aures arrectæ, parvæ. Oculi prægrandes. Barba promissa. Rictus amplus, magnis acutisque dentibus armatus. Pedes, paulò longiores quàm Felium sylvestrium, in quinos fissi sunt digitos, longos, crassis incurvisque unguibus munitos: idque in anticis æquè ac posticis obtinet. Pellis dilutè ruffis vestitur pilis, estque coloris dilutissimi, quæ caput, pedes & caudam obtegit.

Num. 2. *Felis sylvestris, Americanus, Tigrinus.*

Ferocis adeò malignæque indolis est hæcce bestia, ut, quibus assequendis par est, feris in vultum involet, oculos longis acutisque unguibus suis eruat, cutim dilaceret, illarumque cruore se satiet. Profunda format antra, in quæ & ipsa sese recipit, & trucidatas belluas, paulò post devorandas, pertrahit. Æthiopes testantur, haud aliam in sylvis bestiam sibi magis esse formidabilem quàm Felium hancce speciem. Vultus ejus ferox & horrendus est. Pili grisei, saturatè fuscis maculis, Tygridis in modum, variegantur. Caput unà cum auribus Felis domestici nostratis æmulum. Cauda versus dorsum crispata. Pedum digiti magnis acutisque unguibus muniti sunt. Juvenculus autem hicce Felis est.

Num. 3. *Tatu, seu Armodillo, Africanus, mas.*

Hæc quoque species *scutatos* inter *Porcellos* ita dictos refertur. Corpore est brevi crassoque. Caput pariter crassum, & informe, à parte antica ex saturatè fusco pictum, & quasi squamatum est. Auriculæ prorsus calvæ rudesque sunt. Collum curtum laxâ vestitur & crassâ cute, per plures rugas complicatâ. Scutum osseum, toti incumbens corpori, tripartitum est; cujus divisio quælibet, singulari elaborata opere, ex plurimis quasi scutulis, per ordinatas series digestis, fundoque super cinereo-flavo, ex saturatè fusco pictis, componitur. Crura cum pedibus similiter rugosâ pellis, crassis munita squamis, tegit. Antici posticique pedes quinos in ungues abeunt, quorum, qui in anticis medio loco consistunt, tres omnium maximi sunt, effodiendo de terrâ pabulo idonei. Mas hic est, caudâ insignitus calvâ, crassoque corio, sed nullis squamis, nec scutis tectâ, prout mox secutura in fœmella comparet.

Num. 4.

N°. 7. *Aster Annuel, de Portugal, odoriferant.*

Le même Mr. *Boerhaave* dans le livre que j'ai cité tout à l'heure a ainsi caracterisé cette plante. *Breynius* Centur. 157. l'a nommée *Chrysanthemum, conyzoides, Lusitanicum*, & en a donné une ample description qu'on peut consulter: *Parkinson* Theatre des Pl. Fol. 131. l'appelle *Aster Supinus, Conyzoides, Africanus.*

PLANCHE TRENTIEME.

N°. 1. *Chien sauvage, d'Amerique, dont la queuë est très-longue.*

Cet Animal nous a été envoyé du Promontoire de *Tyburon* situé dans la Martinique; il vit de rapine dans les forêts. Sa tête est comme celle du chien, mais plus oblongue, à la maniere du Renard. Ses oreilles sont courtes, élevées; ses yeux grands; sa barbe longue; sa gueule large; ses dents grandes, pointuës, les petites un peu plus longues que celles des chats sauvages, armées de griffes épaisses & recourbées. Le Poil de son corps est d'un roux clair, & celui de la tête, de la queuë, & des pattes, d'une couleur très-lavée.

N°. 2. *Chat sauvage, d'Amerique, ressemblant au Tigre.*

Cette bête est si feroce & si mechante, qu'elle va à la chasse d'autres animaux, se jette à leur face, leur crêve les yeux avec ses griffes longues & pointues, les écorche, & se nourrit de leur sang; elle les tire dans de profondes tanieres, qu'elle a formé, & où elle habite. Les Ethiopiens assurent qu'il y a peu de bêtes feroces dans les bois plus à craindre, & que son aspect est horrible. Son poil est d'un gris foncé, marqueté de taches jaunes comme le Tigre. Elle ressemble assez de la tête & des oreilles à nos chats domestiques; sa queuë est recourbée sur le dos, les griffes sont grandes & pointuës; le chat dont j'ai ici donné la figure est un des jeunes de sa sorte.

N°. 3. Tatu *ou Armodillo mâle d'Afrique.*

Cette espece d'Animal est rangé par les Naturalistes dans la classe de ces Pourceaux que les Latins nomment *Scutati*, comme qui diroit, *armés de Bouclier*: le tronc du corps est gros & court: la tête grosse, sans forme, d'un jaune foncé dans la partie anterieure, qui paroit comme couverte d'écailles: les oreilles rudes, toutes chauves; le col court & couvert d'une peau épaisse, point tenduë, & formant divers replis; le corps est muni d'un bouclier osseux, divisé en trois parties, dont chaque division faite avec un grand art, est composée de plusieurs especes de petits boucliers, rangés par ordre, & dont le fonds est d'un cendré jaune; une peau ridée, garnie d'écailles couvre les pattes. Les pieds de devant & de derriere ont cinq ongles, dont les trois du milieu des pieds de devant sont les plus grands, & leur servent à creuser la terre: le *Tatu* ici depeint, est un mâle, à queuë chauve, & d'un cuir épais, sans écailles, ni bouclier, au contraire du *Tatu* femelle de l'article suivant.

N°. 4. Tatu

Num. 4. *Tatu, ſeu Armodillo, Africana, fœmina.*

Prioris hæcce fœmella, externo habitu illi quàm ſimillima, hoc ſolum reſpectu inde diſcrepat, quod tria ejus inſignia ſuperni corporis ſcuta haud adeò eleganter & diſtinctè picta ſint quàm quidem in mare: cætera omnino congruunt. Cauda hujusce fœmellæ ad extremum usque ſcuto ſquamato tegitur. Quum ſcilicet ob corporis poſtici latitudinem cauda ſub ſcutis nequeat recondi, prout in maſculis obtinet; idcircò hanc Natura communivit, ut ſcutorum poſticam intercapedinem replere & claudere poſſet. Caput, crura, & pedes, prorſus contrahi & ſub ſcutis membranacei abdominis celari poſſunt, uti Tab. XXIX. oſtendit.

Num. 5. *Avis, Paradiſiaca, Monucodiata, criſtata, Orientalis, rariſſima.*

Hujusmodi rarò admodum occurrunt, quum haud frequenter è remotiſſimis illis Orientis regionibus, ubi naſcuntur, ad nos transferantur. Caput & collum, unà cum prolixa criſta elegantiſſima, pennis nigerrimis veſtita ſunt. Binas caudæ pennas, inſolitæ longitudinis, plumatas, dilutè ſpadiceus pingit color; quo & pigmento corporis ſuperna facies, alæ, & reliquæ caudæ pennæ ſuperbiunt. Pennæ ventrales dilutè cinereæ ſunt. Pedes horumque digiti coloris plumbei, mediocriter longi, tenuibus & incurvis unguibus muniti ſunt. Roſtrum quoque plumbeo colore eſt, prolixum, incurvum, & in acutiſſimum convergens. *Aldrovandus* quintuplices harumce Avium ſpecies iconibus repræſentavit; quæ tamen veram illarum indolem minimè exprimunt, ſed potius ad imitationem aliorum objectorum confectæ videntur.

TABULA TRIGESIMA ET PRIMA.

Num. 1. *Mus ſylveſtris, Americanus, mas,* Scalopes *dictus.*

Græcis Ἄγριος, Braſiliæ incolis *Marmota* audit: ſedentem hunc, corpore erecto, exhibuimus, ut venter poſſet conſpici, è quo inſignes craſſique protuberant teſticuli, lit. A notati, Ovis veluti ubera referentes; & retrorſum magis, caudam verſus, penis prominet ſub lit. B. In aliis id animantibus plerumque haud ita obtinet; quum teſtes ferè de poſticâ parte pendulos gerant plurima: at contra hîc, ſub cute abdominis ſuper adcretâ latitantes, ſitu præpoſtero gaudent. Quod equidem certâ cum ratione à naturâ factitatum videtur: idem enim & in junioribus, uti lit. A A exhibet, ita cernitur. Caput longiuſculum, Vulpini inſtar, in acutum convergit, roſtrum ferè ſuillum protendens, quo terram ſuffodiunt pabuli quærendi gratiâ, & antra formant, in quæ tuti ab aliarum ferarum inſidiis ſeſe queant recipere. Oculi grandes, atri, pilis ſaturatè ſpadiceis, tanquam circulo, ambiuntur. Aures latæ, pendulæ, propemodum calvæ, raris duntaxat pilis ſubhiſpidæ ſunt: at promiſſus myſtax labium ſuperius ornat. Omnem corporis ſupernam partem pili obſident ſaturatè ſpadicei: dilutè flavus autem cum fronte venter eſt. Pedes & cauda longa, criſpata, albicantes, pilis carent: illorum quilibet quatuor in digitos unumque pollicem finditur, uti in Simiis; quorum ope prehendunt ſibi neceſſaria requiſitos in uſus. Criſpatâ caudâ ſuâ firmiſſimè alicubi ſeſe adfigere valent.

Num. 2.

N°. 4. Tatu *Femelle, ou Armodillo femelle d'Afrique.*

Elle reſſemble parfaitement au *Tatu* dont nous venons de parler, ſeulement les trois grands boucliers qui couvrent ſon corps ne ſont point ſi bien marquez, ni ſi diſtinctement. Sa queuë d'un bout à l'autre eſt couverte d'un bouclier plein d'écailles. Car la queuë ne pouvant être cachée ſous ces boucliers à cauſe de la largeur du corps, la nature en échange l'en a muni. Pour la tête, les pattes, & les pieds, elle peut les cacher ſous les boucliers étendus & larges du bas ventre.

N°. 5.ˣ *Oiſeau du Paradis, Oriental, à Crête, très-rare.*

Ces ſortes d'Oiſeaux ſont fort rares, parce qu'on ne nous les apporte que rarement, & des pays les plus éloignez de l'Orient où ils naiſſent. Leur tête & leur col ornez d'une longue & magnifique crête, ſont couverts de plumes très-noires. Leur queuë eſt partagée en deux plumes, très-longues, emplumées, d'un rouge clair, qui eſt auſſi la couleur des aîles & de la partie ſuperieure du corps; les plumes du deſſous du ventre ſont d'un cendré clair, les pieds & les doigts des pieds d'une couleur plombée, munis d'ergots fins & recourbés; le bec a la même couleur des pieds, il eſt long, recourbé, & finiſſant en pointe. *Aldrovandus* nous a repreſenté cinq diverſes eſpeces de ces oiſeaux, par des figures, qui au reſte ne marquent pas bien leur veritable nature, & paroiſſent moins tirées d'après l'original, qu'imitées & priſes d'autres objets.

TRENTE ET UNIEME PLANCHE.

N°. 1. *Rat ſauvage, d'Amerique, Mâle, nommé* Scalopes.

Les Grecs l'ont appellé ἄγριος, & les habitans du Breſil le nomment *Marmoſa*. Nous l'avons repreſenté couché, le corps droit, afin qu'on pût voir ſon ventre, d'où pendent de gros & grands Teſticules, marqués par la lettre A, aſſez ſemblables aux Tettes de la brébis; plus en arriere, vers la queuë, descend ſa Verge. Voyez la lettre B. Dans divers de ces Animaux, ces parties ſont ſituées differemment, beaucoup ayant leurs Teſticules pendans de la partie de derriere, au lieu que dans celui-ci, ils ſe trouvent cachés ſous la peau du bas Ventre, accruë par deſſus; ce qui ſemble fait exprès par la nature, & ſe rencontre ainſi dans les plus jeunes, comme nous l'avons repreſenté ſous la lettre A A. La tête de cet Animal eſt de la forme de celle du Renard, terminé en pointe; ſon Muſeau eſt peu different de celui du côchon; il s'en ſert pour foüir la terre, y chercher ſa nourriture & ſe creuſer des tanieres qui le mettent à couvert des autres bêtes feroces. Ses yeux ſont grands, noirs, defendus de tous côtés par des poils d'un rouge foncé. Ses oreilles ſont larges, pendantes, presque chauves, garnies ſeulement de quelques poils clair ſemés. Mais la levre de deſſus porte une longue mouſtache, & toute la partie ſuperieure du corps eſt veluë de poils d'un rouge chargé, & d'un jaune clair ſur le ventre & le front. La queuë qui eſt longue & friſée, & les pieds blanchâtres n'ont point de poils. Chaque pied a comme le Singe quatre doigts & un pouce, desquels ils ſe ſervent pour leurs divers uſages. Leur queuë leur ſert à s'attacher & ſe cramponer par tout.

N°. 2. La

x Buff. edit. Tourrat. Vol. P. 288. T4.






Fig. 2.
Fig. 1.
Fig. 10.
A
A
B
B B
Fig. 7.
Fig. 3.
Fig. 4.
C
C
Fig. 6.
Fig. 8.
Fig. 5.
D
Fig. 9.



Num. 2. *Muris, ſylveſtris, Americani, fœmella.*

Convenit hæc omninò cum ſuo mare, cujus tamen ubi teſticuli locantur, ibi ubera in hâc prominent parva, longa, ſeptena, vel novena, quorum totidem lacte turgent, quot muſculis lactentibus gaudet, quippe qui tamdiu ſugunt, donec quaſi ablactati proprio victui quærendo pares ſint. Exhibent hos lit. BB. & CC.

Num. 3. *Mus, Africanus,* Kayopolin *dictus, mas.*

Altera hæc Murium ſpecies, idem tamen ad genus cum priore pertinens, natali tantum loco differt. Maſculus hic ſuis gaudet generationis partibus, uti præcedens Num. 1, niſi quod teſticuli profundius intra cutim defoſſi hæreant: paulò etiam craſſius ejus caput eſt, & in omnem dimenſionem magis tumet: ita & cauda tantillum craſſior eſt, & ex ſaturatè ſpadiceo maculata, non tamen criſpata. Vid. *Nieremberg.* & *Jonſton fol.* 140.

Num. 4. *Mus, ſeu Sorex, ſylveſtris, Americanus, mas.*

Tertia hæc Murium ſpecies, Surinamenſis, cum catulis ſuis, dorſo inſidentibus, ſeſe proripit, ubi ab alia quadam fera in fugam vertitur. Oculi mirè lucidi piloſo circulo, ſaturatè fuſco, in ambitu veſtiuntur. Corporis ſuperna pars, ex ruffo helva, molli lanugine tecta eſt. Venter totus ex ſubflavo albicat; ejuſdemque coloris & roſtrum eſt unà cum fronte & pedibus. Auriculæ nudæ, rigidulæ. Labium ſuperius prolixa barbâ hiſpidum. Binæ ſetæ quaſi ſuillæ, pellucidæ, ſupra quemlibet oculum conſpiciuntur. Dentes, uti in Gliribus, acuti ſunt & pungentes. Per caudam dilutè coloratam, nudam, ſaturatè ſpadiceæ maculæ diſperguntur, quibus fœmellæ carent.

Num. 5. *Muris, ſylveſtris, Americani, fœmina.*

Animalcula hæc, catulos ſuos ſupra dorſum ferentia, dum alicubi victum quærentia fugantur, hos confeſtim convocant, ut per criſpatam matris caudam hujus in dorſum eſcendant, cui innixi quantocyus caudulas ſuas circum matris caudam contorquent, & inſtinctu quodam naturali ad hanc ſeſe firmant in fugam prompti, ſeque in antra ſua recepturi. Grunniunt autem catuli inſtar Porcellorum. D. *Maria Sibylla Merian* in hiſtoria inſectorum Surinamenſium Muris hujusce & iconem, & deſcriptionem exhibuit, quæ cum noſtrâ omnino convenit; niſi quod dorſi color haud adeo ruffus, verum ex fuſco gilvus, nec venter emaculati ſit candoris, ſed cum aliqua flavi miſturâ: neque & pedum digiti, avium æmuli, magnis armantur unguibus, uti icon Ejus repræſentat. Sunt equidem pedes in quinque quaſi digitos fiſſi, manusque Simiorum referunt, quatuor nimirum digitis unoque pollice donati: at horum antici omnes brevibus obtuſisque unguibus muniuntur; ſimilibusque poſtici etiam pollices, dum reliqui digiti minutis acutisque gaudent. Uberum habitus idem ac Num. 2. deſcripſimus.

Num. 6.

N°. 2. *La femelle du Rat ſauvage d'Amerique.*

La ſtructure des parties de la femelle eſt la même que celles de ſon mâle, excepté qu'à la place des Teſticules, ſont ſes Tettes petites, longues, au nombre de ſept ou de neuf, dont chacune ſe remplit de lait, à proportion du nombre des petits qu'elle allaite, juſqu'à ce qu'ils ſoient en état de chercher leur nourriture. Ces Tettes ſont repreſentées par les lettres B.B. & C.C.

N. 3. *Rat d'Afrique, Mâle, nommé* Kayopolin.

Cette ſeconde eſpece de Rat, eſt du même genre que le precedent, & ne differe que par le lieu de ſa naiſſance. Les parties de la Generation de ce petit Rat ci, ſont de même que dans le Rat repreſenté au N°. 1, ayant ſeulement ſes Teſticules cachez plus profondement ſous la peau. Sa tête eſt auſſi à tous égards plus groſſe, ainſi que ſa Queuë, qui au reſte n'eſt pas friſée, mais tachetée d'un rouge foncé. Voyez *Nieremberg* & *Jonſton* Fol. 140.

N°. 4. *Rat, ou ſouris ſauvage, d'Afrique, Mâle.*

Cette troiſiéme Eſpece de Rat de Surinam, ſe ſauve avec ſes petits mis ſur ſon dos, quand elle eſt pourſuivie de quelque autre animal ſauvage. Ses yeux ſont brillans, garnis tout autour de poils d'un jaune foncé. La partie ſuperieure du corps eſt couverte d'une fine laine d'un roux tirant ſur le rouge clair. Tout le ventre eſt d'un jaune blanchâtre, de même que le muſeau, le front, & les pieds; les oreilles nûes, aſſes roides; la levre de deſſus fort barbuë, & d'une barbe longue. On remarque ſur chaque œil deux longs poils, transparens, tels que des poils de cochon. Ses dents ſont comme celles du Loir, pointuës, piquantes; la Queuë eſt ſans poils, peu colorée, & marquetée de taches d'un rouge obſcur, qui n'exiſtent point dans la femelle.

N°. 5. *Femelle du Rat ſauvage d'Amerique.*

Ces ſortes de petits Animaux quand ils ſe trouvent pourſuivis & mis en fuite par quelques autres bêtes, au tems qu'ils cherchent leur nourriture, la Mere les appelle promptement, pour qu'ils montent par ſa queuë friſée ſur ſon dos, à laquelle par un inſtinct naturel ils ſe tiennent fermement attachés, entrelaſſans leurs petites queuës avec celle de la mere, & par ce moyen ſe ſauvent avec elle dans ſa taniere. Le Grognement des petits de ces Animaux imite le cri des petits cochons. *Mlle. Mar. Syb. de Merian* dans ſon Hiſtoire des Inſectes de Surinam, donne une figure & une description de cette eſpece de rats, très conforme à la nôtre, avec ces ſeules differences, que la couleur du dos de celui-ci n'eſt pas ſi rouſſe, ſon ventre d'une blancheur mêlée de jaune, ni les doigts des pieds ſemblables à ceux des oiſeaux, mais qu'ils ſont armés de grands ongles, comme nous les avons depeints. Les pieds ſont fendus en quatre doigts & un pouce, ſemblables aux mains des Singes, ceux de devant ſont munis d'ongles courts & aigus, & les pouces des pieds de derriere également. La figure des Tettes eſt la même que celle qui eſt decrite au N°. 2.

Num. 6. *Muris, ſylveſtris, Americani, fœmina.*

Quarta hæc ſpecies à Græcis Ἄγριος appellatur, quum ſylvas incolat. Dicitur autem mire fœcunda eſſe, & quolibet bimeſtri ſpatio 9, 10 ad 12 catulos procreare; uti in hâcce patet, quæ 12 fœtus ſimul effudit, quorum bini, etiamnum papillis adhærentes, & inter ſugendum capti, adfuſo deſuper liquore, uberibus immortui ſunt. Capite priori ſimilis eſt hæc ſpecies: at dorſi color obſcurè ruber eſt, ventrisque helvus. Cauda brevis, craſſa: pedumque digiti omnes parvos acutosque in ungues deſinunt. Catuli adhuc puſilli & nudi ſunt. Araneis veſci iſthanc ſpeciem, pro vero perhibetur.

Num. 7. *Glis, ſeu Mus Avellanarum, Americanus, agreſtis, albus.*

Et hæc quinta ſpecies in ſylvis & agris commoratur, acceptum ſibi pabulum in his quærens. Tota alba eſt, & tenui longoque capite, roſtroque veluti ſuillo donata, cui longi dentes inſident, confringendis nucibus aptati: auriculæ breves, rotundæ: barba denſa & prolixa: corpus breve, at latum, ut Muris aquatici, raris, craſſis & transparentibus pilis veſtitur: pedes noſtratium Glirium æmuli.

Num. 8. *Mus, ſeu Sorex, Americanus, major, agreſtis, capite grandi, pullus.*

Sexta demum ſpecies iſthæc, per dorſum ex ruffo lutea, caudam pedesque ſubtus ex flavo albeſcentes exhibet. Juniori pilus nondum ſuccrevit. Caput latum, tumens, albicat, inſignes & glabras erigens auriculas. Oculi adhucdum occluſi ſunt, more catulis modò natis proprio: barba interim ſatis prolixa eſt, pilique longi utrinque ſub auribus rigent. Pedes uti Num. 3. Adulta hæc ſpecies mediocrem Felis magnitudinem exæquat.

Num. 9. *Sceleton Muris, domeſtici, noſtratis, albiſſimum, nulla parte mutilum.*

Num. 10. *Avicula,* de Quauhcilui *dicta, caudâ longâ, magnitudine Paſſeris noſtratis.*

Mexicana hæc avicula, roſtro prædita longiſſimo, pennas gerit griſeas, ex rubro amœniſſimo & flavo variegatas. Ex Uropygio binæ protenduntur pennæ, longiſſimæ, prorſus rubræ. Pectoris ventrisque dilutam flavedinem rubri miſcela intendit. Caput eleganter griſeum eſt; roſtrumque ſplendore viridi refulget. Pedes cum unguibus ſatis groſſi.

TABULA

N°. 6. *Femelle du Rat ſauvage d'Amerique.*

Cette quatrieme Espece quand elle habite les forêts, eſt appellée par les Grecs ἄγριος. L'on dit qu'elle eſt très-feconde, portant tous les deux mois jusque 9, 10, à 12 petits, comme celle-ci qui en mit douze au jour, dont deux ſe trouvent encore attachez aux Tettes, ayant été pris en les tetant, & ſont ainſi morts par quelque liqueur qu'on leur jetta deſſus: cette espece reſſemble à la precedente par la tête. Le dos eſt d'un rouge obſcur, & le ventre d'un rouge pale. La queuë eſt courte, groſſe, les doigts des pieds munis d'onglons aigus. Les petits ici repreſentés ſont tous jeunes, & nuds. On raporte pour une verité, que cette espece ſe nourrit d'Araignées.

N°. 7. *Souris, ou Rat d'Amerique, ſauvage, blanc, caſſant les Noiſettes.*

Cette cinquieme espece habite les Champs & les Forêts, y cherchant ſa vie. Elle eſt toute blanche; la tête longue & peu groſſe; le muſeau de cochon, garni de longues dents avec lesquelles ils caſſent les noix; leurs oreilles ſont courtes, rondes, la Barbe grande, épaiſſe; le Corps court, large, comme du Rat d'eau, garni de poils, gros, transparents, en petite quantité. Ses pieds imitent ceux de nos Rats ordinaires.

N°. 8. *Rat, ou Souris d'Amerique, groſſe, ſauvage, à grande Tête.*

Cette ſixieme espece a le dos d'un roux qui tire ſur le jaune, la queuë, & le deſſous des pieds, d'un jaune blanchâtre. Le poil n'eſt pas encore venu au jeune Rat ici depeint. Leur tête eſt, groſſe, large, les oreilles grandes, ſans poil. Les yeux du nôtre, ſont encore fermés, comme le ſont ceux des chats nouveaunés. Néanmoins ſa barbe eſt aſſez longue; l'on voit ſous ces oreilles de chaque côté de longs poils, forts: ſes pieds tels qu'au N°. 3. ſont presque auſſi grands que les pieds d'un Chat.

N°. 9. *Le Squelette entier d'un de nos rats domeſtiques, d'une grande blancheur.*

N°. 10. *Petit Oiſeau, à longue queuë, de la groſſeur de nos Moineaux, appellé* De Quauhcilui.

Ce petit Oiſeau du Mexique a un très-long bec, un plumage gris, varié de jaune, & d'un très-beau rouge: il nait du croupion, deux plumes très-longues, & toutes rouges. La poitrine & le ventre ſont colorés d'un jaune clair mêlé de rouge. La tête eſt d'un beau gris; le bec verd; les pieds & les ongles aſſez gros.

TREN-






Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 4.
Fig. 3.
Fig. 6.
Fig. 5.
Fig. 8.
Fig. 7.
B A B



TABULA TRIGESIMA ET SECUNDA.

Num. 1. *Talpa, alba, nostras.*

Pili ejus breves, albi, sericum crudum mollitie referunt. Corpus oblongum, turgidulum, subrotundum: rostrum acutum, suilli æmulum, terræ fodiendæ est aptatum; cui & operi subserviunt pedes antici, lati, grandes, pilis orbi, albicantes, intorti quasi, & situ præpostero è corpore porrecti, in quinos distincti digitos, inter se connexos, fortibusque & acutis unguibus armatos: his enim, invito etiam colono, utuntur isthæc animalia ad agros suffodiendos, subque erutâ, & in longum aggeratâ terrâ cuniculos formant, non profundos quidem, sed sub ipsâ mox terræ superficie decurrentes; quos usque eò fodiendo protendunt, donec ad locum devenerint, ubi solum laxius, minus compactum, facile in antrum excavari potest, in quo delitescant, aggere desuper accumulato recondita. Cauda mediocris magnitudinis, & crispula est.

Num. 2. *Talpa, rubra, Americana.*

Coloris hæc ex dilutè cinereo rubri, habitu membrisque priori similis est; nisi quod pedes antici aliter omnino fabrefacti sint, fissi quippe in tres digitos, quorum exterior unguem gerit maximum, longum, acutum, & levi curvaturâ prominentem; medius ipse minor, minore etiam ungue munitus est; interior verò admodum minutus. Pedes postici in quatuor abeunt digitos, æqualibus ferè unguiculis armatos.

Num. 3. *Talpa, Virginianus, niger, supinus.*

Pilus hunc vestit nigricans, tono pulcherrimo coloris saturatè purpurei coruscans. Supinum delineari curavimus, ut subtus conspicuus foret, qua rostrum & pedes optimè visui patent. Glabra est & alba cute, & examussim nostratibus similis, qui tamen nigerrimi prorsus, refractique luminis expertes sunt.

Num. 4. *Talpa, Sibericus, versicolor,* Aspalax *dictus.*

Pulcherrimus isthic variis refulget coloribus, quos inter præcipuè emicat tonus ex viridi aureus. Rostrum breve admodum & exiguum est, caputque & collum vix dignosci potest. Posticâ parte conglobatus caudâ caret. Antici posticique pedes se habent uti sub Num. 2. Græco nomine *Aspalax* vel *Spalax* gaudent; quum unguibus suis terram continuò fodiant & eruant.

Num. 5. *Talpa, Siberica, supina.*

Prioris fœmella hæc, cum mare suo & habitu & colore omnino convenit. Notandum tamen, quod hujus caput & rostrum pilo breviore, dilutè flavo, tegatur. Venter colorum tonis dilutior est, quàm dorsum. Nares in antica rostri parte patent, uti in Porcis. Rictum acuti dentes supra & infra obsident, instar Murium. Utrum mammillas gerant pro pullis suis lactandis, vix dubium videtur; licet extus haud conspicuæ

TRENTE-DEUXIEME PLANCHE.

N°. 1. *Taupe Blanche de nôtre Pays.*

Les Poils sont courts, blancs, doux au toucher, comme la soye cruë, son corps est assez gros, presque rond. Le Museau pointu, semblable à celui du cochon, lui servant à creuser la terre, de même que ses pieds de devant qui sont larges, grands, sans poils, blanchâtres, comme tortus, fendus en cinq doigts joints ensemble, armés d'ongles forts & pointus: ces animaux se servent de leurs pieds pour creuser dans les champs en depit des soins des Laboureurs. Ils élevent la terre en un monceau long, & forment dessous à peu de profondeur, leurs trous, qu'ils étendent jusques à ce qu'ils parviennent, à un terrain plus mol, dans lequel ils font une taniere, où ils se cachent en la recouvrant de terre. Leur queuë est d'une mediocre grandeur, un peu frisée.

N°. 2. *Taupe Rouge, d'Amerique.*

Cette Taupe est d'un Rouge tirant sur un cendré clair; elle ressemble beaucoup à la premiere, sinon que ses pieds de devant sont faits tout autrement, fendus seulement en trois doigts, dont le premier est muni d'un ongle très-grand, long, pointu, un peu recourbé. Le doigt du milieu est plus petit, de même que son ongle. Le troisiéme doigt est très-petit. Les pieds de derriere se fendent en quatre doigts, armez d'ongles presque égaux.

N°. 3. *Taupe de Virginie, noire, couchée sur le dos.*

Son Poil est noiratre, luisant, mélangé d'un pourpre foncé. Nous l'avons depeint couché sur le dos, pour qu'on puisse voir le dessous du Corps. Son museau & ses pieds paroissent aussi fort bien à la veuë. Sa peau est blanche, sans poils, parfaitement ressemblante à celle de nos Taupes, qui d'ailleurs est entierement noire, absorbant tous les rayons de lumiere.

N°. 4. *Taupe de Siberie, variée de diverses couleurs; on la nomme* Aspalax.

Cette Taupe est marquetée de diverses couleurs, parmi lesquelles domine l'or & le verd. Le museau est petit, court, la tête & le cou se peuvent à peine distinguer. Elle est fort ramassée dans la partie de derriere, & manque de queuë. Ses pieds de devant & de derriere sont conformez de même, que ceux que nous avons décrits au N°. 2. On nomme en Grec cette Taupe *Aspalax* ou *Spalax*, parce qu'elle fouït & creuse continuellement la terre avec ses ongles.

N°. 5. *Taupe de Siberie, representée couchée sur le dos.*

C'est ici la femelle du precedent, qui est son Mâle. Elle lui ressemble aussi parfaitement de figure & de couleurs. Nous remarquerons seulement, que la tête & le museau de cette Taupeci, sont couverts d'un poil plus court, & d'un jaune pâle. Son ventre est orné de couleurs plus frappantes que le dos: ses narines situées dans la partie anterieure du museau, sont fort ouvertes comme dans le pourceau. Ses dents de dessus & de dessous sont

conſpicuæ ſint. Plus certè quàm veroſimile eſt, illas tum demum protuberare, quando ſuos excluſere fœtus, uti in Glirium & Murium genere contingit: ſiquidem pro rato habendum, Conditorem ſapientiſſimum, qui, quotquot vitâ donavit, creatis optimè proſpexit, his quoque partibus Talparum fœmellas impertiviſſe. Porro id ſingulare hîc non prætereundum, quod in exoticis pariter ac noſtratibus Talpis pedes poſtici, haud aliter ac in homine, calcaneis præditi ſint, queis inter currendum ſeſe promovent.

Num. 6. *Sceleton Talpæ noſtratis.*

Inde patet longitudo capitis, collique brevitas, & quam firma ſint & curta oſſa, quaſi vi coacta; quum horum robore opus ſit ad terram eruendam. Roſtri extremum, cartilagineum, forti aponeuroſi veſtitum, oſſi firmiter inhæret. Ungues, Tendinibus quoque adfixi, in carne radicantur.

Num. 7. & 8. *Duo fœtus Tigridis Ceilonicæ.*

E matris ventre vivi exſecti ſunt, alter maſculus, quem pedibus innixum Num. 7 exhibet, fœmella altera, recubans, ſub Num. 8. Ambo elegantiſſimis per univerſum corpus maculis ornati ſunt, quarum inſigniores, poſticam corporis partem obſidentes, miram colorum variegationem oſtentant. Pedes, pariter maculati, in quatuor craſſos, obtuſoſque dehiſcunt digitos, brevibus parviſque unguibus munitos. Fœmellæ è medio hypogaſtrii quatuor protuberant papillæ, lit B notatæ. Umbilicus reſectus ſub lit. A conſpicuus eſt. Venter, thorax, & pedes ex cinereo dilutè flaveſcunt: dorſum verò, & maculæ, multò ſaturatioris coloris ſunt. Tigrides binos duntaxat fœtus ſimul parere, ex hâc patet, quæ pro catulo quovis bina gerit ubera. Indoli horum animalium deſcribendæ non immorabimur, quippe aliunde ſatis cognitæ. Æri autem incidi curavimus immaturos hosce Tygridum fœtus, ut eorum forma innoteſceret.

TABULA TRIGESIMA ET TERTIA.

Num. 1. *Cercopithecus, Americanus, minor,* Monkje *dictus, mas.*

Simiorum hæc minima ſpecies, plerumque *Monkje*, vel *Capitis mortui* nomen gerit; quum naſo ſimo & quaſi collapſo, oculiſque profundè intra orbitas ſitis, faciem ferè capitis emortui referat. Caput, anterius rotundum, atroſpadiceis pilis ad naſi usque radicem hiſpidum eſt; retrorſum verò magis elongatum, brevi capillo nigricante, uti ad frontem, horret. Vultus omnis piloſus eſt, & albicat, ad medium usque naſi, & oris ambitum, ubi nigredo regnat: rugæ illum plurimæ deformem faciunt. Auriculæ glabræ, majuſculæ, capiti appreſſæ hærent, uti in Homine. Minuti in ore dentes, molaresque; lingua lata; quin brachia etiam & manus, cumque pedibus crura, humani ferè corporis mentiuntur ſpeciem. Ungues breves ſunt, & tanquam paulò ante reſecti. Pedes poſtici calce, digitiſque, longiſſimis gaudent. Pili dorſales dilutius ſpadicei ſunt, quàm qui caput tegunt. Subtus à mento per ventrem usque, tum & ſub brachiis, & per internam femorum faciem, calva prorſus & nuda cutis eſt. Lumbos, externamque femorum partem, & pedes, paucus obſidet pilus, dilutè flaveſcens. Cauda longa, craſſiuſcula, qualis *Philandrorum*, aut *Murium majorum ſylveſtrium.* Hicce maſculus eſt: Fœmellæ hujus ſpeciei ubera gerunt binis papillis

ſont aiguës, ainſi que dans les Rats. Il ne faut pas douter qu'elles n'ayent des Tettes pour allaiter leurs petits, quoique ces Tettes ne paroiſſent point exterieurement, il eſt plus que vrai-ſemblable qu'elles ſortent au dehors quand elles ont mis bas, ainſi qu'il arrive aux Loirs, & aux Rats. Le Sage Createur qui a pourvu ſi admirablement à toutes les creatures, n'auroit point manqué d'accorder aux femelles des Taupes ces parties pour le beſoin de leurs petits. Au reſte nous ne ſaurions paſſer ſous ſilence une choſe aſſez ſinguliere, qui eſt que les Taupes étrangeres & celles de nôtre pays également, ont aux pieds de derriere comme les hommes des talons qui les aident à courir.

N°. 6. *Squelette d'une Taupe de nôtre pays.*

L'on voit par ce Squelette la longueur de la tête & la petiteſſe du cou de nos Taupes. Il paroit auſſi combien leurs os ſont forts & courts, leur ſervant par ce moyen à pouvoir mieux creuſer en terre; l'extremité du muſeau eſt cartilagineux, adherant fermement à l'os par une forte Aponeuroſe. Les ongles attachez à des tendons, prennent racine dans les chairs.

N°. 7. & 8. *Deux petits d'une Tigreſſe de Ceylan.*

On les a tiré vivans du ventre de la Mere. L'un eſt un Mâle, qui eſt repreſenté au N°. 7. droit ſur ſes pieds. L'autre eſt une Femelle depeinte couchée au N°. 8. Tous deux ſont tachetez par tout le corps, principalement & d'une maniere très-variée à la partie de derriere. Leurs pieds également tachetez ſe fendent en quatre doigts gros, obtus, armés d'ongles petits & courts. Du milieu de l'Hypogaſtre de la femelle ſortent quatre mammelons, repreſentez par la lettre B. L'umbilic coupé eſt depeint ſous la lettre A. Le Ventre, la Poitrine, & les Pieds ſont d'un jaune clair. Les taches du dos ſont très-foncées. La Tigreſſe ne met bas que deux petits à la fois, ce qui paroît par celle-ci qui n'a que deux Tettes pour nourrir ſes deux petits. Nous ne nous attacherons point à depeindre le naturel des Tigres, aſſez connu de tout le monde. Nous avons donné dans cette figure la repreſentation de deux petits d'une Tigreſſe, qui n'étoient pas encore bas, pour faire connoître leur figure dans cet état.

TRENTE-TROISIEME PLANCHE.

N°. 1. *Singe d'Amerique, petit, Mâle, nommé* Monkie.

Cette espece de Singe très-petite s'appelle ordinairement du nom de *Monkje*, ou *Tête Morte*, parce que par ſon nez camus, qui paroit comme tombé, & ſes yeux enfoncez profondement dans leurs orbites, il ne reſſemble pas mal à une tête de mort. Sa tête eſt ronde en devant, toute veluë jusqu'à la racine du nez, de poils d'un noir qui tire ſur le rouge. Le derriere de la tête qui eſt plus alongé, eſt couvert de cheveux noiratres. Tout le viſage eſt velu, & d'une couleur blanchâtre, jusqu'autour du milieu du nez & de la bouche, où regne une couleur noire: beaucoup de rides contribuent à l'enlaidir. Des oreilles ſans poil, aſſez grandes, ſont attachées à ſa tête de la même maniere que chez l'homme. Il a de petites dents, propres à broyer ſa nourriture; une langue large, bras, mains, pieds & jambes tels que l'homme; de petits ongles qui ſemblent un peu coupez; ſes pieds de derriere ont un talon, & de très longs doigts. Les poils qui couvrent le dos ſont d'un rouge moins chargé, que ceux de la tête; mais depuis le menton jusqu'au ventre ſous les bras, à la partie interne des cuiſſes, la peau eſt entierement chauve, & la partie exterieure des cuiſſes, les pieds, & les reins n'ont que très-peu de poils, qui ſont d'un jaune clair. Sa queuë eſt longue, aſſez groſſe, à peu près telle que celle des gros Rats ſauvages.

Le Singe ici repreſenté eſt un Mâle. Sa femelle a comme la femme, deux mammelles, & deux mammelons: nous ne nous étendrons






TAB. XXXIII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
A
B



papillis prædita, non secus ac mulieres. Neque jam Simiorum ulterius prosequemur historiam, quippe quæ variis in libris exhibita reperiri potest: interim tot simul figmenta huic intersparsa sunt, ut quæ leguntur, aut narrantur, nonnisi circumspecte pro veris assumi debeant.

Num. 2. *Ai, seu Tardigradus, gracilis, Americanus.*

Idiomate Belgico *Luiaardt*, Lusitanis *Pezillo ligero* & *Priguiza* audit: vel habitus ipse externus nativam hujus Animalis pigritiem indicat, quod loco quodam defixum hæret diutissimè, præ segnitie non nisi rarissimè sedem mutare affectans. Vultu interim amico gaudet, & irrisores suos vicissim quasi deridere videtur. Oculi exigui, velut in dormiturientibus, connivent. Tot & tam longi è capite extant capilli, ut faciem, albam cæterùm, brevibusque pilis obsitam, tantum non contegant. Sic corpus universum, sic femora, pedesque, constituta sunt, unde rudis ille & impolitus habitus emergit. Pilus ex griseo quasi variegatus est, albissimus hîc, ex atro griseus alibi; per ventrem verò, maximam partem, prorsus albicat. Auriculæ nullæ extus, sed tantum foramina ibi loci conspiciuntur. Crura & pedes tam crassa & plumbea sunt, quasi ex ursis junioribus desumta forent. Pedum quilibet ternis munitus est unguibus, magnis, incurvis, quorum ope arboribus adhæret Animal, ibique defixum requiescit, foliis & fructibus earundem vescens. Quum autem hocce genus Animalium in Indiis Orientalibus, præcipuè verò in insulâ Ceilanensi, reperiatur, Tardigradum hunc, tanquam Arbori Camphoriferæ, *Cusnoky* dictæ, in Japoniâ crescenti, insidentem hîc ad vitam curavimus delineari.

Num. 3. Cusnoky, *seu Camphora Japonica vera, baccifera.*

Ramus hic, ad vivum sculptus, è celeberrimo Musæo Nob. & Ampl. D. *Nicolai Witsen*, Consulis Amstelædam: depromptus est, cui Viro ex Japoniâ erat transmissus, addita descriptione, quæ ex Teutonico in Latinum versa ita habet.

Cusnoky grandis est & crassa arbor, dilutè viridi fronde, sensim, ubi ad ultimum incrementi sui terminum pervenit, flavescente, venusta. Folia hæc, præprimis autem fructus, insignem spirant Camphoræ odorem. Fructus singuli, vel bini simul, è longo pendent petiolo, suntque dilutè virides, rotundi, breves, &, instar Glandium nostratium, calyce succincti saturatè viridi. Magnus harumce arborum numerus per Japoniæ saltus provenit, quarum nonnullæ tanta sunt crassitie, ut juncta binorum virorum brachia ambitum earum vix queant emetiri. Ex earum radicibus concinnas effingunt mensulas Japoniæ incolæ, qui has affabrè excidere norunt: quod inde reliquum est radicis, aut ligni, unà cum ramulis tenerioribus, minutim in frustula, articulum digiti longa, conciditur, quæ dein ferreo aut æneo lebeti, aquâ pleno, injecta per horas 48 decoquuntur; lebetibus imposita sunt opercula, quæ, instar Alambicorum, collis in altum surgentibus, cavis, Camphoram unà cum vapore elevatam sistunt: hæc verò tum, ubi omnia refrigerata sunt, inde exemta servatur. Furni, in quibus ampli intus & lati lebetes ad validum ignem deponuntur, è duro lapide constructi sunt, & parte supernâ fumario, infernâ autem foramine, pro submittendis lignis, patent.

Num. 4.

étendrons pas plus au long sur l'histoire des Singes, qu'on peut lire en divers livres. Mais nous devons remarquer qu'on a mêlé à leur histoire beaucoup de contes & de fables, en sorte qu'on ne doit croire qu'avec une grande circonspection, ce qu'on nous en raconte, ou ce que nous en lisons.

N°. 2. Ai, *ou l'Animal* Pareßeux *d'Amerique, au corps grêle.*

Les Hollandois le nomment *Luyars*, ce qui veut dire *pareßeux*, & les Portugais *Pezillo ligero*, ou *Priguiza*. En effet la forme du corps de cet Animal marque assez sa paresse naturelle, demeurant très long tems dans un même lieu, & n'en changeant par paresse que fort rarement. Il paroit bon de face, semblant cependant se moquer de ses railleurs. Ses yeux sont petits, qu'il ferme & ouvre comme les personnes qui ont envie de dormir. Sa tête est garnie de beaucoup de longs cheveux qui s'étendent sur sa face, qui au reste est blanche, couverte de petits poils. Son corps, ses jambes, & ses cuisses sont constitués de maniere que cet animal paroit informe, & mal figuré. Son poil est varié tantôt de gris, tantôt de blanc; sur la plus grande partie du ventre il est tout à fait blanc. Ses oreilles ne paroissent point exterieurement, mais l'on s'aperçoit de trous faits à la place; ses jambes & ses pieds sont gros, lourds, à peu près comme dans les jeunes ours. Chacun des pieds est armé de trois ongles, grands, recourbés, au moyen desquels il s'attache aux arbres, y demeure cramponé, s'y nourrissant des feuilles & des fruits.

Comme cette espece d'Animal se trouve dans les Indes Orientales & particulierement dans l'Isle de Ceylan, nous avons representé celui-ci au naturel, sur l'Arbre du Japon qui porte le Camphre, & qu'ils nomment *Cusnoky*.

N°. 3. Cusnoky, *ou le veritable Arbre du Japon qui produit le Camphre, & porte des Bayes.*

Ce Rameau-ci, depeint d'après nature, a été pris de l'Illustre Cabinet de Curiosités, de Monsieur *Nicolas Witsen* Bourgmestre d'Amsterdam, à qui on l'avoit envoyé du Japon, avec sa description que nous rendrons en François.

Le Cusnoky est un gros & grand Arbre, portant de belles feuilles vertes, qui étant formées tirent insensiblement sur le jaune. Elles ont une odeur considerable de Camphre, & principalement le fruit. Ce fruit est attaché un à un, ou deux à deux, à une longue queuë; sa couleur est d'un verd clair; il est rond, court, à peu près comme le Gland de nôtre pays, renfermé dans une coque d'un verd foncé. Cet Arbre croît en abondance dans les forêts du Japon, qui en produit quelques-uns d'une grosseur si considerable, que deux personnes auroient peine à les embrasser. Les Japonois font d'une partie des Racines de cet Arbre qu'ils savent couper avec art, de petites Tables fort jolies. Ils coupent le reste de la Racine, & les rameaux les plus tendres, par petits morceaux, de la grosseur d'une des articulations du doigt, qu'ils cuisent pendant quarante-huit heures dans des chaudieres de fer ou de cuivre. Ils couvrent en même tems ces chaudieres de couvercles, en façon d'Alembics, creux, à long col, & qui servent à retenir le Camphre & la Vapeur qui s'éleve par le moyen du feu: Quand le tout est refroidi ils ramassent ce Camphre & le conservent. Les Fourneaux dans lesquels on met ces larges chaudieres sous un grand feu, sont faits de pierres dures; au haut du fourneau, est une ouverture pour y faire passer la fumée, & au bas un autre trou pour y fourrer le bois qu'on brûle à ce dessein.

Num. 4. *Tardigradus, Ceilonicus, catulus.*

Omnino alia hujus est, quam præcedentis sub Num. 2, forma: juvenculus enim hic sine pilis est; ideo tamen haud minus easdem in arbores enititur. Differt autem & à priore, quod rictu parvum canem æmuletur; auriculæ breves & rotundæ capiti quam proximè adstent, & pedes antici nonnisi binos digitos totidemque ungues gerant, quorum tamen in aliis plerumque terni tam anticis quam posticis in pedibus occurrunt.

Num. 5. *Vipera, Ceilonica,* Æhætulla, *id est, oculis infesta; mas.*

Nomen *Æhætulla* inde habet, quod perhibeatur, per emissos ex oculis radios homines, ipsam diu adspicientes, veneno inficere. Quæ tamen, meo quidem judicio, anilis tantum fabula esse videtur: si enim infestæ adeo & malignæ in hominem forent hæ Viperæ, haud certè dubitandum, quin Æthiopes ab illis capiendis pulchrè abstinerent. Oculi admodum exiles, supra nares, ad anteriora rictûs siti sunt, videnturque ferè quaterni, quum utrinque ad maxillæ superiora binæ occurrant maculæ albicantes, oculorum æmulæ. Nasum squamæ aliquot insigniores obtegunt. Rhomboideas dorsi squamas serpentino flexu picta quasi catena, atrospadicea, ornat; dum ventrem dilutè luteum subruffæ maculæ distinguunt, cujus squamæ albedine lurida infectæ sunt. Testiculi grandes, pyri instar, coaliti, & undequaque spinis horridi acutis, sub lit. A conspiciuntur.

Num. 6. *Serpens, Ceilonica, putida, lutei coloris,* Hotambœia *dicta.*

Caput ejus cucullo ruffo, magnisque squamis, dilutè luteis, tectum est. Squamas, saturatè flavas, bini insuper ruffi annuli distinguunt. Cætera corporis superna pars unicolor est. Ventrales squamæ dilutius flavent. Prope foramen, quod ad caudæ exortum conspicitur, squamæ transversales transformantur, ibique acuta cauda mediâ quasi suturâ cohæret, vid. lit. B, quæ isthoc foramen indicat. Plurimis autem in Serpentibus hoc ita se habet.

TABULA TRIGESIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Tardigradus, Ceilonicus; fœmina.*

Hæc mater est catuli, præcedente Tabula, sub Num. 4, exhibiti, ex insulâ Ceilonensi mihi transmissa. Capite & ore hæc species omninò discrepat ab Americanis. Nates posticitus, femora, pedesque, uti in Ursis, pilis densissimis, lanam quasi referentibus, hispida sunt; id quod & reliquum per corpus obtinet. Pedes antici nonnisi binos gerunt incurvos, & longos ungues, postici verò ternos. Dum arbores conscendere tentant hæc Animalia, longis suis nituntur pedibus, qui à natura ita comparati sunt, ut pro lubitu flecti, & ad peragenda quævis necessaria torqueri queant. Clamor, quem edunt, *Ai, ai, ai,* sonat, unde & nomine *Ai* insignita sunt. Fœmella hæcce coloris est saturatè helvi per corpus supernum, dilutè verò

N°. 4. *L'Animal dit le* Pareffeux *de Ceylan; un des petits.*

Sa figure est toute differente de l'autre que nous avons decrit au N°. 2. Car celui-ci qui est un jeune, n'a point de poil, & cependant il grimpe également sur les mêmes arbres. Il differe du premier en ce que son museau imite celui d'un petit chien; les oreilles sont courtes, rondes, collées fort près de la tête; ses pieds de devant n'ont que deux doigts, & deux ongles, au lieu que ces sortes d'animaux ont d'ordinaire trois doigts, tant aux pieds de devant, qu'aux pieds de derriere.

N°. 5. *Vipere de Ceylan, Mâle, nommée* Æhætulla, *c'est-à-dire venimeuse par ses yeux.*

Cette Vipere porte le nom d'*Æhætulla*, parce qu'on raconte, qu'elle tuë les hommes qui la regardent longtems, par des rayons qu'elle jette de ses yeux sur eux. Ce qui me paroit un conte de vieille, car si ces animaux étoient si venimeux, & si mechans à l'égard de l'homme, il ne faut point douter que les Ethiopiens ne se gardassent bien d'oser les prendre. Ses yeux sont petits, situés sur les narines au devant de la bouche. Il semble qu'il y en a quatre, car au dessus de la machoire, de chaque côté, paroissent deux taches blanchatres, semblables à des yeux. Le Nez est couvert de quelques écailles assez grosses, & le dos d'écailles Rhomboides, ornées comme d'une chaine noire & rouge, qui va en serpentant. Le ventre est d'un jaune clair, marqueté de tâches roussatres, & garni d'écailles d'un blanc jaunatre: les Testicules grands, rassemblés en forme de poire, herissés par tout d'épines pointues. Ils sont representés sous la lettre A.

N°. 6. *Serpent de Ceylan, puant, de couleur jaune, appellé* Hotambœia.

Sa tête est couverte d'une espece de Capuchon roux & de grandes écailles d'un jaune clair. Elle est revêtuë d'autres écailles d'un jaune foncé, separées par deux anneaux d'une couleur rousse. Le reste du corps est d'une même couleur. Seulement les écailles qui tapissent le ventre sont d'un jaune plus pâle. On aperçoit près d'un trou qui se rencontre à l'origine de la queuë des écailles qui la traversent, à l'endroit où la queuë est jointe par une suture moyenne. Voyez la lettre B qui indique ces trous. On remarque cela dans plusieurs Serpens.

TRENTE-QUATRIEME PLANCHE.

N°. 1. *Pareſſeux femelle de Ceylan.*

C'est ici la mere du petit que nous avons rapporté sous le N°. 4. de la planche precedente, & qui m'a été envoiée de l'Isle de Ceylan. Cette espece a la tête & la gueule entierement differentes des Pareſſeux d'Amerique. Les fesses, les cuisses, & les pattes sont, comme dans les Ours, couverts de poils rudes, très épais & qui ressemblent presque à de la laine, ce qui a lieu aussi sur tout le reste du Corps. Les pattes de devant n'ont que deux ongles longs & crochus, & celles de derriere en ont trois. Lors qu'il s'agit de monter sur les arbres, alors ces animaux s'élevent sur leurs longs pieds que la nature a formez de maniere qu'ils peuvent s'en servir pour se remuer avec toute l'agilité nécessaire.

Le cri que jettent ces animaux est ai, ai, ai, ce qui fait que cet *Ai* est un des noms qu'ils portent. Cette femelle est par le corps


TAB. XXXIV.
P. Tanjé fecit.





Fig. 3.

Fig. 4.

Fig. 1.

B

Fig. 2.

A

verò cinerei subtus. Auriculæ planæ quàm proximè capiti adpressæ sunt, uti in Hominibus, & capitis crine obteguntur. Bina autem in pectore, inter anticos pedes, gerit ubera; quum, uti diximus, sexûs fœminini sit; unde forte conjicere datur, speciem hancce unum duntaxat fœtum partu quovis edere. Cauda eis nulla, dum Tardigradi Americani curtâ obtusâque gaudent.

TABULA TRIGESIMA ET QUINTA.

Num. 1. *Animalculum Cynocephalum, Ceilonicum,* Tardigradum *dictum, Simii species; mas.*

Immeritò sanè *Tardigradum* hocce vocatur Animalculum, quippe quod nequaquam segne aut ignavum est, prout longitudo & gracilitas femorum & brachiorum, corporisque universi similis habitus affatim docet. Quin contra alacre est gressu, inque conscendendis arboribus admodum velox. Formâ & gestibus Simios æmulatur, quibuscum & in multis convenit, os exceperis, & nasum, utpote qui intropressus quasi, & angustè protensus extat, unde canini ferè capitis figura emergit. Olfactu pollet acutissimo. Caput supra teres est, non minus ac auriculæ, quæ latæ pariter, præ tenuitate pellucentes, glabræ, & pilis orbæ sunt, coloris dilutè cinerei. Rictus acutis scatet denticulis. Qui totum corpus obsidet pilus subruffus est, longus, laneus quasi, & Serici instar mollissimus, Talparum ferè lanuginem referens, per dorsum paulò magis ad fuscum vergens, subtus verò dilutior. Longa & gracilia crura pili quidem investiunt, at tenues adeo rarique, ut alba pellis transpareat. Pedes in quatuor digitos unumque abeunt pollicem, cujus extremus articulus cæteris tumidior est; digitos interim Hominum & Simiorum omnes illi æmulantur, brevibusque & latis unguibus muniti sunt: præter verò digitos longus, acutus & incurvus unguis prope pollicem eminet, uti in avibus, quo corporibus sese adfigere firmiter & scalpere potest Animal. Marem hæcce icon sistit, membrumque genitale sub lit. A conspicuum est. Testiculi ano prope adsident satis insignes & lati. Cauda iis nulla, ne talis quidem, qualis Tardigradis, est. Seminibus & fructibus procerarum arborum vivunt, quos, exemplo certè notatu dignissimo, masculus pro fœmellâ suâ ab arboribus carpit, & prægustat, utrum grati saporis sint, antequàm fœmellæ porrigat: unde hæc vicissim mirè deperit suum marem, & si fortè inertiorem esse contigerit, ad Venerem excitat. Eorum historia habetur apud D. *Tancred. Robinson*, & D. *Charleton* in *Musæo rarissimorum Animalium*, ubi inter Simios numerantur: quò & a *Raio* in *Synopsi Animalium p.* 245. relata sunt.

Num. 2. *Fœmina prioris Animalculi,* Tardigradi *dicti.*

Convenit hæc in omnibus cum mare suo, exceptis mammis & partibus generationi dicatis. Ubera ei bina eminent, quatuor papillis donata; quum catulos quatuor singulo partu edat, quorum hinc cuilibet una præsto est papilla. Ita quippe in his efformandis sese gessit Natura, ut cunctis æquè Animantibus ac Homini prospectum foret, donec, pro suo quodlibet genere & more educatum, victui proprio corpore quærendo, & quasi lucrando par esset. Fœmella hæc utrinque ad latus capitis, juxta aures, binos è longis crispatisque capillis fasciculos gerit, qui in collum usque penduli haud leve ornamentum conciliant. Dorsi pili paulò dilutioris sunt coloris, ventrisque magis fusci, quàm quidem in mare.

Num. 3.

corps d'un incarnat foncé, & sous le ventre d'un cendré clair. Ses oreilles plates & collées de même que celles des hommes sont couvertes par les poils de la tête. Il faut encore remarquer qu'entre les pattes de devant elle porte deux mamelles, étant ainsi que nous l'avons dit une femelle. Cela pourroit donner lieu à conjecturer que cette espece ne porte qu'un petit à chaque fois. Elle n'a point de queuë, au lieu que l'espece qu'on en trouve en Amerique est pourvuë d'une qui est courte & épaisse.

TRENTE-CINQUIEME PLANCHE.

N°. 1. *Petit animal de Ceylan dit* Cynocephale, *nommé* Paresseux, *espece de Singe, mâle.*

C'est bien à tort qu'on appelle cet animal *Paresseux*, puisqu'il n'est rien moins que cela, comme la longueur & la maigreur de ses cuisses & de ses bras, ou pour mieux dire, de tout son corps, le montre suffisamment. Bien plus, il marche gaiement & est fort agile à monter sur les arbres. Par sa figure & par ses gestes, il a beaucoup de ressemblance avec le Singe; la gueule & le nez étant presque les seules parties en quoi ces animaux different le plus. Notre espece de Paresseux a le nez plus enfoncé & qui s'allonge en se retrécissant toujours, d'où se produit une tête presque pareille à celle d'un chien. Il jouït d'un odorat très-fin. Sa tête est ronde par dessus, aussi bien que ses oreilles, lesquelles sont larges, transparentes à cause de leur peu d'épaisseur, sans poils, & d'un cendré clair. Son ratelier est composé de petites dens pointues. Le poil dont tout le corps est couvert, est rousseatre, long, comme laineux, doux presque à manier comme de la Soïe, & ce qui donnera encore une idée plus juste, semblable au poil de la taupe. Ce poil tire un peu plus vers le roux sur le dos & plus bas, quoique ce soit la même couleur, elle est moins foncée. Ses longues & maigres jambes sont couvertes de quelques poils, mais petits, en petite quantité & qui laissent paroitre sa peau blanche. Les pieds sont formez en quatre doigts & en un pouce, duquel la derniere jointure est plus enflée que les autres. A cela près ses doigts nous representent fidelement ceux des hommes & des Singes, & sont garnis comme eux d'ongles courts & larges. Outre ces doigts, il sort près du pouce un ongle long, pointu, & recourbé, comme on en voit dans les oiseaux. Il s'en sert pour s'attacher fortement à tout ce qu'il rencontre & pour le ronger. Cette planche represente un mâle dont le membre viril est indiqué par la lettre A. des testicules assez gros & assez larges sont placez proche l'anus, & rien n'empêche de les voir, n'aïant pas de queue, même aussi chetive que les ont les Paresseux. Il vit des graines des plus hauts arbres, & ce qui mérite une attention particuliere, le mâle goute si ces graines sont d'un goût agreable, avant que de les presenter à sa femelle, à qui cette attention donne un amour violent pour son époux. Elle sait fort bien le rechauffer lorsque ses caresses paroissent se refroidir. On peut voir plus particulierement l'Histoire de cet animal dans Tancrede Robinson & dans le Cabinet des animaux les plus rares, où on le place parmi les Singes, ce que M. Ray a fait aussi p. 245. de son Abregé des animaux.

N°. 7. *Femelle du précedent petit animal, dit* Paresseux.

Elle ressemble en tout à son mâle, si ce n'est qu'elle a les mamelles & les parties de la generation fort differentes. Il lui pousse quatre mamelles qui ont chacune quatre mamellons, c'est à dire, autant qu'elle porte de petits, qui ont chacun besoin du leur. On voit bien à la façon dont la nature a formé ces parties que cette excellente mere a soin de fournir aussi bien à chaque espece d'animaux qu'à l'homme même, ce qui lui est nécessaire pour vivre & se soutenir depuis le moment de sa naissance. Il croît à cette femelle aux deux côtez de la tête, proche des oreilles, deux petits toupets de poils longs & frisez, qui lui descendant sur le col contribuent beaucoup à l'embellir. Les poils du dos sont d'un roux plus clair, & ceux du ventre d'un roux plus foncé que dans le mâle.

N°. 3. *Ricin*

Num. 3. *Ricinus dulcis, arborescens, Americanus, Populeâ fronde, argenteâ, sive foliis Populi nigræ argenteis.*

Cinnamomum quoque *sylvestre* vocatur hæc Planta, cujus folia, Populi nigræ æmula, supra amœno virore, subtus candore argenteo nitent. Fructus, è pedunculorum foliorum axillis protrusi, rotundis seminibus scatent, quæ tenuibus curtisque innixa petiolis, in spicas quasi digesta, Plantæ & Insecti, *Ricini* dicti, æmula sunt. *D. Jac. Breynius* in *Prodrom.* testatur, vegetans hocce in hortis D. *Fagel* & *Beaumont* germinasse. Surculus hic unà cum aliis plurimis ex relictâ à D. *Kichelaar* hæreditate ad me pervenit. Simii arboris hujus fructibus mirè inhiant.

Num. 4. *Serpens* Rotange *Ceilonensis, rarior & elegantissima.*

Triplex hanc tænia, nigra nimirum, albicans & subfusca reddit venustissimam. Ventrem pulchrè albidum squamæ nigræ transversales variegant. Caput concinnum squamis quoque non minus elegantibus vestitum est. Indis *Rotange* vocatur.

TABULA TRIGESIMA ET SEXTA.

Num. 1. *Philander, Opassum, sive Carigueja, Brasiliensis; mas.*

Peregrinorum Animalium curiosi in Belgio *Glirem sylvestrem* vocant, Americani verò *Serwoii* & *Cerigons:* neque tamen ultra viginti quinque abhinc annos excedit, ex quo rarum hocce Animal è Brasilia & Surinamo, quibus in locis nascitur, has in oras translatum est; quamvis & vetustioribus Zoologis notum fuerit, uti Pisoni, qui *Maritacaca*, Hernandesio, qui *Tlaquatzin*, *Leriosarigoy*, *Semivulpam*, & Gesnero, qui *Thepossum* illud appellat. At iconem ejus nemo dedit. Rajus in *Synops. Anim. pag.* 183. quàm exactissimè illud describit, juxta institutam ab Ipso & D. Markgravio ejus Anatomen. Caput, Vulpino simile, oblongum est, & in acutum convergit. Anterius supra rostrum nares patent. Rictus, amplissimus, supra infraque acutis dentibus, uti in Vulpe, scatet. E labio superiore utrinque & oculorum Canthis promissi pili, instar barbulæ, extant. Oculi ipsi insignes & lucidi. Sub auriculis prægrandibus, subrotundis, arrectis, & præ tenuitate ferè pellucentibus, calvities regnat. Caput saturatè fusci pili obsident: dum binæ, dilutè flavescentes, maculæ supra oculos visuntur. Ambitus oris, totus venter, brachia, crura & pedes eadem ratione comparata sunt. Pilus, supernam corporis faciem qui tegit, longus, lanuginosus, mollis, & saturatè spadiceus est: cauda verò similiter per digiti longitudinem ab initio pilosa, dein ad extremum usque calva, & rhomboideis quasi squamulis vestita est. Pedes antici, calvi & glabri, Hominis manum referunt, secti quippe in digitos quatuor, unumque pollicem, brevibus & aliquantum acutis unguibus munitos. Postici verò longiusculi calcaneis innituntur callo crassiore obductis, cætera cum pedibus Simiorum convenientes. Victus horum Animalium fructus sunt, folia, corticesque arborum, quas Simiorum ad instar norunt conscendere; arundine saccharina, avibus, & gallinis quoque vescuntur.

Num. 2.

N°. 3. *Ricin doux d'Amerique, croissant en arbre, à feuilles de Peuplier argentées, ou plûtôt à feuilles de Peuplier noir argentées.*

On appelle encore cette plante, *Cinamome Sauvage*, & ses feuilles rivales de celles du tremble ont du côté exterieur un verd agréable, qui est relevé du côté interieur d'un blanc argenté. Les fruits qui poussent des ailes des feuilles des queues, sont remplis de graines rondes, qui s'appuyant elles-mêmes sur des queues courtes & minces se forment comme en épics semblables à la plante & à l'insecte appellez *Ricin*. M. Jacques Breynius atteste dans son *Prodrome* qu'il a vû cette plante pousser dans les jardins de MM. Fagel & Van Beaumont. Ce rejetton qu'on voit ici avec quelques autres m'est venu de la succession de M. Kichelaar. Les Singes sont très avides des fruits de cet arbre.

N°. 4. *Serpent de Ceylan, l'un des plus rares & des plus beaux, dit Rotange.*

Cette triple bande, noire, blancheâtre, & rousseatre rend très-beau cet animal, dont des écailles noirs transversales diversifient son ventre lequel est d'un beau blanc. Sa tête qui est jolie n'est pas revêtue d'écailles moins agréables à la vûë. Ce Serpent s'appelle Rotange par les Indiens.

TRENTE-SIXIEME PLANCHE.

N°. 1. *Philander, Opassum, ou Cariqueja mâle du Bresil.*

Les Hollandois qui sont curieux de connoître les animaux étrangers, appellent cet animal, un *Loir*, ou *un Rat sauvage*, tandis que les Americains lui donnent le nom de *Serwoii* & de *Cerigons*. Et il n'y a pas plus de vingt-cinq ans que ce rare animal a été transporté ici du Bresil & de Surinam qui le produisent. Cependant il n'a pas été entierement inconnu aux anciens *Zoologistes*. Pison l'a appellé *Maritacaca*, Hernandez *Tlaquatzin*, *Leriosarigoy* & *demi-Rénard*, Gesner enfin *Thepossum*, mais aucun n'en a donné la figure. Seulement Ray la décrit très-exactement suivant l'anatomie qu'ils en avoient faite lui & M. Markgrave, p. 183. de sa *Synops. Animal.* La tête de cet animal ressemble à celle du renard & finit en pointe. Sur le devant & au dessus du museau on voit les narines ouvertes. L'ouverture de la gueule est fort large & la machoire superieure & inferieure est garnie de dents pointues, comme dans le Renard. De côté & d'autre de la lèvre superieure, & dans les deux yeux, sont de longs poils qui servent de barbe. Pour les yeux ils sont beaux & brillans, cet animal est chauve sous les oreilles, qui sont très-grandes, presque rondes, droites & presque transparentes à cause de leur peu d'épaisseur. Des poils d'un doux obscur garnissent sa tête; & l'on voit deux taches au dessus des yeux d'un fauve clair. Le tour de la gueule, tout le ventre, les bras, les jambes, & les pieds sont faits de même. Le poil qui couvre la partie superieure de son corps est long, cotoneux, mou & d'un chatain obscur. La queue velue également du commencement & de la longueur d'un doigt, & chauve ensuite jusqu'au bout, est comme revêtue de petites écailles disposées en losanges. Les pieds de devant ressemblent à la main d'un homme en ce qu'ils sont sans poils, qu'ils ont quatre doigts & un pouce disposez de la même maniere, & des ongles courts & tranchans. Les pieds de derriere au contraire qui sont plus longs ont des talons plus calleux que ceux des Singes; mais d'ailleurs les pieds y ressemblent entierement. Ces Animaux vivent de fruits, de feuilles, & d'écorces d'arbres sur lesquels à l'imitation des Singes ils savent fort bien grimper. Ils aiment aussi beaucoup les cannes de Sucre, les oiseaux & les poules.

N°. 2. Philander






Fig. 7.
Fig. 3.
Fig. 6.
Fig. 8.
B
Fig. 5.
Fig. 9.
Fig. 1.
Fig. 4.
Fig. 10.
Fig. 2.
A



Num. 2. *Philander, Americanus, ſeu Carigueja, cum catulis, ſaccum ventris intrantibus; fœmina.*

Hæcce prioris fœmella hîc cum catulis ſuis ſiſtitur, quos in ſacco, ſeu marſupio, quod ei ſubtus ad ventrem eſt, lit. A, intus molli lanugine veſtito, gerit. Haud aliam ejusmodi animalium ſpeciem novimus, quam tali loculo Natura donavit. Ubera, in ipſo ſacci hiatu, ſub ventre, conſpicua, ſex, aliquando & octo, papillis, pro catulorum numero lac fundentibus, prædita ſunt. Nudos cœcosque parit mater catulos, quos dein pedibus ſuis anticis, digitatis, prehenſos hocce in marſupio, ipſam quaſi matricem referente, recondit, molliter fovet, nutritque; nec tantum à frigore & aëris injuriis, ſed & ab inſidiis aliorum animantium tutatur, neque inde emittit, priusquam uſu oculorum gaudeant. Tum verò unà cum ipſis in colliculum quendam, à quo periculum abeſſe ipſi videtur, ſeſe confert mater, peràque recluſâ catulos ſuos inde prolicit, ſolisque radiis exponit focillandos, blando interim luſu cum illis ſeſe oblectans: ad minimi ſtrepitus auditum, aut mali ſuſpicionem, ilico catulos rurſum, ſimili ferè ſono: *Tik, Tik, Tik*, convocat, qui ad nutum obſequioſi advolant, matrisque ſaccum repetunt; hæc tum aufugit ocyus, ſe ſuosque periculo ſubductura. Durat hoc eousque, donec catuli proprio pabulo quærendo ſufficiant, matrisque pera, cratis, cunarum & receptaculi loco quæ hactenus fuit, illis capiendis nimium anguſta ſit: tum demum mater morſu à ſe depellit catulos, proprioque de penu vivere docet. [Ludovicus Hennepin in novis detectis circa Septentrionalem Americam, *pag.* 126, hoc quoque Philandrorum genus deſcribit.] O! adorandam Creatoris ſapientiam, qui omni animanti, magno, parvo, pro ſuâ cuilibet indole, quidquid ad ſpeciei propagationem, educationem, protectionem, &c. requirebatur, indidit, ſicque proſpexit benigniſſimè, ut genera omnia, horumque ſingulæ ſpecies perdurent conſtantiſſimè, aboleantur nunquam. Quocirca devotiſſimâ admiratione abrepti hæc in verba prorumpimus:

Ut minimum quodvis Animal, ſic quælibet Herba,
Prædicat æternum, vel ſine voce, Deum.

Num. 3. *Carigueja, junior, ſeu Opaſſum, cum ſacco aperto.*

Exhibet junior hicce Philander, in aperto ſuo marſupio, prominulas jamdum papillas, ſub lit. B conſpicuas. Catulorum plurimi ſexûs fœminini ſunt, ſuasque perulas arctè clauſas gerunt.

Num. 4. Tlaquatzin, *ſeu* Tai-Ibi *Braſilienſibus dicta; fœmina.*

Alius hæcce ſpeciei eſt, quàm præcedens, ab Hernandeſio *Tlaquatzin* vocata, à Luſitanis verò *Cahorro domato*, i. e. *glis ſylveſtris.* Vid. Raji *Synopſis Animal. pag.* 185. Convenit quidem hocce Animalculum cum priore quoad pilos & colorem, qui tamen ei paulò ſaturatius ſpadiceus eſt. Caput quoque, quàm Philandrorum, majus & craſſius, felino capiti ferè adſimilatur. Oculi inſignes eximia luce radiant. Auriculæ magnæ, latæ, pendulæ, nudæ, tenuiſſimæ, fuſci ſunt coloris. Barba oris ambitum obſidet nigricans, & ſupra oculos nonnulli etiam pili eminent. Ubera, uti in Ove, poſticos inter pedes repoſita, quatuor

N°. 2. *Philander d'Amerique, ou Carigueja femelle avec ſes petits, entrant dans le ſac du ventre.*

Cette planche repreſente la femelle de l'animal precedent avec ſes petits, qu'elle porte dans un ſac ou dans une bourſe garnie en dedans d'un coton fort doux & qui eſt placée ſous le ventre. Nous ne connoiſſons point d'autre espece de ces animaux à qui la nature ait donné une ſemblable bourſe. A ſon ouverture, & ſous le ventre on voit ſix & quelquefois huit mamelles, autant qu'il y a de petits qui ont beſoin de lait. La mere les met au monde nuds & aveugles, & les prenant enſuite avec les doigts des pieds de devant, elle les remet dans cette bourſe, qui eſt comme une espece de matrice, elle les échauffe doucement, elle les nourrit, & ne les garantit pas ſeulement du froid & des autres injures de l'air, mais encore des embuches que leur tendent les autres animaux. Enfin elle ne les tire point de là qu'ils ne jouïſſent de la lumiere. Alors la mere ſe transporte avec ſes petits ſur quelque colline, où elle ne prevoit point de danger, & aiant ouvert ſa bourſe, elle les en fait ſortir, les expoſe aux Rayons du Soleil, & les amuſe en jouant elle-même avec eux. Au moindre bruit, ou ſur le ſoupçon du moindre danger, elle rappelle auſſi-tôt ſes petits, par un Cri à peu près ſemblable à celui de *Tik, Tik, Tik*, lesquels obeïſſant d'abord à leur mere, reviennent à elle & ſe recachent dans la bourſe: c'eſt alors que par une fuite prompte elle ſe met à couvert eux & elle. Cela dure jusqu'à ce que les petits puiſſent eux-mêmes trouver de quoi vivre, & que cette bourſe de leur mere qui leur a ſervi de berceau & d'aſyle ne ſoit plus aſſez grande pour les recevoir. La mere elle-même les voïant en cet état les chaſſe par ſes morſures, & leur apprend à chercher leur vie. Louis Hennepin p. 126. de ſes *Nouvelles Découvertes vers l'Amerique Septentrionale* décrit cette espece de *Philander*. O Sageſſe admirable du Createur, qui a donné à chaque animal grand & petit & à chacun ſelon ſa nature tout ce qui lui eſt néceſſaire pour la propagation, l'éducation & le ſoutien de ſon espece; & qui a pourvû ainſi à ce que chaque espece durât dans la ſuite des ſiécles & ne s'abolît jamais. C'eſt pourquoi ſaiſi d'admiration à cette vûë, écrions-nous,

O Dieu! il n'eſt point ici bas d'animal, ni de plante quelconque, qui ne donne à connoitre ton Eternité.

N°. 3. *Carigueja plus jeune ou Opaſſum, avec ſon ſac ouvert.*

Cette jeune Philandre fait voir dans ſon ſac ouvert des mamelles qui ont dejà un peu pouſſé. Voyez lett.B. On y voit auſſi pluſieurs petites femelles, dont les petites bourſes ſont étroitement fermées.

N°. 4. *Tlaquatzin femelle, appellée par les Braſiliens Tai-Ibi.*

Voici un animal d'une espece differente de celui qui precede. Hernandez l'appelle *Tlaquatzin*, & les Portugais *Cahorro Domato*, c'eſt-à-dire, Rat Sauvage. V. l'*Abregé des Animaux* de Ray p. 185. Cet animal dont il s'agit, s'accorde avec le precedent quant aux poils & quant à la couleur, qui cependant eſt d'un chatain plus foncé dans le premier. Il a auſſi la tête plus grande & plus épaiſſe que le Philandre, & presque ſemblable à celle du chat. Ses yeux ſont beaux & jettent un grand éclat. Ses oreilles larges, grandes, pendantes, nues & minces ſont fauves. Une barbe noire garnit tout le contour de ſa gueule, & il s'éleve auſſi quelques poils au deſſus des yeux. Ses mamelles placées, comme dans

quatuor mediocris magnitudinis papillas emittunt, lata cæterum & valde protuberantia. Partu quovis quatuor ejicit catulos. Cauda quoque, ab initio per dimidiam digiti longitudinem nigricantibus pilis hispida, deinceps ad finem usque quadratis squamis, quas tenues pili vestiunt, obducitur. Marsupio tamen pro recondendis catulis caret hæc species. Victus idem, qui Philandrorum, folia, fructus arborum, &c.

Num. 5. *Serpens, Americana, maximo in honore habita.*

Venustissimè picta hæc Serpens, incolisque summa veneratione culta, à priscis Scriptoribus inter *Ammoditæ* species recensetur ob caudam admodum duram, firmamque, crassarum vertebrarum appositu coactam, brevem & acutam. Vid. *Prolegomena.* Caput ejus retro latum, anteriora versus elongatum, naso canino præditum, tenues cutis squamulas colore ex cinereo dilutè griseo infectas gerit, longâ lineâ bruni coloris supra frontem decurrente. Concinna cæterum variegatio hic conspicitur, dorsumque oblongæ ornant maculæ, dilutè flavescentes, fusco pigmento, catenæ instar, elaboratæ. Reliquum corpus, simili modo comparatum, dilutè griseis, & subspadiceis maculis, oculos quasi in medio referentibus, quas puncta nigricantia undique densissimè distinguunt, pollet. Sola cauda punctis caret, cujus tenues squamulæ, subruffi & crocei coloris, albicantibus quasi tæniis fimbriatæ, maculas in medio nigricantes, marginibus nigris circumdatas, ad extremum usque ostentant.

Num. 6. Quatoztli, *seu Avicula, Carduelis, minor, Brasiliensis.*

E montibus Tetzocano Brasiliæ oriunda, juxta *Francisci Hernandesii* descriptionem, dimidium capitis albâ cristâ ornatum gerit. Collum dilutè rubet: pectus gratissimum tonum purpureum refringit: pennæ cum alis ex saturatè rubro purpurascunt. Dorsum & cauda ex nigro fusci sunt coloris; dum venter totus dilutè flavet. Rostrum & pedes flavi sunt.

Num. 7. *Ramus Arboris Ferri, Americanæ, cum foliis & floribus.*

Folia oblongo-rotunda, crassa, saturè viridia, firmis nervulis fibrisque, costarum æmulis, pertexta. Flores longis innixi petiolis, purpureo-rubri, floccosi, stamina emittunt tenuia, flavo apiculo prædita: florum color nonnisi tardissimè elanguescit. *Acajou* Pisonis æmulum ferè est hoc vegetans. Lignum ejus, saturatè fuscum, è filis quasi ferreis constat, juxta se invicem arctissimè coagmentatis: solida & homogenea è massa fusam ferè diceres universam arborem, quæ miræ est duritiei; resecta tamen & arefacta fibras manifestissimè distinguendas exhibet, tubulis quasi similes, licet minimè perviæ sint, sed solidæ & resinâ infarctæ. Si lignum, aliquamdiu in aqua maceratum, dein solis radiis in aprico exponitur, filamenta ejus sensim à se mutuo secedunt, tuncque apparent omnia ejusdem crassitiei, & adeo resinosa, ut ad candelæ flammam accensa tota conflagrent. Arboris cortex dilutè griseus unà cum ligno in usus medicos trahitur, utrumque variis in morbis commendatum, præcipuè verò in Lienis obstructionibus, per gravia animi pathemata productis. Fr. Valentinus in Historia stirpium Amboinens. refert, *Arborem Ferri* alto

dans les Brebis, entre les pieds de derriere, donnent quatre mamellons d'une grandeur mediocre, mais larges, & fort saillans. C'est pour les quatre petits qu'elle fait à chaque portée. La queue rude depuis son commencement jusqu'à la longueur d'un demi-doigt de poils noiratres, est couverte ensuite jusqu'au bout d'écailles carrées, sur lesquelles on voit des poils minces. Au reste cette espece n'a point de bourse pour enfermer ses petits. Sa nourriture est la même que celle des Philandres, des feuilles, des fruits d'arbres, &c.

N°. 5. *Serpent d'Amerique fort estimé des Curieux.*

Ce Serpent est très-bien peint & il est dans une grande veneration chez les habitans du pays. Les Anciens Ecrivains l'ont mis au rang des Ammodites, à cause de sa queuë extrêmement dure, ferme, courte, pointue & ramassée par la situation des vertebres épaisses. V. les *Prolegomenes*. Sa tête large par derriere & s'allongeant vers le devant a un museau de chien, les petites écailles de sa peau sont d'un gris cendré clair, & une longue raïe brune lui traverse tout le front. Au reste on voit ici une charmante varieté, des marques oblongues d'un fauve clair viennent embellir son dos, & ces marques sont naturellement disposées en forme de chaines. Le reste du corps également disposé est remarquable par des taches grises & un peu chataines, qui ont comme des yeux au milieu d'elles & qui sont tachetées de quantité de points noirs. Il n'y a que la queuë où il n'y ait pas de ses points. Au lieu de cela elle a des écailles deliées, rousseatres, & jaunes, dentelées en petites bandes, blanchâtres, & qui jusqu'à l'extrêmité ont des marques noiratres au milieu, entourées de bords noirs.

N°. 6. *Quatoztli, ou petit oiseau, petit chardonneret du Bresil.*

Né dans les montagnes de Tetzocano dans le Bresil, cet oiseau a suivant la description de François Hernandez la moitié de la tête ornée d'une crête blanche. Son col est d'un rouge clair, son estomac, ses ailes avec les plumes deviennent pourpres de rouge foncé qu'elles étoient auparavant. Le dos & la queuë changent en jaune leur fonds noir. Pour le ventre, il est tout d'un fauve clair & son bec & ses pattes d'un fauve ordinaire.

N°. 7. *Rameau de l'Arbre de Fer venu d'Amerique avec les feuilles & les fleurs.*

Les feuilles oblongues, rondes, épaisses, & d'un gros verd sont tissues de nerfs & de fibres fortes, & qui ressemblent à des côtes. Les fleurs soutenues sur de longues queues, rouges-pourprées, & à floccons poussent des veines deliées & ornées d'un petit sommet jaune. La couleur des fleurs ne se perd que fort tard. Ce vegetable ressemble presque en tout à l'*Acajou* de Pison. Son bois qui est d'un fauve foncé est composé comme de fils de fer étroitement assemblez les uns contre les autres. Vous diriez, tant ce morceau est solide & homogene, que l'arbre a été fondu en une masse, laquelle est d'une merveilleuse dureté. Quand on l'a coupée cependant & qu'on l'a sechée, elle laisse distinguer aisément ses fibres, qui, quoiqu'elles ne soient pas trouées, mais solides & remplies de resine, ressemblent à des tuyaux. Si on laisse amollir le bois dans l'eau pendant quelque tems & qu'on vienne ensuite à l'exposer à l'air aux rayons du Soleil, ses filamens se separent les uns des autres, & alors tout ce qu'on voit est de la même grossiereté & si resineux, qu'il s'enflamme dès qu'on le presente à la chandelle. L'écorce d'un gris clair & le bois de l'arbre sont d'usage dans la Medecine, & l'un & l'autre est fort utile en diverses maladies, principalement dans les obstructions de la Ratte causées par de violentes passions de l'Ame. Fr. Valentin dans son Histoire des plantes d'Amboine rapporte que l'*Arbre de fer* s'éleve sur






Fig. 5.
Fig. 4.
Fig. 6.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.



alto & rectissimo, nonnunquam tamen & paulum sinuato, trunco exsurgere, ejusque lignum ad construenda ædificia adhiberi. Fructuum & foliorum forma, icone expressa, in *V. Tom. Horti Malabarici* videri potest.

Num. 8. *Ramus Arboris, Americanæ, Cytisi dictæ, cum foliis, flore & fructu.*

Insitata hîc cernitur multitudo suaveolentium flosculorum, dilutè luteorum, qui, longis tenuibusque sustentati petiolis, ramulos laterales, in extremum acutissimum, instar *Acaciæ nostratis*, desinentes, undique gregatim obsident, parvis hinc inde foliolis interstitis, quæ corculi animalis ferè formam referentia, ad infernam ramorum partem foliis *Arboris Ferri* magnitudine vix cedunt, his tamen minus æqualia sunt, sed quasi in gibbum curvata & valdè irregularia. Horum ramuli spinis undique stipantur. Capsulæ seminales, seu fructus, post florem provenientes, siliquæ sunt planæ, latæ, semina dura, plana, continentes. Cytisi porrò lignum admodum nodosum est, hisque in oris satis notum. Jacobus Breynius, juxta ea, quæ à Nob. D. Simone Beaumontio acceperat, pro parte lignum isthoc descripsit.

Num. 9. *Ramulus Arboris Myrobalaniferæ, Chebulæ, Americanæ.*

Flosculi albidi tenuibus longisque insistunt petiolis, ex alis pedunculorum foliorum enatis, pluresque simul congregati illorum fastigia ornant. Folium crassum, figuræ irregularis.

Num. 10. *Acacia, seu* Ungue de Gato, *formâ* Katonconnæ.

Frutex hic, in Malabaria crescens, Philandris admodum in deliciis est, qui hunc si alicubi invenerint, conscendunt, ejusque summos quosdam ramulos decerpunt pro victu suo. Idque in Orientalibus pariter ac Occidentalibus Indiis verum esse, unanimi consensu perhibetur.

TABULA TRIGESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. *Serpens Indiæ Orientalis,* Nintipolonga *dicta, elegantissima, marmorei coloris, capite flosculis ornato.*

Universum corpus colore Hepatico suffusum dilutè cinereâ flavedine, marmoris instar, pulcherrimè variegatur. Variegantes maculæ alicubi nigro fuscis, alibi albissimis marginibus distinctæ sunt, idque per omnes squamas cutaneas obtinet, quæ & ipsæ, plurimis in locis, sigillatim ex fusco quadantenus inumbrantur. Frons, proportionatæ magnitudinis, squamis majusculis, dilutissimè flavis, in flosculorum formam dispositis, vestitur. Oculi grandes ex cœrulo vividè relucent. Rictus, incurvis acutisque dentibus plenus, in ambitu crassis squamis fimbriatur. Lingua alba, satis longa, bifurcata est. Squamæ ventris transversales,

---

sur un tronc haut & très-droit ; quelquefois pourtant un peu courbé ; & que l'on emploïe son bois dans les batimens. On peut voir le fruit & les feuilles de cet arbre gravez dans le V. Tom. du *Jardin de Malabar.*

N°. 8. *Branche d'Arbre d'Amerique, nommé Cytise, avec les feuilles, la fleur & le fruit.*

On voit ici une multitude extraordinaire de petites fleurs, d'un jaune pâle & d'une odeur admirable. Soutenues par des queues longues & minces elles assiegent de tous côtez en nombre les rameaux lateraux, qui comme nôtre Acacie finissent en une pointe fort aigue. Tout cela est mêlé de petites feuilles qui ressemblent assez à de petits cœurs d'animaux & cedent à peine en grandeur aux feuilles de l'arbre de fer, surtout dans la partie inferieure des branches. Ces feuilles pourtant du Cytise sont moins unies, mais elles sont comme recourbées en bosse & fort irregulieres.

Leurs branches sont garnies d'épines. Les capsules seminales ou les fruits provenant après la fleur sont des gousses plates, larges, & contenant des semences dures & plates aussi. Au reste le bois de Cytise est plein de nœuds & assez connu dans ces pays-ci. Jacques Breynius a décrit ce bois en partie, sur ce qu'il en avoit apris de M. Simon Beaumont.

N°. 9. *Rameau de l'Arbre qui porte le myrobalan, dit Chebula en Amerique.*

Les petites fleurs blanches tiennent à des queues minces & longues, qui naissent des ailes des peduncules des feuilles, & plusieurs de ces fleurs ramassées forment un ornement au sommet. La feuille est épaisse & d'une forme irreguliere.

N°. 10. *Acacia, ou Ongle de Gato, à figure de Caton-Conne.*

Il n'y a rien que les Philanders aiment davantage que cet Arbrisseau qui croît dans le Malabar, & dès qu'ils le trouvent quelque part, ils y montent & choisissent pour leur nourriture quelques unes des branches les plus hautes. Un consentement unanime nous apprend que cela est dans les Indes Orientales comme dans les Occidentales.

TRENTE ET SEPTIEME PLANCHE.

N°. 1. *Serpent des Indes Orientales dit* Nintipolonga, *très-beau, de couleur de marbre, à tête ornée de petites fleurs.*

Tout son corps est d'une couleur de foye, qu'un jaune cendré clair diversifie agréablement, comme s'il étoit de marbre. Ces taches qui repandent cette agréable varieté sont terminées par des bords noirs, fauves en quelques endroits & très blancs en d'autres. Et cela a lieu par rapport à toutes les écailles de la peau, qui elles-mêmes en divers lieux sont chacune en particulier ombrées en partie de fauve. Le front, qui est d'une grandeur bien proportionnée, est couvert de larges écailles, d'un jaune clair & disposées en forme de petites fleurs. Ses yeux grands & bleus brillent beaucoup. L'ouverture de leur gueule remplie par des dents courbées & aigues est dentelé dans son contour d'écailles épaisses. Cet animal a la langue blanche, assez longue & fourchue. La blancheur des grandes écailles transversales du ventre est éclatante, & où elles finissent c'est-

transversales, magnæ, nitidè albicant: quà hæ desinunt, prope anum, cauda attenuata in acumen convergit.

Num. 2. *Tamandua, Murmecophaga, Americana.*

Uti in Indiis Occidentalibus vulgare admodum est hocce Animal; ita ex Orientalibus translatum hactenus nullum accepimus; quin ne audivimus quidem, ibi dari, aut inveniri. Quidam Eruditorum miras sibi de eo ideas finxere; dum alii *Leonem Formicarium*, item *Formicam Leonem*, alii *Formicam Vulpem*, nonnulli etiam *Formicam Lupum* illud appellarunt. D. *Poupart*, *Act. Acad. Reg. Scient. An.* 1704, *pag.* 235, adnotavit, griseum illud esse, & Araneo simile; quum Formicas dolo aucupetur: quæ quidem comparatio nobis admodum inconcinna videtur. Bastamantinus, qui integrum volumen conscripsit de Reptilibus, quorum in sacris paginis mentio facta est, *Myrmeco-Leonem*, quo nomine illud ab aliquibus insignitur, pro Scarabæi specie habet, quæ *Scarabæus corniculatus* audit, & à Germanis *Schröter*, aut *Cervus volans* vocatur.

Omnes hæ aliæque plurimæ descriptiones nequaquam exprimunt veram hujusce Animalis naturam, cujus heic icona ad vivum exhibemus. Varia illorum habentur genera, tam forma, quàm colore discrepantia. Quod hic repræsentatur, helvi est coloris, molli pilo, lanæ quasi æmulo, vestitum, curto collo, latis armis, longo angustoque capite & rostro, è quo longa protenditur lingua, captandis & intro trahendis formicis, qui victus est, accommodata. Conditor sapientissimus isthæc Animalia talibus organis donavit, quibus opus erat, ut pabulum suum pro gustu & lubitu sibi comparare possent. Pedes antici, Ursinorum æmuli, præter digitos communes, tres desuper alios (aliquando unum duntaxat) singuli gerunt, quorum quilibet incurvo ungue, medius tamen maximo, armatur: his terram eruendo, nidos formicarum quærunt, & emungunt. Nares quamproximè ori adsitæ, angustæ, pilis quibusdam, quasi mystace, hispidæ sunt, quibus olfaciendo explorant, ubinam pabulum ipsorum lateat. Auriculæ oblongæ & pendulæ sunt. Pedes postici hujusce speciei, uti in Ursis, in quinque digitos fissi sunt, longis incurvisque unguibus munitos, latis præterea calcibus innixi. Cauda longa, pilosa, in acumen convergit, quâ, Simiorum instar, arborum ramis sese quàm fortissimè adfigere valent. Mares insigni pene donati, testiculos intus sub cute reconditos gerunt. Formicæ, uti lit. A demonstrat, tam minores, quàm majusculæ, his Animalibus in victum cedunt, usibus hominum, præcipuè verò medicatis, haud minus inservientes.

Num. 3. *Tamandua, seu Coaty, Americana, alba, altera.*

Hæc aliam omnino præ se fert faciem, quàm prior. Caput multo brevius, auriculæ minores, oculi paulum grandiores, rostrique pars inferior nonnihil prolixior. Lingua priori non absimilis, longa, angusta, capiendis & ingerendis formicis apta. Armi quoque lati sunt; corpus breve & crassum. Antici pedes crassum protendunt digitum, lato curvoque ungue armatum. Postica crura pedesque Ursinorum æmula. Pilus albicans, quasi laneus, longior ferè, quàm præcedentis, est: sicque & crispata cauda. Hæcce rarissimas inter species censetur. Æthiopes Surinamenses *Coaty* vocant, & referunt, quod prehensæ adeo sese conglobent, pedibus quàm firmissimè ad se mutuo contractis, ut, nisi sponte se relaxent, explicari

c'est-à-dire proche de l'anus, la queuë va en diminuant & finit en pointe.

N°. 2. *Tamandua, Murmecophage, d'Amerique.*

Cet animal est extremement commun dans les Indes Occidentales: mais nous n'en avons jamais vû qu'on eût transporté des Indes Orientales, ni entendu dire qu'il s'y en trouvât. Quelques Savans se font des idées toutes merveilleuses de cet animal, les uns le prenant pour le *Lion Formicarius*, les autres pour la *Formica-Leo*, ceux ci pour la *Formica Vulpes* & les autres pour la *Formica Lupus*. M. Poupart, p. 235 des *Mem. de l'Academie Royale des Sciences* année 1704. a remarqué que cet animal étoit gris, semblable à une araignée, & qu'il tendoit même des embuches aux fourmis. Cette comparaison ne nous paroit pas fort juste. Bastamantinus qui a fait un livre entier sur les reptiles dont il est fait mention dans les Livres saints regarde le *Murmeco-Leo*, nom que quelques personnes lui donnent pour une espece d'Escarbot, qu'on appelle *Escarbot cornu*, & que les Allemands nomment Cerf volant. Mais & toutes ces descriptions & plusieurs autres n'expriment point la nature de cet animal dont nous donnons la vraïe figure prise sur l'original. Celui que l'on voit ici est incarnat, couvert d'un poil doux & comme la laine, au col court, aux épaules larges, à la tête & au museau long & étroit, d'où sort une longue langue propre à prendre & à avaler les fourmis qui lui servent de nourriture. La Sagesse du Createur a donné à ces animaux les Organes qui leur étoient nécessaires pour qu'ils pussent se pourvoir de leur nourriture à leur goût & à leur volonté. Les pattes de devant ainsi que celles d'un ours ont chacune outre les doigts ordinaires, trois autres doigts qui ont crû par dessus les autres; & qui sont armez d'un ongle crochu, lequel est principalement très-grand dans le doigt du milieu. C'est là avec quoi ils grattent la terre & en tirent les nids de fourmis. Les narines placées très-proche de la gueule sont étroites, rudes & garnies de poils dont ils se servent pour flairer où est leur manger. Les oreilles sont oblongues & pendantes. Les pieds de derriere dans cette espece de Tamandua, comme dans les ours, sont partagez en cinq doigts, garnis d'ongles longs & crochus, & sont soutenus outre cela sur des talons très-larges. La queue longue, & velue finit en pointe & ils s'en servent ainsi que les Singes à se tenir fortement attachez aux arbres. La partie propre à la generation dans les mâles est remarquable, ils portent leurs testicules cachez sous la peau & en dedans. Les fourmis, comme le montre la lettre A. tant grandes que petites, deviennent la proye de ces Animaux, qui à leur tour servent aux hommes, surtout dans la Medecine.

N°. 3. *Tamandua; ou Coaty d'Amerique, blanche, differente de la premiere.*

Cet Animal est tout à fait different du précedent. La tête en est beaucoup plus courte & les oreilles plus petites, les yeux un peu plus grands, & la partie inferieure du museau tant soit peu plus longue. Leurs langues sont plus ressemblantes, l'une & l'autre est longue, étroite, & propre à prendre & à avaler des fourmis. Les épaules sont larges, le corps court & épais. Les pieds de devant presentent un doigt armé d'un ongle large & courbé. Les jambes & les pieds de derriere imitent ceux des Singes. Son poil blancheatre & comme laineux, est presque plus long que celui du precedent. Il en est de même de sa queue crepue. Cet animal est compté parmi un des plus rares de son espece. Les Ethiopiens de Surinam les appellent *Coaty* & racontent que quand






Fig. 8.
Fig. 5.
Fig. 4.
Fig. 8.
Fig. 6.
Fig. 1.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 2.
A
Fig. 3.



explicari nequeant. Spiritui ardenti, aut *Kilduivel* dicto liquori, immersi, minuti spatio moriuntur. Vid. S. D. H. L. in *Historia Surinam*: An. 1716. Leowardiæ impressa.

Num. 4. *Avis Colubri, omnium minima, Americana,* Thaumantias *dicta.*

Capitulum & pennas si demseris, reliquum vix minimi digiti articulum magnitudine excedit. Ex Curassaviâ plures accepimus, variis modis eleganter constitutas, & diversis coloribus insignes. Dantur earum plurimæ species, inusitatis coloribus, & magnitudine discrepantes, quarum & nonnullas Surinamo missas obtinuimus. Earum aliæ splendorem viridem, griseo pennarum pigmento intermixtum, ostentant: hæque ex Indiis Orientalibus oriundæ, utplurimum reliquas magnitudine superant. Prægressis jam tabulis harum avicularum dedimus descriptionem. Quæ hîc repræsentatur, ex Americanis Hispanorum portibus Curassaviam delata, omnium pulcherrima est: fulgore enim incomparabili coruscat. Caput tonum purpureum elegantissimum emittit. Sub collo vividissima ex igneo & rutilo mistura tam fortiter fulgurat, ut oculorum aciem perstringat. Supernum dein corpus, alæ, pennæque nigro-fusci sunt coloris. Cauda rubellum æris colorem, spadiceo limbo ornatum, præ se fert. Rostrum longum, rectum, acutissimè terminatur. Lingua in longum fissa est, quâ mel ex floribus exsugunt: unde & *Florisugæ*, aut *aves apiculariæ* vocantur.

Num. 5. *Genistella, aculeata, Africana, minor, Ericæ folio.*

Folia tenuia, angusta, Ericæ æmula: flores dilutè purpurei, papilionacei. Similis quoque hic locorum Genistella reperitur, sed folio majore, & minoribus siliculis, subruffo semine fœtis, cujus Lobelius dedit descriptionem.

Num. 6. *Marum, Africanum, villosum.*

Flores tomentosi, flocculenti, ex purpureo rubescunt. Folia, admodum minuta, Thymi tenuissimi æmula, alba, lanuginosa, forti odore, & sapore amaro, instar *Mari Syriaci*, prædita.

TABULA TRIGESIMA ET OCTAVA.

Num. 1. *Philander, Orientalis, cum catulis suis, in sacco ventris hærentibus; fœmina.*

Philandrorum hæc maxima species Indis, præcipuè vero Maleitis dictis, juxta D. Fr. Valentini testimonium, *Pelandoc-Aroe*, id est, *cuniculus Aroesius*, audit; quamvis non in *Aroe* duntaxat, sed & in insulâ *Solor* numerosi reperiantur, & ab incolis, loco ferinæ sapidissimæ, Magnatum mensis imponantur. Idem quoque Autor perhibet, quod catuli inter Cuniculos educentur, cumque his sensim consuescant quam familiarissimè, & quocunque cibo utantur; cujus equidem rei fides sit penes autorem. At mirum tamen est, quod D. Valentinus Philandri formam haud ita descripserit, prout re vera se habet, & uti nos ejus iconas,

quand ils se sentent pris, ils se mettent tellement en rond, aïant leurs pieds si fermement attachez l'un contre l'autre qu'à moins qu'ils ne se desserrent d'eux-mêmes, il ne seroit pas possible d'en venir à bout de force. Ils meurent dans un moment dès qu'on les trempe dans de l'esprit de vin, ou dans la liqueur, nommée *Kilduivel*. Voyez S. D. H. L. dans l'Histoire de Surinam imprimée à Leewarde en 1716.

N°. 4. *L'Oiseau Colubri, d'Amerique, le plus petit de tous, dit Thaumantias.*

Si l'on en ôte la petite tête & les aîles, le reste n'est presque pas plus grand que la moitié du petit doigt. Il nous en est venu plusieurs de Curaçao, tous beaux, quoique differents, & très-remarquables par la diversité de leurs couleurs. Il y en a de plusieurs especes, qui different toutes par leurs couleurs singulieres & par la difference de leurs grandeurs: Nous avons eu aussi quelques-uns de ceux qui ont été envoyez de Surinam, parmi lesquels on en voit dont le plumage gris est melangé d'un verd éclatant; ceux-ci viennent des Indes Orientales, & sont ordinairement plus grands que les autres. Nous avons deja donné la description de ces petits oiseaux dans les Planches precedentes. Celui dont on voit ici la figure, & qui de l'Amerique Espagnole a été apporté à Curaçao, est de la plus belle espece; ayant un plumage extremement éclatant. La tête se fait admirer par sa couleur pourprée; & le dessous du col éblouït par la vivacité du couleur de feu & du roux doré dont le mélange fait briller le plumage. Le dessus du corps & les aîles sont noiratres. La queuë ornée d'un bord châtain, est elle-même de couleur de cuivre rouge. Le bec long & droit se termine en une pointe fort aiguë. La langue est fenduë en long, pour qu'elle puisse servir à succer le miel sur les fleurs; de là vient qu'on les a nommez *Succe-fleurs* où *Oiseaux-Abeilles*.

N°. 5. *Petit Genest, à pointe, d'Afrique, à feuille de Bruyere.*

Les feuilles en sont minces, étroites, semblables à celles de la Bruyere: Les fleurs d'un pourpre-clair, ont la forme de papillon. L'on trouve aussi dans ce païs de ces petits Gênets, dits autrement *Spargelles*, mais la feuille en est plus grande, & les gousses plus petites & pleines de semences de couleur rousseatre. *Lobel* en a donné la description.

N°. 6. *Marum, d'Afrique, velu.*

Ses fleurs de couleur pourpre tirant sur le rouge, sont veloutées & comme du duvet. Ses feuilles sont très-petites, ressemblantes à celles du Thym le plus fin, elles sont blanches, veloutées, & ont une odeur forte & un gout amer assez semblable à celui du *Marum de Syrie*.

TRENTE-HUITIEME PLANCHE.

N°. 1. *Philander, Orientale, Femelle, avec ses petits dans le ventre.*

C'est ici la plus grande espece de ces sortes d'animaux qu'on voye aux Indes; on les nomme, à ce que rapporte Fr. Valentin, *Pelandor-Aroe*, c'est-à-dire *Lapin d'Aroe*, quoique ce ne soit point seulement dans cet endroit-là que l'on en trouve, mais encore dans l'Isle *Solor* qui produit de ces animaux en abondance, & où les tables des grands Seigneurs en sont couvertes, comme d'un excellent manger. Le même Auteur raconte qu'on éleve les petits avec les lapins, qu'ils s'accoutument à vivre ensemble familierement, & à manger de tout. Mais il est surprenant que Mr. Valentin ne nous ait point décrit le Philander tel qu'il est veritablement,

iconas, ad vivum factas, prægressis tabulis exhibuimus. Est autem fœmella hæcce Americanis Philandris, fœminis, quàm simillima, nisi quod pilis dorsalibus, aliquantum saturatius fuscis, vestita, & toto habitu procerior sit illis.

Num. 2. *Tatu, seu Armodillo, Orientalis, loricâ osseâ toto corpore tectus.*

Hunc, & qui sequitur Armodillo, remotissimi, & maximè versus Orientem siti, Indiæ loci proferunt, pulcherrimos quippe omnium, qui uspiam reperiuntur. Totum corpus, quasi loricatum, binis majoribus, & minoribus quatuor, scutis tegitur. Frontem omnem unum constituit scutum, ad capitis formam concinnatum, plurimis interstinctum divisionibus, quæ squamas elevatas ferè referunt, & singulæ variis tuberculis, extantioribus, rotundis & oblongis, margaritarum æmulis, in formam Rosæ dispositis, ornantur. Oculi pariter magnitudine & venustate eximii, squamis ejusmodi osseis in ambitu circumvallantur ad auriculas usque, quæ prorsus nudæ sunt. Maxilla inferior cute duntaxat, pilis experte, vestitur. Os, in acutum convergens, rostrum protendit, porcini instar, eminentius, & dentibus acutis scatet. Scutum alterum pectus anticosque pedes & collum tegit, ut motus liberè quaquaversum queat fieri. Quæ inde crura & pedes prominent, squamis quoque osseis, & singularibus inter has pilis, porcinis quasi setis, vestiuntur. Tria illa, quasi costata, scuta, angustiora, incurvata, dimidii digiti latitudinem ferè superant, & crassa tenacique membrana, qua colligantur, intus supra se mutuo gliscunt. Transversalium vero scutorum longitudo facit, ut viva hæc animalia, dum sese conglobarunt, rursum explicare se possint. Scutum posterius maximum totam tegit corporis posticam partem, clunes, & crura, exceptâ caudâ, quæ utrinque supra & infra paulum applanata, uno tantum articulo constat, extuberantibus ossiculis, Rosas referentibus, incisa quasi & cælata. Bina scuta maxima corporis superni, seu loricæ, supra, hexagonis Rhombis, qui rotundis & extuberantibus ossiculis, quasi totidem rotundis margaritis, singuli replentur, distincta & ordine pulcherrimo disposita sunt. Sex scuta, totum animal contegentia, ex senis constant ossibus, quæ una continuaque de materie per Naturam conflata sunt. Rhombus, seu squama quælibet, quasi composita est & fimbriata. Ventrem subtus crassa pellis, crassis rarisque pilis obsita, investit. Pedes postici, æquè ac antici, squamis osseis muniti sunt ad limbum usque tegminum, seu scutorum superiorum, quæ femora tegunt, cute pariter induta. Pes quilibet tres gerit digitos, prominentes, longis acutisque unguibus armatos, unumque à postica parte extantem, cui tanquam calcaneo innituntur. Animal hocce rarum admodum, & haud vulgare est: nec ejus mentionem ab ullo Authorum factam reperimus, præterquam à *Francisco Redi*, qui minutam icona, huic pulchrè convenientem, exhibet.

Num. 3. *Tatu, seu Armodillo, minor, convolutus.*

Ejusdem hic cum priore est speciei, sed minor, & in unum quasi globum convolutus. Ita compositos fera nulla potest lædere; quum ab omni parte loricâ muniti sint, ob scutorum rotunditatem & duritiem, nec dentibus, nec arcu, nec telis, imo ne globo quidem sclopetari, perforandâ. Interim tamen sic convoluti ab hominibus facile capi possunt. Utrobique & in terra, & in aquis vivunt. Scuta dilutè flava, ac si lævigata forent, renitent.

Num. 4.

ment, & ainsi que nous avons eu soin de le representer d'après nature, dans nos figures precedentes. La femelle ici depeinte ressemble fort à celles de l'Amerique, seulement la nôtre est plus grande à tous égards, & couverte sur le dos de poils d'un jaune plus foncé.

N°. 2. *Tatu, ou Armodillo Oriental, couvert par tout le corps d'un bouclier osseux.*

Ce sont les lieux des Indes les plus éloignés & les plus près de l'Orient qui produisent cet Armodillo & le suivant, lesquels je regarde comme les plus beaux, qu'on puisse trouver au monde.

Tout son corps est armé de deux grands boucliers, & de quatre petits. L'un de ces boucliers, adapté à la figure de la tête, couvre tout le front; ce bouclier est divisé en plusieurs parties, assez semblables à des écailles. Chacune de ces écailles est relevée de petites bosses rondes, & oblongues, ressemblantes aux perles, & disposées en forme de Rose. Ses yeux sont grands & beaux, defendus de tous côtez jusqu'aux oreilles qui sont toutes nuës, par des écailles osseuses; la machoire inferieure n'est couverte que d'une peau sans poils. Le museau garni de dents aigues, se termine en pointe comme celui du cochon, mais il est plus relevé: la poitrine, les pieds de devant & le col sont couverts d'un autre bouclier, pour que toutes ces parties puissent se mouvoir plus facilement. Des écailles osseuses entremêlées de poils semblables aux poils de cochon tapissent les jambes & les pieds.

Ces trois boucliers qui sont comme des côtes, étroits, recourbés, de la largeur à peine du petit doigt, unis par une membrane forte & épaisse, peuvent glisser interieurement les uns sur les autres; la longueur des Boucliers qui traversent, fait aussi que ces animaux peuvent se ramasser & s'étendre. Le Bouclier de derriere qui est le plus grand de tous, cache toute la partie posterieure du corps, les tesses, les jambes, mais non pas la queuë qui est un peu applanie dessus & dessous, & composée d'une seule articulation, formée de petits os relevés en forme de Roses. Les deux grands boucliers qui couvrent le dessus du corps, representent des Rhombes hexagones, chargez d'osselets ronds, relevés, semblables à des perles rondes, rangés avec un très-bel ordre.

Les six boucliers qui couvrent cet animal, sont composés de six Os, formés par la nature de la même matiere. Chaque écaille Rhomboïde est comme composée, & dentelée. Une peau assez épaisse, peu veluë, mais garnie de gros poils, couvre le dessous du Ventre. les pieds de devant & de derriere, sont munis d'écailles osseuses, jusqu'à l'endroit où les boucliers superieurs defendent les cuisses qui sont aussi couvertes d'une peau. Chacun des pieds a trois doigts avancés, armés d'ongles pointus & longs, un quatrieme s'avance par derriere, & y fait l'office de talon.

Cet animal est très-rare, personne que je sache n'en a fait mention, excepté *Fr. Redi*, qui en a donné une petite, mais très bonne figure.

N°. 3. Tatu, *ou Armodillo, petit, ramassé.*

Celui-ci est de la même espece que le precedent; seulement plus petit, & fort ramassé. Armé par tout d'une cuirasse, il ne peut être blessé par les bêtes feroces, ni par les flêches, ni même par le fusil à cause de la rondeur & de la dureté de ses boucliers. Cependant quoiqu'ainsi ramassé, on peut aisément le prendre. Il vit également dans l'eau & sur la terre. Ses boucliers sont d'un jaune clair, & reluisent comme s'ils étoient lisses & polis.

N°. 4. *Per-*

Num. 4. *Psittacus, Orientalis, exquisitus,* Loeri *dictus.*

Elegantissima hæc avis dono mihi data est ab eximio Viro Amstelædamensi, qui illam, ab Indo quodam Domino, ob miram pulchritudinem & loquacitatem, ex Amboina huc translatam, quingentorum florenorum pretio emerat, paulò post tamen mortuam. In aliqua ex Insulis *Papoe* exclusa erat, variasque linguas distinctè & promptè, hominis instar, loquebatur. Mane coram hero suo, cui fidelissima erat, cantilenam quasi matutinam modulabatur, tumque ei acclamabat: *Goede morgen Sinjor, een Wynsopje.* Hocque & circa meridiem & vesperi repetebat, tempore intermedio suave sibilans. Absentiâ heri sui tantopere affligebatur, ut præ mœrore nec comederet, nec loqueretur: unde & vendita, quum pristini heri conspectu orbaretur, paucos post dies interibat, mihi tum dono data, & in spiritu asservata. Caput ejus nigra quasi vitta tegit, & collum ruber viridisque ambit annulus. Sub gutture, & per pectus dilutus rubor amœnissimus regnat. Alæ & dorsum ex saturatè cæruleo nitidissimè picta sunt. Ventrem, saturatè viridem, intermistæ pennæ rubræ variegant. Pennæ, longum è caudâ propendentes, ex viridi & rubro variæ, extremis limbis nigricant. Rostrum insigne, incurvum, crassam linguam recondit. Oculi grandes, venusti. Pedes curti in magnos, crassos & annulatos abeunt digitos, longis incurvisque unguibus armatos.

Num. 5. *Avis Regia, seu Paradisiaca, minor, Amboinensis.*

Regia hæc dicitur ob præcellentem picturæ, quâ pollet, elegantiam. Juxta D. Fr. Valentini relationem species hæc in insulis *Aroe* quoque nascitur. Majorem hâc, quæ hîc repræsentatur, vidi nunquam. Caput nihilominus parvum est, & rostrum rectum, acuminatum, albumque protendit. Subtiles & pilorum instar rigidulæ plumulæ saturatè Citrio colore nitent, qua oblongum, minutisque ocellis præditum vestiunt caput. Corpus omne supernum, alarumque superiora, & collum, pennæ ornant, pigmento saturatissimè rubro infectæ. Pennas remiges qui pingit rubor, depressior est & obscurior. Pectus atro Phœniceum lucidiore quasi limbo fimbriatur, sub quo pectorale conspicitur viridi holoserico simile. Utrinque ad latera Thoracis fasciculus eminet plumarum, tenuium, longarum, ex saturatè griseo & dilutè cinereo variegatarum, inque fines Smaragdino virore saturatissimo tinctos desinentium. Cætera subtus albicant. Cauda cinereo grisea est. Alarum inferiora dilutè spadicea sunt. Ex uropygio, supra caudam, bini prodeunt, longitudine quartam ulnæ partem æquantes, pili, crassis muscarii pilis haud absimiles, quorum extrema plumatili cincinno, viridante, conspicua, huicce avi in singulare ornamentum cedunt. Pedes, sât grandes, longos incurvosque ungues gerunt.

Num. 6. *Avis, Amboinensis,* Calatti *dicta, formosissima.*

Avicula hæc, Alaudâ ferè major, eximia forma, jucunditate colorum, cantusque suavitate se commendat. Caput nigricantem ostentat cirrum, oculosque circum & in pectore Cyaneus color elegantissimus coruscat. Dorsum ex Coracino & Cyaneo varium est. Alæ cæruleæ pennas remiges, ex viridi, saturatè cæruleo, & nigro variegatas, gerunt, dum latera lucidissimè & saturatissimè cærulea pennis vestitricibus purpureis ornata sunt. Subtus nivea albedo regnat. Posticam corporis partem dilutè cæruleo viridis intermistus color variegat. Cauda pulcherrima, saturatè fusca, extremo dilutè ruffa & grisea est.

Num. 7.

N°. 4. *Perroquet d'Orient, magnifique, nommé* Loeri.

Ce bel oiseau m'a été donné par une personne d'Amsterdam, qui à cause de son parler & de sa grande beauté, l'avoit acheté d'un Indien pour cinq cens florins, & l'avoit fait venir d'*Amboine.* Cet oiseau étoit né dans une des Isles *Papoe*, & parloit diverses langues promptement & distinctement; très fidele à son maitre Indien, il lui chantoit le matin une petite chanson, & lui disoit *Goede morgen Sinjor, een Wynsopje*, repetant la même chose à midi, & le soir, & dans l'intervalle de ces temps, sifloit avec agrement. Mais ce Perroquet ayant été vendu, & ne voyant plus son premier maitre, il ne voulut manger ni boire de chagrin, & mourut ainsi peu de jours après: il me fut donné étant mort, & je l'ai conservé dans une liqueur. Il porte sur sa tête comme un ruban noir, & une espece de colier rouge & verd autour du cou, le gizier & la poitrine sont d'un très-beau rouge clair; les Aîles & le dos d'un magnifique bleu turquin, le ventre d'un verd foncé, parsemé de plumes rouges; la queuë jette de longues plumes, colorées de verd & de rouge, noires aux bords. Un long bec, recourbé, renferme la langue qui est épaisse. Ses yeux sont beaux, grands; les pieds sont courts & se fendent en cinq doigts grands, gros, composés d'anneaux, armés d'ongles longs & recourbés.

N°. 5. *Oiseau Royal, ou du Paradis, petit, d'Amboine.*

On nomme cet Oiseau Royal à cause de la très-grande beauté de ses couleurs, il naît au rapport de *Fr. Valentin* dans les Isles *Aroe*, je n'en ai jamais vû de plus grand que celui qui est ici representé. Cependant à proportion il a une petite tête. Son Bec est droit, pointu, & blanc. De petites plumes fortes, semblables à des poils, de couleur Citron foncé, couvrent sa tête dont la figure est oblongue. Ses yeux sont petits; tout le corps au dessus, le cou, & la partie superieure des ailes, sont teints d'un rouge très-foncé, mais ce rouge paroit moins vif dans la portion des ailes qui s'étend en volant. La poitrine est d'un rouge éclatant, terminé en frange par une espece de bordure encore plus vive; les deux côtés de la poitrine sont fort couverts de plumes fines, longues, variées, d'un gris foncé, & d'un cendré clair, colorées dans les extremitez d'un verd d'émeraude fort chargé: le reste est blanc par dessous; la queuë d'un gris cendré; le bout des ailes d'un rouge clair. Du croupion naissent sur la queuë deux poils, de la longueur d'un quart d'aune, assez semblables aux crins d'une queuë de cheval, & dont les extremitez sont terminées par une boucle de plume, frisée, de couleur verdâtre, ce qui donne à cet oiseau un ornement singulier. Les pieds sont grands, armez d'ongles longs & recourbez.

N°. 6. *Oiseau d'Amboine, nommé* Calatti, *d'une grande beauté.*

Ce petit oiseau qui est à peu près de la grosseur d'une alouëtte, se recommande par la douceur de son chant, la beauté de son plumage, & une jolie figure. Sa tête est ornée d'une houpe tirant sur le noir. Autour des yeux & sur la poitrine regne un bleu celeste magnifique. Le Dos est d'un noir de corbeau varié d'azur, les Aîles d'un bleu celeste; leurs plumes qui servent au vol sont colorées de verd, de bleu turquin, & de noir; le dessous est d'une blancheur de neige; le derriere du corps est d'un bleu pale, mélangé de verd. La queuë est très-belle, d'un brun sombre, & au bout d'un roux grisatre.

N°. 7. *Feuilles*

Num. 7. *Folia Belillæ Orientalis.*

Fruticem hunc, qui circum arbores ſeſe convolvit, Bramanni *Sravadi*, id eſt, *album*, vocant. Sunt autem folia iſthæc amœnè viridia, oblongo-rotunda, paulum coſtata, inſtar folii Arantii, ſupra lævia, paucâ flavedine variegata, extremis ſubruffa, ſubtus alba, lanuginoſa, uti folia Cydoniæ. Fructus, quem profert, pyriformis eſt, è quo nonnulla germinant folia, prorſus albicantia & tomentoſa.

Num. 8. *Folia* Valli Cari Capœli, *arboris Indicæ.*

Ita Bramanni vocant hanc arborem, quibus vocibus *Arbor procera* ſignificatur. Folia ejus ex longis pendent petiolis, teretibus, viridibus, quorum ſinguli bina dant folia, tuberoſis excreſcentiis, quaſi intortis fructibus, à ſe mutuo ſeparata, ſpectaculo raro admodum & ſingulari. Cæterum folia baſi lata ex petiolis orta, parum dentata, in acutum convergunt, nervisque inſignibus perreptata, & minutis fibrillis quaſi elaborata, *Populi* magnæ noſtratis folia æmulantur.

TABULA TRIGESIMA ET NONA.

Num. 1. *Philander, maximus, Orientalis; fœmina.*

Inter alia rariora & hocce Animal nobis ex Amboinâ miſſum eſt, ſub nomine *Coes-Coes*, eò quidem delatum ex oris remotioribus. Vera autem & omnium maxima hæc eſt ſpecies fœmellarum *Philandrorum*, cui parem ante hâc vidimus nunquam. In Tabula prægreſſa prægrandem exhibuimus Philandrum, unà cum catulis, ventrali marſupio incluſis; quam maximam tum putabamus eſſe ſpeciem: at multum hæc cedit magnitudine iſthuic, cujus iconem hâc Tabulâ tradimus, quæque nobis poſtea demum transmiſſa eſt. Inde autem quam liquidiſſimè detegitur error, à D. Franc. Valentino commiſſus circa hiſtoriam horum animalium, deſcriptam in *Tom. III. Amboinenſ. Animal. pag.* 273. Ita enim inquit: „Nihil in hoc „ Animali paradoxum magis eſt, quam generandi modus & vulva, ſive fœmellæ membrum genitale: „ ſiquidem generatio hîc mirè ſingulari, & penitus alio, quam in reliquis animantibus, modo perficia- „ tur.

„ Haud enim concipit fœtus ſuos in matrice, corpori ejus incluſâ, ſed in patulo quodam marſupio, „ extra corpus, inter pedes poſticos collocato, quod rimâ, ferè dimidium pedem longâ, hiat; licet in „ iis, quæ nunquam ante pepererunt, minor & contractior ſit ille hiatus. Bina hujus burſæ labia in- „ tus molli lanugine obſidentur; dum fundus contra glaber eſt & calvus. Neque præterea ex hoc mar- „ ſupio via quædam in ipſum ventrem patet; ſed duo duntaxat, aut quatuor, inibi conſpiciuntur ubera „ plana, glanduloſa, monetæ, Belgis *Schelling* dictæ, diametrum ferè æquantia, ſingula papillâ longâ do- „ nata, quæ funiculi quaſi umbilicalis extremum refert, & bipollicaris longitudinis eſt, albicans, inque „ apicem perforatum deſinit. Hiſce papillis utplurimum adhærent catuli, vel in marſupio deliteſcen- „ tes, vel inde egreſſi: id enim adeo intus amplum eſt, ut habitaculi loco facile ſervire queat iis „ omnibus.

„ Neque

N°. 7. *Feuilles de la Belilla Orientale.*

Les Bramins donnent le nom de *Sravadi*, c'eſt-à-dire *Blanc*, à cet arbriſſeau qui s'entortille autour des arbres. Il porte des feuilles comme elles ſont ici depeintes, d'un beau verd, ovales, nerveuſes, ſemblables à la feuille d'Oranger, liſſes par deſſus, un peu jaunatres, & rouſſatres dans les bords, blanches par deſſous, cotonneuſes, comme les feuilles de Cognaſſier. Le fruit eſt en forme de poire, & pouſſe quelques feuilles blanches & veluës.

N°. 8. *Feuilles du Valli Cari Capœli, Arbre des Indes.*

Les Bramins deſignent cet Arbre par ces trois mots qui veulent dire un *Arbre haut*. Les feuilles qu'il porte pendent à des queuës longues, vertes, & rondes. Chaque queuë tient deux feuilles, ſeparées l'une de l'autre par des eſpeces de boſſes comme de fruits entortillés; choſe rare & toute ſinguliere! ces feuilles ſont aſſez ſemblables à celles de nôtre *Peuplier* larges près de la queuë, un peu dentelées, finiſſant en pointes, parſemées de grandes côtes fibreuſes.

TRENTE-NEUVIEME PLANCHE.

N°. 1. *Philander femelle, Orientale, très-grande.*

Cet animal nous a été envoyé d'Amboine avec d'autres raretés; on le transporte ici des païs les plus éloignés ſous le nom de *Coes-Coes*. Or la Femelle que nous repreſentons ici eſt la veritable femelle de ces animaux, & de la plus grande eſpece, n'ayant point encore vu ſa pareille. Dans la Planche XXXII. qui precede, nous avons depeint une très-grande femelle de cette eſpece d'animaux avec ſes petits dans le ventre, & nous croyions alors que c'étoit la plus grande de toutes les eſpeces, mais cependant elle ſe trouve de beaucoup inferieure en grandeur à celle dont nous donnons la figure dans cette Planche, & qui ne nous a été envoyée que du depuis. Cela nous a donné lieu de decouvrir clairement l'erreur qu'a commiſe Fr. Valentin ſur l'hiſtoire de ces animaux, qu'il décrit au Tom. III. de ſon livre *Des Animaux d'Amboine* page 273, de la maniere ſuivante.

„ Rien ne paroit plus paradoxe dans cet animal, que ſa ma- „ niere d'engendrer, & la partie de la femelle deſtinée à cet uſa- „ ge. Car leur generation ſe fait d'une maniere ſinguliere & „ toute differente des autres animaux: en effet la femelle ne con- „ çoit point ſes petits dans une matrice qui ſoit renfermée dans „ le corps, mais dans une eſpece de bourſe aſſez large, placée „ hors du corps entre les pieds de derriere, fenduë par une ou- „ verture qui eſt preſque d'un demi-pied de large, mais petite & „ étrecie dans les femelles qui n'ont pas encore mis bas; les deux „ levres de cette bourſe ſont couvertes d'une fine laine, tandis „ que le fonds eſt chauve & ſans poils; d'ailleurs il ne paroit pas „ qu'il y ait aucune communication de cette bourſe au ventre, „ mais l'on aperçoit ſeulement dans cet endroit deux ou quatre „ tettes plattes, glanduleuſes, à peu pres du diametre de la mon- „ noie des Hollandois qu'ils nomment *Schelling*; chacune de ces „ tettes a un mammellon blanchatre, percé à l'extremité, de la „ longueur de deux pouces, & reſſemblant aſſez au bout du cor- „ don ombilical. C'eſt à ces mammellons que s'attachent les petits „ de ces animaux, ſoit qu'ils ſoient cachez dans la bourſe dont „ je viens de parler, ſoit qu'ils en ſoient ſortis: cette bourſe „ étant aſſez vaſte pour leur ſervir à tous de demeure.

„ Dans


TAB. XXXIX.








Fig. 2.
TAB. XL.
Fig. 1.



„ Neque in interioribus hujus Animalis quidquam datur reperire, matrici analogum: quare ſatis „ certò determinare non auſim, utrum catuli ex ipſo hocce marſupio, an, inſtar fructuum in arboribus, „ è papillis illis, tanquam petiolis, ſenſim excreſcant, maturique inde decidant. Id certum eſt, quod „ in ipſâ hâc burſâ generentur, & primò omnium papillis hiſce adhærere, & inde ſugere deprehendantur. „ Unde poſterior illa opinio, eorundem è papillis generationem ſupponens, vero forte eſt ſimillima: „ ſiquidem marſupium arctè clauſum maneat, donec incluſi fœtus perfectè maturuerint. Quin & gla- „ bros adhuc immaturoſque catulos adeò firmiter papillis adfixos deprehendimus nonnunquam, ut ſi vi „ inde avellantur, ſanguinis oriatur profluvium, &c."

Quem D. Valentyn hâc in re commiſit, error, abſonus valdè & enormis, inde forſan ortum duxit, quod Vir Iſte hanc Animalium ſpeciem haud debitè examinaverit: habent enim hæc Animantia, æque ac feles, canes, & ejusmodi, partes, generationi ſervientes, intra abdomen. Quando autem ſuos excluſere catulos, prout jam præcedenti Tabulâ memoravimus, hos, ilico poſt partum, anterioribus ſuis pedibus, qui digitatas quaſi hominum manus referunt, ſuſcipiunt, cœcosque adhuc & nudos ſuo immittunt marſupio, in commodum eorum ita comparato, ut ſuum inibi pabulum hi reperiant, mammas nimirum lacte plenas, è quibus totidem protuberant papillæ, quot catuli uno partu excluduntur: his ergo ſeſe adplicant illi, quamdiu adhuc pilis & viſu carent. Poſtquam verò adultiores facti, & pilis obſiti, oculis incipiunt uti, tunc dimiſſâ aliquando papillâ, & capite extrà burſam protenſo, circumſpiciunt, ſuam ſinguli, ſibique conſuetam, olfactu pulchrè diſcernendam, paulò poſt papillam repetentes, ubi cupido ſugendi eos rurſum inceſſerit. Utplurimum quini numero, aut ſepteni, uno partu catuli prodeunt; unde Natura & pro horum quolibet peculiarem effinxit in matribus papillam: quod notatu quidem digniſſimum eſt. Cujus hîc exhibemus iconem, Animal ſeptem pollet mammillis, ſive papillis; quare & tot videtur excluſiſſe catulos. Marſupium vero glabrum eſt & pili expers, quâ parte inde prominent ubera; ne quid juvenculis inde naſceretur impedimenti inter ſugendum: cætera verò ejus ſuperficies molli pilo, quaſi laneo, veſtita eſt; labia autem extus ex albo cineritiam præ ſe ferunt flavedinem. Venter totus, & interna crurum facies ejusdem quoque coloris eſt. Caput, canino ſimile, longum protendit roſtrum, acutisque dentibus, & latè arrectis auribus conſpicuum eſt. Rictum & oculos, in ambitu, pili longi, nigri, ſetacei, obſident. Quæ in prioribus Philandris flava conſpicitur macula ſupra oculos, in hoc ex obſcuro fuſca eſt. Dorſum longis pilis, ſetaceis, atro ſpadiceis, hiſpidum eſt, qui ad ventris latera utrinque paulò dilutiorem acquirunt colorem. Cauda, longa, ſquamis rhomboideis tota tegitur. Veſcitur Animal hoc variis fructibus, aliisque vegetantibus. Vel maximè autem dubium, imò & ab omni veri ſpecie alienum videtur, quod ab hominibus loco cibi aut cupediarum uſurpentur iſtæ beſtiæ, prout equidem refert D. Fr. Valentyn.

TABULA QUADRAGESIMA.

Num. I. *Tamandua, Guacu, Braſilienſis, ſeu Urſa Formicaria.*

Maxima hæc eſt omnium, quas vidimus, ſpecierum. Marggravius *Tamandua Guacu*, Cardanus *Urſum Formicarium* adpellat. Eſt autem longo corpore, altis latisque ſcapulis, capite admodum prolixo, roſtro ſenſim attenuato, patulis amplisque naribus, lingua longa, ad ſesqui quadrantem ulnæ emiſſili, hinc Formicis

„ Dans les parties interieures de cet animal, on ne trouve rien „ qui ait quelque raport à une matrice. Auſſi n'oſerois-je aſſu- „ rer, ſi les petits tirent leur origine de cette bourſe, ou ſi à la „ maniere des fruits des arbres, ils ſortent de ces mammelons „ comme de leurs queues, y prennent inſenſiblement leur ac- „ croiſſement, & tombent enſuite, parvenus à leur point de „ parfaite conformation; toujours il eſt certain qu'ils s'engen- „ drent dans cette bourſe, qu'ils s'attachent d'abord à ces mam- „ mellons, & paroiſſent les ſucer. D'où il ſemble que l'opinion „ de ceux qui attribuent aux mammelons la generation de ces „ animaux, ſeroit peut-être la plus vraiſemblable, car cette bour- „ ſe demeure étroitement fermée, jusques à ce que les petits qui „ s'y trouvent contenus, ſoient entierement formés. On les „ rencontre même quelquefois ſi fortement collés à ces mammel- „ lons, qu'en voulant les en arracher de force, on cauſe une he- „ morrhagie, &c."

Il eſt apparent que l'erreur groſſiere de Fr. Valentin en cette occaſion, vient de n'avoir pas lui-même examiné avec ſoin cette eſpece d'animaux: car de même que les Chats, les Chiens, & autres ſemblables bêtes, ils ont dans leur Ventre les parties qui ſervent à la generation. Mais après qu'ils ont mis bas leurs petits, comme nous l'avons déja dit dans la Planche précedente, ils les prennent d'abord avec leurs pattes de devant qui ſont presque faites comme des mains, & mettent ces petits encore nuds & aveugles dans leur bourſe, qui eſt ſi bien faite pour eux, qu'ils y trouvent pour ſe nourrir du lait contenu en abondance dans des mammelles, qui ont autant de mammellons, que l'animal a de petits: c'eſt à ces Mammellons qu'ils s'atachent tant qu'ils ſont aveugles & ſans poils; mais dès que dans la ſuite ils commencent à voir & à être couverts de poils, ils abandonnent alors de temps en temps le mammellon, & mettent la tête hors de la bourſe pour regarder tout autour; ils retournent bien-tôt après au mammellon, & chacun d'eux reconnoit ſi bien par l'odorat celui qui lui eſt propre & auquel il eſt acoutumé, qu'il ne s'y trompe jamais. Ces petits ſont ordinairement au nombre de cinq ou de ſept, & ce qui eſt digne d'atention, chacun d'eux a ſon mammellon.

L'animal dont on voit ici la figure, a ſept mammellons, d'où l'on peut conclure qu'il avoit mis bas ſept petits; Sa bourſe eſt fort unie, & n'a point de poils dans l'endroit où ſont ſitués les mammellons, ce qui fait que les petits n'ont rien qui les incommode en tetant. Le reſte de ſa ſuperficie eſt couvert d'un duvet qui reſſemble à de la laine, & les bords de ſon ouverture ſont en dehors de couleur blanchâtre qui tire un peu ſur le jaune-cendré; tout le ventre eſt auſſi de cette couleur, de même que le dedans des jambes. La tête ſemblable à celle des chiens finit en un muſeau qui eſt long; Les dents ſont pointues, & les oreilles ſont longues & droites. La bouche & les yeux ſont tout autour garnis de longs poils noirs comme de ſoye; la tache jaune que l'on voit ſur les yeux des Philanders décrits ci-deſſus, eſt dans celui-ci d'un brun foncé. Le dos eſt tout heriſſé de longs poils bays-bruns, ſemblables à des ſoyes, dont la couleur s'éclaircit un peu à meſure qu'ils s'éloignent du dos, en s'aprochant du ventre de chaque côté. La queuë eſt longue, & toute couverte d'écailles rhomboïdes. Cet animal ſe nourrit de diverſes ſortes de fruits & autres vegetables. Il eſt très-douteux, & même hors de toute vraiſemblance, que ces animaux ſervent à la nourriture ou à la bonne chere des hommes, ainſi que le narre Fr. Valentin.

PLANCHE QUARANTIEME.

N°. I. *Tamandua, Guacu, du Breſil, ou l'Ourſe qui mange les fourmis.*

C'eſt ici la plus grande de toutes les eſpeces de ces animaux que nous ayons vu. Marggrave la nomme *Tamandua Guacu*, & Cardan *Urſus Formicarius*, c'eſt-à-dire l'Ours qui mange les fourmis. Cet animal a le corps long, les épaules hautes & larges, la tête fort étenduë, le muſeau diminuant inſenſiblement, & les narines amples & ouvertes. Sa longue langue qu'il

Formicis capiendis aptissima, in tenue acumen desinente, cujus extremum in exiguum globulum abit. Auriculæ longæ, pendulæ, sunt. Oculi sat grandes, crassis palpebris defensi. Rostrum, longum, rugis numerosis, tanquam nubibus, inæquale, raro pilo vestitur. Caput breve, planum, pili pressuli tegunt. Reliquum dein corpus longis crassisque pilis, quasi setis porcinis, hispidum est, qui tamen proximè ad cutim tenuiores & lanuginosi, dilutè spadiceo colore pollent. Venter subtus pilos magis ruffos gerit. Caudæ, longæ, & in acumen desinentis, facies superna dilutè fusca est. Fœmella hæc est, octo papillis è ventre prominulis donata, ternis nimirum utrinque versus pedes posticos, binisque inter pedes anteriores. Fide dignis testimoniis perhibetur, totidem ipsas uno partu edere catulos, quot papillis gaudent: qua in re aliqualis foret cum Suibus convenientia, quæ, dum ingentem catulorum numerum simul pariunt, pluribus etiam uberibus sunt præditæ. Antici posticique pedes à Num. 2. præcedentis Tabulæ haud differunt, nisi quod majores sint. Maximis Hæ Formicis ventrem suum replent. Hujusce autem generis Murmecophagarum sex asservamus species in Musæo nostro, singulas à se mutuo discrepantes vel peculiari habitu, vel capite, pedibus atque unguibus. Quæ hanc sequitur sub Num. 2. delineata, vel una quarta parte minor est, parvo brevique capite, oculisque & auribus minusculis. Pes anticus uno pollet forti incurvoque ungue. Posticus in tres digitos totidemque ungues abit. Cum contra quatuor aliæ species quinis digitis & unguibus armatæ sint. Harum verò & pilus mollis est & laneus, junioris Leporis pilis concolor. Species quinta ejusdem quoque formæ, coloris admodum helvi pilo, per dorsum argenti instar candicante, subtus autem ex cinereo dilutè flavo vestita, quaternas gerit mammas papillasque, binas sub cruribus anticis, totidemque sub posticis. Sexta species longiore rostro, arrectisque, instar Vulpis, auribus gaudet. Omnes vero hæ species dentibus carent.

Num. 2. *Tamandua, Mexicana,* Yzquiepatl, *seu Vulpecula dicta.*

Murmecophagarum hæc alia omnino species est, quæ ab *Hernandesio pag.* 332. describitur. Juxta *Nardi Antonii Recchi* adnotationes, capite hæc ovillo est, cætera similis illi, quàm hîc repræsentamus, solum si caput exceperis, quod aliter conformatum, multo brevius, Canis Septentrionalis ferè æmulum est. Nasus ad anteriora oris, quasi linea separatus, hæret; juxta quem utrinque, & subtus è mento, longi pili, barbæ instar, prominent. Maxilla inferior, crassa & rotunda, binis insignibus pollet dentibus: præter quos nulli amplius, vel in maxillâ superiore, vel alibi in ore occurrunt. Antici posticique pedes, longi, ursinorum æmuli, quinis digitis, acutisque unguibus armantur. Oculi minuti, globosi, lucidi sunt. Supercilia admodum prolixis pilis horrent, dum breviores, & saturatissimè spadicei, oculorum ambitum investiunt. Auriculæ teretes capiti arctè adpressæ hærent. Pilus corporis longus est & subruffus, dilutior vero, qui abdomen tegit. Cauda, qualis Cani vulgari, est.

TABULA QUADRAGESIMA ET PRIMA.

Num. 1. *Ichneumon, seu Vulpecula Ceilonica.*

Hocce Animal Belgis *het Ceilonsch Kwasje*, priscis scriptoribus *Alkasis*, aliis rursus *Suillum* vocatur, quum forti olfactu pervestiget omnia, terramque fodiat supernâ oris sui parte, rostrum suillum utcunque referente,

qu'il peut tirer en avant d'un huitieme de coudée, ce qui lui est très-avantageux pour atraper les fourmis, finit en une pointe dont le bout forme un petit rond. Ses oreilles sont longues & pendantes; ses yeux assez grands sont defendus par d'épaisses paupieres; son museau est long, tout ridé, garni de peu de poil; sa tête qui est plate & petite, est couverte de poils assez pressez. Tout le reste du corps de cet Animal est velu de poils longs & épais, assez semblables à des soyes de cochon, mais qui cependant près de la peau deviennent cotonneux & plus fins; leur couleur est d'un chatain clair, & sous le ventre d'un brun plus foncé. Le dessus de la queuë qui est longue, & finissant en pointe, est d'un fauve clair. Sa femelle ici depeinte, a huit tettes qui sortent hors du ventre, à savoir trois de chaque côté vers les pieds de derriere, & deux entre les pieds de devant. Des témoins dignes de foi raportent qu'elle met bas à chaque portée autant de petits, qu'elle a de tettes, en quoi elle auroit quelque conformité avec les truyes, qui ne mettent bas beaucoup de petits d'une ventrée, que lorsqu'elles ont plusieurs tettes. Les pieds de devant & de derriere ne different de ceux qu'on a décrits au N°. 2. de la Planche précedente, qu'en ce qu'ils sont plus grands. Les plus grosses fourmis lui servent de nourriture.

Nous conservons dans nôtre Cabinet, six especes de ces Animaux Mangeurs de fourmis, qui different entre eux, ou par une forme particuliere, ou par la tête, les pieds, & les ongles. La Tamandua représentée au N°. 2. qui suit, est d'un quart plus petite que celle-ci, & a aussi la tête, les oreilles, & les yeux plus petits: son pied de devant a un seul ongle, fort, & crochu, & celui de derriere a trois doigts & trois ongles, au lieu que les quatre autres especes ont cinq doigts armés d'autant d'ongles. Leur poil est doux, cotonneux, de la couleur de celui d'un jeune lievre. La cinquieme espece de Tamandua, est de la même figure, d'un poil rouge-pâle, qui est sur le dos d'un blanc argenté, & dessous d'un cendré jaunatre; Cette espece a quatre tettes, & quatre mammelons, deux sous les jambes de devant, & deux sous les jambes de derriere. La sixieme espece a le museau plus long, & les oreilles dressées comme celles du Renard. Toutes ces especes n'ont point de dents.

N°. 2. *Tamandua, du Mexique, nommée* Yzquiepatl, *c'est-à-dire petit Renard.*

C'est ici une autre espece de ces Animaux Mangeurs de fourmis; *Hernandes* la décrit à la page 332 de son livre. Suivant les observations de *Nardus Antonius Recchus*, sa tête est comme celle d'une brebis, & convient en tout le reste à la Tamandua dont nous donnons ici la figure, si vous en exceptez seulement la tête, qui est autrement conformée, beaucoup plus petite, & presque approchante de celle des chiens du nord. Son nez situé au devant du museau semble être separé par une ligne; il lui sort de chaque côté, & dessous le menton de longs poils, en guise de barbe. Sa machoire inferieure, qui est épaisse & ronde, est munie de deux longues dents, qui sont les seules qu'elle ait. Ses pieds de devant & de derriere sont longs, semblables à ceux des Oursons, fendus en cinq doigts, armés d'ongles aigus. Elle a de petits yeux, ronds, luisans; ses sourcils sont garnis de longs poils, tandis que de plus courts, d'un brun très-foncé, tapissent le contour des yeux. Ses oreilles sont rondes, & collées étroitement à la tête. Le poil du corps est long, roussâtre, & sous le ventre d'un roux plus clair. Sa queuë est comme celle du chien ordinaire.

PLANCHE QUARANTE ET UNIEME.

N°. 1. *Ichneumon ou petit Renard de Ceylan.*

Cet Animal est appellé par les Hollandois *het Ceilonsch Kwasje*, par d'anciens Ecrivains *Alkasis*, & par d'autres *Suillum*, comme qui diroit Animal qui tient du cochon, parcequ'il ne cherche rien qu'en flairant fortement; & qu'il creuse la terre avec le dessus de son museau, qui est assez semblable au groin d'un cochon,






TAB. XLI.
Fig. 3.
Fig. 2.
Fig. 1.
Fig. 4.
P. Tanje f.



referente, ſed breviore & teretiore. Inferna roſtri pars multo, quàm ſuperna, brevior, utrinque acutis dentibus armata eſt. Caput Muſtelæ capiti ſimile. Collo Animal longo eſt, auriculis curtis & teretibus, prægrandibus vividisque oculis: de cætero Vulpem quàm proximè refert, pilis luteis, ſaturatè ruffis & griſeis, ſeu variegatis, veſtitum; qui quidem pili, præcipuè ad longam, hiſpidam, criſpatam, inque acutum convergentem caudam, rigidi & quaſi aculeati ſunt. Subtus flava ſunt omnia. Pedes curti quinque craſſis præmuniuntur unguibus. Ex inſulâ Ceilonenſi vivum ad nos translatum, aliquot menſibus catenâ adligatum, domi noſtræ circumcurrit: ſed, quidquid è ligno aut fune conflatum erat, perpetuo morſu & commanducatu diſcerpebat. Interdiu in domuncula ſua tranquille dormiebat, languens præ ſegnitie, vixque ſeſe elevans, ubi percuteretur: at Heſpero veniente ilico ex cavea ſua prorumpens, quousque per catenam licebat, omnia percunctabatur. Neminem lædebat: ſed valdè indomitum, felis inſtar, arbores & parietes quoscunque conſcendebat. Avidiſſimè autem inhiabat araneis, lumbricis, radicibus herbarum & arborum ipſi arridentibus; hasque fodiendo eruere dextrè ſciebat, noctem ſic integram ad ſolis usque ortum terens: tum verò domunculam repetens, quieti ſeſe dabat. Tandem ob indomabilem feritatem, immunditiem, & continuam terræ foſſionem, tantæ fuit moleſtiæ, ut in ſpiritu dicto *Kilduivel* illud ſuffocare, noſtroque in muſæo requie donare ſimus coacti. Aliam ejus ſpeciem, ex Americâ oriundam, quæ tam habitu, quàm colore multùm inde diverſa eſt, poſteà deſcribemus. Vid. Tab. ſequent.

Num. 2. *Cuniculus Americanus.*

Surinami, & in aliis Americæ locis, plurimi horum dantur, & capti loco alimenti inſerviunt. Caro eorum alba, noſtratium ferè ſimilis, at multo ſiccior eſt, nec adeo grati ſaporis. Juxta incolarum & itineratorum relationes eorum quidam reperiuntur, multùm qui ſuperant magnitudine hacce figurâ repræſentatum. Auriculis ſunt brevibus, craſſo capite, longoque collo. Elumbes etiam inſtar noſtratium ſaliunt. Pilus vero ruffus, rigidus & pungens eſt, uti ſetæ, præcipuè per dorſum. Pedes in quatuor fiſſi ſunt digitos, incurvis, acutisque, unguibus, ſcalpendo & fodiendo adaptatis, donatos. Vid. S. D. H. L. Hiſtor. Surinam. *pag.* 170, ubi Autor, Lepores Surinamenſes deſcribens, hos plane à noſtratibus diverſos, multò minores, aliusque ſtructuræ eſſe dicit. Dorſum ſpadiceum pilis albis variegatur. Caro haud ferina, ſed grati ſaporis eſt.

Num. 3. *Sciurus, volans; mas.*

Ex Virginia Novæ Hiſpaniæ hic oriundus eſt. Deſcripſeramus illum juxta ſpecimen in Muſæo D. Vincentii reperiundum; ſed interea temporis & nos quodam potiti ſumus, colore & habitu à præmemorato diſcrepante. Caput brevius acutum protendit roſtrum, longo pilo quaſi barbatum. Volans hic à parte poſtica conſpicuus eſt. Dorſum ex ruffo gilvi eſt coloris: cauda dilutè ruffa; ſubtus verò pili omnino albicantes hærent. Maſculus hic eſt. Dentes in anteriore oris parte defixi ſunt, uti in Gliribus. Antici pedes non niſi in quaternos digitos, acutis unguibus præditos, abeunt, pollice deficiente, quo gaudet alia qui in Tabula exhibetur. Poſtici quinquefidi ſunt. Inter volandum cuticula rugas trahit, quas, velociſſimè volantes, prorſus applanare poſſunt. Cauda longis pilis obſita corpori poſtico, dum volant, ſuſtentando ſubſervit.

Num. 4.

chon, ſeulement plus rond & plus petit; la partie inferieure du muſeau, beaucoup plus courte que la ſuperieure, eſt armée de chaque coté de dents pointuës. Sa tête eſt ſemblable à celle de la belette. Il a le col long, les oreilles rondes & courtes, les yeux grands & vifs: & pour le reſte il reſſemble beaucoup au Renard, par ſon poil jaune, roux, gris, ou melangé. Sa queuë qui eſt longue, friſée, finiſſant en pointe, eſt ſurtout couverte de poils rudes, & piquans. Tout le deſſous du corps eſt jaune; Ses pieds ſont courts, armés de cinq ongles épais. Celui-ci m'a été envoyé en vie de l'Isle de Ceylan, & après l'avoir enchainé, je l'ai laiſſé courir quelques mois dans ma maiſon, où il avoit coutume de mordre & de déchirer tout ce qu'il rencontroit de bois ou de corde. Pareſſeux pendant le jour, il dormoit tranquillement dans ſa cachette, d'où il s'ôtoit même à peine quand on le frapoit, mais ſur le ſoir il en ſortoit bien-tôt, flairant par tout autant que ſa chaine le lui permettoit, ſans pourtant bleſſer perſonne, & ſans vouloir s'aprivoiſer. Il n'y avoit ni arbres ni murailles où il ne grimpât comme un chat. Il étoit très-avide d'araignées, de vers, de racines d'arbres, & de plantes qu'il arrachoit fort adroitement, paſſant ainſi toute la nuit jusqu'au lever du Soleil, que regagnant alors ſa cachette, il s'abandonnoit au repos. Cependant ſa ferocité indomtable, ſa malpropreté, l'impoſſibilité de l'empêcher de creuſer toujours la terre, me devinrent enfin ſi fort à charge, que je me vis obliger de l'étouffer dans l'esprit que nous nommons en Hollandois *Kilduivel*, pour le garder dans mon Cabinet. Nous avons déja décrit une autre espece de ce genre d'animal née en Amerique, & très-differente de celui-ci tant par la forme que par la couleur. Voyez la Planche qui précede.

N°. 2. *Lapin d'Amerique.*

Il y en a quantité à Surinam & autres lieux de l'Amerique, où on les prend pour s'en nourrir. Leur chair eſt blanche, presque ſemblable à celle des lapins de nôtre pays, mais beaucoup plus ſeche, & moins agreable au gout. Au rapport des habitans, & des voyageurs, on voit quelques-uns de ces lapins bien plus grands que celui dont nous donnons ici la figure. Ils ont les oreilles courtes, la tête groſſe, & un long col; quoiqu'ils ayent les reins rompus, ils peuvent encore ſauter de même que nos lapins. Leur poil eſt roux, rude, piquant comme des ſoyes, ſurtout celui du dos. Leurs pieds ſont fendus en quatre doigts armés d'ongles pointus, & recourbés, qui leur ſervent à grater & à creuſer. Voyez S. D. H. L. Hiſtoire de Surinam *pag.* 170, dans laquelle cet Auteur donnant la deſcription des Lievres de Surinam, dit qu'ils different abſolument des nôtres par leur conformation, & qu'ils ſont auſſi beaucoup plus petits. Son dos chatain eſt varié de poils blancs. Sa chair eſt d'un bon gout, & ne ſent point le ſauvagin.

N°. 3. *Ecureuil volant; Mâle.*

Celui-ci eſt né dans la Virginie de la Nouvelle Espagne. Nous avions fait une deſcription de cet animal tirée du Cabinet de Mr. Vincent, mais depuis nous en avons nous-mêmes eû un, qui en eſt très-different par ſa forme & par ſa couleur. Il a une plus petite tête, terminée par un muſeau pointu, & velu de longs poils en guiſe de barbe. On le voit ici par derriere comme s'il voloit. Le dos eſt d'un gris cendré, la queuë d'un roux clair, & deſſous le corps les poils ſont tout à fait blanchatres. L'Ecureuil ici depeint eſt un mâle. Ses dents ſont plantées comme aux Loirs dans la partie anterieure de la gueule. Les pieds de devant n'ont que quatre doigts garnis d'ongles pointus, le pouce qui manque à celui-ci eſt repreſenté dans une autre Planche. Les pieds de derriere ſont fendus chacun en cinq doigts: ſa peau quand il vole forme des rides, lesquelles il peut effacer en volant fort vite. Sa queuë couverte de longs poils, l'aide à voler en ſoutenant la partie poſterieure de ſon corps.

N°. 4. *Taupe*

Num. 4. *Talpa, maculata, Oost-Frisia.*

Alia quadam Tabulâ aliquot iam species Talparum repræsentavimus: interea verò contigit fortuitò, quod in loco meo natali Talpa versicolor, per viam regiam, capta sit, præsentibus D. Satrapa de Capelle, & D. Curatore R. P. Ihering, in Principali arce *Vredeburg*, in Oost-Frisiâ, ambobus habitantibus: qui Animalculum isthoc, ipsis haud vulgare visum, asservari jubentes, dein mihi ut in locupletationem Musæi mei transmitteretur, benignè curarunt. Id factum: quocirca Nob. Dominis hisce obstrictissimi, in grati animi tesseram æri illud incisum, debito huicce loco inseruimus. Superat autem longitudine aliquantum Talpas vulgares, quibus cætera similis est, exceptâ pelle, quæ tota versicolor, albis & nigris maculis, tam supra, quàm infra, marmoris instar, variegatur, griseo tamen pilo admodum molli, & holoserici quasi æmulo, aliis intermisto. Rostrum longum, prolixo pilo horret; oculi adeo minuti sunt, ut palpebrarum hiatus vix conspici queat.

TABULA QUADRAGESIMA ET SECUNDA.

Num. 1. Ichneumon *de* Yzquiepatl, *seu Vulpecula Americana, quæ colore* Maizium *torrefactum æmulatur.*

Animal, capite ad Vulpeculam accedens, oblongo, quasi Porcino, rostro, in America *Quasje* vocatur: vivum id Surinamo ad nos pervenit, nosque, catenula adfixum, per integram æstatem in hortulo retrò ædes nostras, superstes conservavimus. Haud malignæ erat indolis, nec morsu nocebat. Caniculæ instar tractari sese patiebatur, si quis ipsi quid comedendum porrexisset. Rostro suo terram effodiebat, anticis pedibus, quorum digiti longis incurvisque unguibus muniti erant, adminiculantibus. Interdiu in antro, quod paraverat, delitescebat; circa vesperam verò inde prorepens, excussa de pelle terrâ, quousque per catenam poterat, circumcurrebat quaquaversum per totam noctem, defixis in terram naribus, usque investigans. De pabulo vesperi adposito, quantum ad famem compescendam sufficiebat, comedens, si quid supererat, id intactum relinquebat. Nec carne, nec pane, nec variis aliis cibis, sed Pastinacis luteis, squillis crudis, Erucis & Araneis delectabatur. Unde liquet, quodlibet Animans victum pro sua sibi indole eligere. Appetente Bruma illud in cavo suo mortuum reperiebamus, indicio, frigoris inclementiam ipsi fuisse intolerabilem. Species hæc saturatè spadicei per dorsum coloris, pilis hispida, brevibus auriculis est & syncipite rotundo, coloris paulò dilutioris. Venter flavescit. Cauda, mediocriter longa, & fusca, brevi pilo vestita, luteis quasi annulis circulatur. Quæ ex India Orientali veniunt, Ichneumonum species grandiores sunt & venustiores, quarum & nonnullas possidemus, partim ante descriptas, partim in decursu exhibendas.

Num. 2. Quanhpecotli, *seu Felis Montana, Americana.*

Liquori immersa nobis ex Nova Hispania transmissa est, à Francisco Hernandesio in Histor. Quadruped. *pag.* 6. descripta. Feri & malignissimi moris bestia mordet, & scalpendo exoculat, quodcunque ipsi adpropinquat Animal. Juvencula hæc est. Caput Felinum, helvi & grisei est coloris: cauda crassa, longa.

Num. 3.

N°. 4. *Taupe, tachetée, d'Oost-Frise.*

Nous avons déja representé quelques especes de Taupes, dans une autre Planche: mais depuis il est arrivé par hazard, que dans le lieu de ma naissance l'on a attrapé au milieu du grand chemin une Taupe qui étoit de diverses couleurs; Mr. le Baillif de Capelle & Mr. R. P. Ihering, qui demeurent tous les deux au Château de Vreedeburg, qui est en Oost-Frise, étoient présens lors qu'on la prit; elle leur parut singuliere, & ayant donné ordre qu'on la gardât, ils me firent ensuite la faveur de me l'envoyer pour en orner mon cabinet. J'en ai fait graver la figure, que je place ici par reconnoissance. Cette Taupe est un peu plus longue que les Taupes ordinaires, dont au reste elle ne differe que par sa peau, qui est toute marbrée sur le dos & sous le ventre de taches blanches & noires, dans lesquelles pourtant on distingue comme un mélange de poils gris, aussi fins que de la soye. Le museau de cet animal est long, & herissé d'un long poil. Les yeux sont si petits, que l'on a de la peine à decouvrir l'ouverture des paupieres.

PLANCHE QUARANTE-DEUXIEME.

N°. 1. Ichneumon *de* Yzquiepatl, *ou Petit Renard d'Amerique, dont la couleur ressemble à celle du* Mayz *brûlé.*

La tête de cet Animal ressemble à celle d'un petit Renard, & son groin est semblable à celui d'un Cochon, les Americains l'appellent *Quasje*. Je l'ai reçû vivant de Surinam, & l'ai conservé en vie pendant tout un été, dans mon jardin, où je le tenois attaché avec une petite chaine. Il n'étoit point mechant, & ne mordoit personne. Lors qu'on lui donnoit à manger, on pouvoit le manier comme un petit chien. Il creusoit la terre avec son museau, en s'aidant alors de ses deux pattes de devant, dont les orteils étoient armez d'ongles longs & recourbez. Il se cachoit pendant le jour dans une espece de taniere qu'il avoit fait lui-même; il en resortoit sur le soir, & après s'être nettoyé, il commençoit à courir, & couroit ainsi pendant toute la nuit à droit & à gauche, aussi loin que sa chaine lui permettoit d'aller, & furetoit par tout, portant le nés en terre; on lui donnoit chaque soir à manger, & il ne prenoit de nourriture que ce qu'il lui en faloit, sans toucher au reste. Il n'aimoit ni la chair, ni le pain, ni quantité d'autres nourritures; ses delices étoient les Panais jaunes, les Chevretes crûes, les Chenilles, & les Araignées. Ce qui montre que chaque espece d'Animal, sait se choisir la nourriture qui lui convient. Sur la fin de l'Automne on le trouva mort dans sa taniere, il ne put pas sans doute suporter le froid. Cette espece-ci d'Ichneumon est hérissé sur le dos de poils d'un chatain foncé; elle a de courtes oreilles, le devant de la tête rond, & d'une couleur un peu plus claire que n'est le dos. Il a le ventre jaune. Sa queuë d'une longueur mediocre, est brune & couverte d'un poil court, l'on y remarque tout autour comme des anneaux jaunâtres. Les autres especes d'Ichneumon qui viennent des Indes Orientales, sont plus grandes & plus belles. Nous en avons aussi quelques-unes dont nous ferons mention dans la suite.

N°. 2. Quanhpecotli, *ou Chat sauvage, d'Amerique.*

On voit la description de cet animal dans l'Histoire des Quadrupedes de François Hernandes *pag.* 6. Celui-ci m'a été envoyé de la Nouvelle Espagne, conservé dans une liqueur. C'est un animal très-dangereux, qui mord, & arrache avec ses griffes les yeux des autres animaux qui tombent sous sa patte. Celui dont on voit ici la figure est un jeune. Sa tête ressemble tout à fait à celle d'un Chat, elle est de couleur rouge-pâle & grise. Sa queuë est longue & grosse.

N°. 3. Mazame,






Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 6.
Fig. 4.
Fig. 5.



Num. 3. Mazame, *seu Cervus cornutus, ex Novâ Hispaniâ.*

Hæc species omnino differt ab illa, quam Guinea profert. Capite, & collo, crassis curtisque est, & bina gerit, tornata quasi, cornicula, in acutum recurvumque apicem convergentia, retrorsum reclinata. Auriculæ grandes, flaccidæ: at oculi venusti. Cauda crassa, obtusa. Pilus totius corporis subruffus: est paulo tamen dilutior, qui caput & ventrem tegit. Femora, cum pedibus, admodum habilia.

Num. 4. *Cervus* Macatlchichiltic, *sive* Temamacama *dictus.*

Horum ingens numerus per alta montium, & rupium, Novæ Hispaniæ divagatur, qui gramine, foliis, herbisque victitantes, cursu saltuque velocissimi sunt. Europæos cervos habitu referunt, sed, instar hinnulorum, valde parvi. Cornua, tornata, recurvatum in acumen convergunt, quæ singulis annis novâ spirâ aucta, ætatem animalis produnt. Cornuum color Coracinus. Oculi, auresque, magni & agiles. Dentes prægrandes & lati. Cauda pilis longis obsita: brevioribus, & dilutè spadiceis, universum corpus vestitur. *Fr. Hernandesius* aliam prorsus horum ideam exhibet; putans, veram hanc esse speciem Capricervarum, è quibus Lap. Bezoar acquiritur: qua tamen de re diversa penitus percepimus. Notissimum est, Lapidem Bezoar fortuita quadam concretione, in ventriculo animalium, nasci; haud secus, ac in renibus & vesica hominum Calculi generantur. Neque una duntaxat Animantium species Lapides hosce profert; sed variæ Cervorum, Caprarum, Hædulorum, & aliorum, quorum in ventriculo plerumque isti concrescunt, nucleum, seu basin; dante frustulo quodam ligni, straminis culmo, aut lapillo; quæ, si, non comminuta, nec commansa, deglutiuntur, in ventriculum delata, dissolvi nequeunt: his tunc ibi detentis circum accrescit calcaria quædam crusta, sensim aucta; donec à tunica ventriculi secedens lapis, ita conflatus, cum excrementis per alvum exoneretur. Qua quidem prærogativa Deus cætera animantia præ homine donavit: Hic enim adfixo alicubi calculo haud adeo facile, nec nisi sævissimis prius doloribus excruciatus, se liberare valet; quum angustioribus plerumque, & sensu acutissimo præditis, in partibus corporis concrescat, renibus nimirum, & vesica; ubi equidem mole auctior factus, quàm, qui permeandi sunt, canales nervosi, plurimis hominibus mortem accersit. His tamen haud immorabimur diutius, dum nobis sufficit, hæc in transitu, ad illustrandum, quo Lapides Bezoar generantur, modum, adnotasse; ut pateat, animantium, præcipuè quadrupedum, plura dari, concretionibus calculosis & lapidosis obnoxia, de quibus alibi, cùm opportunum fuerit, cogitata & observata nostra exponemus, lapidibus quippe & pilis plurimorum animalium instructi.

Num. 5. *Avis* Nochtototl, *colore Passeris Hispanici.*

Elegantissimè picta hæc Avicula longum, incurvum, acutumque, & flavi coloris, rostrum protendit. Cantu Lusciniam imitatur. Pennæ vestitrices capitis, collique, tonum saturatè purpureum, auro quasi remixtum, emittunt. Pectus & ventrem dilutus rubor tingit. Longi gracilesque pedes, & unguiculi, dilutè flavi sunt. Alæ, dorsum, & cauda, ex cinereo obscurè grisea, rubro splendore corusca, in ambitu quasi fimbriantur.

Num. 6.

N°. 3. Mazame, *ou Cerf de la Nouvelle Espagne, portant son Bois.*

Cette Espece differe entierement de celle de Guinée. Elle a la tête & le col gros & court. Elle porte deux petites Cornes qui semblent faites au Tour, & dont l'extremité se termine en une pointe recourbée. Ses oreilles sont grandes, & pendantes, ses yeux beaux, sa queuë grosse, & obtuse. Le poil de tout son corps est roussâtre, mais celui qui couvre la tête & le ventre, est d'un roux moins foncé. Ses jambes & ses pieds sont très-bien conformés pour leurs usages.

N°. 4. *Cerf qu'on nomme* Macatlchichiltic, *ou* Temamacama.

On en trouve une grande quantité sur les rochers, & les hautes montagnes de la Nouvelle Espagne; ils vivent de feuilles & d'herbes, sautent & courent avec une vitesse extrême. Ils ressemblent de figure aux Cerfs Européens, mais ils sont très-petits, & seulement à peu près de la taille des Fans. Leurs Cornes qui sont d'un noir de corbeau, paroissent comme faites au Tour, & finissent en pointe recourbée. Elles augmentent chaque année d'une nouvelle circonvolution spirale, qui sert à specifier l'age de cet animal. Ses yeux sont vifs; ses oreilles longues; ses dents grandes & larges. Sa queuë est garnie de longs poils, mais tout le reste du corps est couvert de poils plus courts, d'un chatain clair. *Fr. Hernandes* nous donne une toute autre idée de ces Animaux qu'il croit être une espece de Chêvre Sauvage dont on tire la pierre de Bezoard, en quoi nous pensons bien differemment; C'est une chose très-connuë que la pierre de Bezoard se forme par accretion fortuite dans le ventricule des animaux, tout de même que dans les reins & la vessie de l'homme. Il ne faut pas s'imaginer qu'une seule espece de bête produise le Bezoard, car on le trouve aussi dans divers Cerfs, Chévres, Chevreaux, & autres animaux, dans l'estomac desquels il se forme d'ordinaire par le moyen d'un tuyau de paille, d'une petite pierre, ou d'un petit morceau de bois, qui font la base de son origine. Si donc par hazard une de ces sortes de choses, est avalée par ces animaux-là, sans être machée, ou broyée auparavant, elle passe dans l'estomac qui ne sauroit la dissoudre. Alors il s'y accroît bien tot autour une croute pierreuse, qui se forme & s'augmente insensiblement, jusques à ce que detachée enfin de l'Estomac, elle sorte du corps avec les excremens, par une heureuse prerogative dont l'homme ne jouït pas. En effet quand une fois une Pierre s'est formée dans quelque partie de son corps, il ne sauroit l'en chasser, sans beaucoup de peine & de douleur. Et comme le plus souvent la Pierre chez l'homme prend sa naissance & son accroissement dans des parties de son corps qui sont étroites ou très-sensibles telles que les Reins & la Vessie, cette Pierre augmentée en volume, ne pouvant se frayer une issuë par des passages trop étroits & tout nerveux, elle cause la mort à tant de monde. Mon dessein n'est pas de discuter amplement ce sujet, il me suffit de l'avoir touché en passant, dans le dessein de repandre quelque jour sur la maniere dont se forment les pierres de Bezoard, & de montrer que plusieurs Animaux, sur tout les quadrupedes, peuvent produire ces sortes de concretions pierreuses; Mais comme nous avons eû occasion de ramasser divers poils, & diverses pierres de beaucoup d'animaux, nous renvoyons à un tems plus convenable d'exposer notre sentiment & nos observations sur cette matiere.

N°. 5. *Oiseau* Nochtototl, *qui est de la couleur du Moineau en Espagne.*

Ce bel Oiseau a un bec long, recourbé, pointu, jaune. Il imite le Rossignol par son chant. Le plumage de sa tête & de son col jette un pourpre foncé mêlé d'or. Le ventre & la poitrine sont peints d'un rouge incarnat, ses pieds & ses ongles sont longs & deliez, leur couleur est jaunâtre. Les aîles, le dos, & la queuë sont d'un gris-brun-cendré, qui a un œil rougeâtre, leurs bords sont comme decoupez.

Num. 6. *Avicula, Mexicana, seu* Hoitzillin.

Hæc, amœnissimâ pennarum pictura, priore haud inferior, oscines inter aves, suaviores, refertur. Vitta, ex diluta rubedine resplendens, caput tegit: guttur viret. Pectus, ventrem, alas, & dorsum, quæ vestiunt pennæ, saturate rubent. Pennarum remigum, & caudæ, extrema subcærulescunt. Femora, rostrum longum & incurvum, pedes, & ungues, dilutè flavent.

TABULA QUADRAGESIMA ET TERTIA.

Num. 1. *Cerva, parvula, Africana, ex Guinea, rubida, sine cornibus.*

Licet admodum pusilla hæc sit, tamen suâ in specie maxima est; quum congeneres ejus plerumque aliquantùm minores deprehendantur. Caput, magni Cervi æmulum, cornibus tamen caret. Cursu saltuque velocissimæ sunt, longis, gracilibusque pedibus, in binas ungulas, uti in magnis Cervis, concinnè fissis, innixæ: neque vero calcaneum in parvam ungulam elongatur, uti in proceris, sed talus crassus & rotundus est. Pilus dorsi ex fusco rubet; ad ventrem, & sub collo, albicat. Cauda minus longa, at longis, dispersisque pilis vestita, ex fusco, rubro, & albo variegatis. Suffraginis postica facies in hâc dilutissimè spadicea est. Fœmellam hîc repræsentamus. Pabulum horumce Animalculorum cymæ sunt graminum, aliarumque herbarum. Altissimos autem montes conscendunt, difficillimè, nec nisi ope tendicularum, captanda. Summas inter delicias ciborum, & pro ferina optima habentur; quo etiam nomine dignissimorum munerum administratoribus, illis in locis, dono dantur.

Num. 2. *Hinnulus, seu Cervus juvencus, pergracilis, Africanus.*

Salientis hic in gestu constitutus, tenui gracilique est corpore, atque articulis, instar canis venatici, priori congener, & concolor. Auriculæ mediocriter prolixæ sunt. Cauda, sursum recurvata, quasi crispata est. Maxilla inferior insignes dentes à primo ortu gerit. Pedes, tanquam res pretiosa, auro circumclusi, loco pistillorum, ad Nicotianam in fistulas adigendam, usurpantur. Sub lit. A ejusmodi repræsentatur.

Num. 3. *Cervus juvencus, perpusillus, Guineensis.*

Minima hæc species est inter omnes, quas hactenus hisce in oris videre licuit: quanquam in nostro Musæo pedes minoris adhuc asservemus, prout lit. B demonstrat. Dantur & aliæ species, quæ bina, nigricantia, & acuminata, cornicula gerunt, cujusmodi sub lit. C exhibuimus. Quotannis novo annulo notantur cornicula, quorum è numero ætas Animalculi supputatur: id, quod in bobus quoque obtinere, notissimum est. Summus Russorum Imperator, quando Musæi mei perlustrandi gratiâ ad me invisere dignabatur, centum mihi aureos offerebat, si tam pusillum Ipsi cervum procurare possem: sed votis excidi, quidquid impenderim operæ.

Num. 4.

N°. 6. *Petit Oiseau, du Mexique, ou* Hoitzillin.

La beauté des couleurs du plumage de celui-ci, ne le cede point à celle du precedent; on le met au nombre de ceux dont le chant melodieux servoit autrefois de presage. La crête dont sa tête est ornée est d'un beau rouge-clair, & sa gorge est toute verte. Les plumes de sa poitrine, de son ventre, de ses aîles, & de son dos, sont d'un rouge-incarnat, les extremitez des grosses plumes des aîles & de la queuë tirent sur le bleu. Les cuisses, le bec long & recourbé, les pieds & les ongles sont d'un jaune pâle.

PLANCHE QUARANTE-TROISIEME.

N°. 1. *Petite Biche, Africaine, de Guinée, Rougeâtre, sans cornes.*

Quoique fort petite, elle est néanmoins la plus grande de son espece; sa tête assez semblable à celle d'un grand cerf, differe en ce qu'elle ne porte point de bois. Ces petites Biches sautent & courent extraordinairement vite. Leurs pieds longs & deliés, sont mignonnement fourchus en deux cornes, comme dans les grands Cerfs, mais leur talon ne s'alonge pas comme dans ceux-ci en une petite corne, il est au lieu de cela épais & rond. Le poil du dos est bay rouge; le poil du ventre, & celui qui est sous le col, tire sur le blanc: Elles ont la queuë courte, garnie de poils longs, clair-semés, variés de roux, de rouge, & de blanc. Le derriere du Jarret de cette Biche-ci est d'un chatain très-clair; ces sortes de Bêtes se nourrissent des tiges de diverses herbes. Elles grimpent sur les plus hautes montagnes. On les prend avec des filets, mais très-difficilement. Leur chair passe pour la plus delicieuse des Betes Fauves, d'où vient qu'on en fait ici des présens aux personnes les plus distinguées.

N°. 2. *Fan, ou jeune Cerf, d'Afrique, très-delié.*

On l'a dépeint comme s'il sautoit. Son corps est mince, & delié, de même que ses jambes qui ne ressemblent pas mal à celles des Chiens de chasse. Il est de l'espece, & de la couleur de la Biche que nous venons de décrire. Ses oreilles sont passablement longues; sa queuë est recourbée en haut, & semble frisée. Il a dès sa naissance de grandes dents à la machoire inferieure. Les Curieux d'entre les Fumeurs se servent des pieds de ce jeune cerf garnis d'or, pour charger leurs Pipes. Voyez-en la Figure sous la lettre A.

N°. 3. *Jeune Cerf, très-petit, de Guinée.*

C'est ici la plus petite de toutes les especes de Cerf, que j'aye eû occasion de voir jusques à present dans ces Provinces, quoique je garde dans mon Cabinet les pieds d'un Cerf qui est encore plus petit, & que la lettre B represente. Il y a d'autres especes de ces Animaux qui poussent deux petites cornes noiratres & pointuës, representées par la lettre C. Ces Cornes sont chaque année marquées d'un nouveau nœud dont le nombre designe l'âge de l'animal; ce qui a également lieu à l'égard des Bœufs, comme tout le monde sait. Quand le feu Czar Pierre I, Empereur de Russie, me fit l'honneur de venir chez moi pour voir mon Cabinet, il m'offrit cent Ecus d'Or, si je pouvois lui procurer un Cerf aussi petit que celui-là, ce à quoi je n'ai pû réussir, quelques soins que je me sois donné.

N°. 4. Ser-






TAB. XLIII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
A
B
C
D








TAB. XLIIII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
A
B
C



Num. 4. *Serpens, Lusitanis* Cobra de Capello *dicta; seu Vipera Naja, Ceilonica; fœmina.*

Caput insolitæ magnitudinis, vultu truce, & terribili, horret. Oculi grandes, ignei. Maxillæ latæ. Dentes minuti. Frontem insignes, subruffæ, tegunt squamæ. Corpus planum, quasi visceribus privatum. Dorsum, veluti compressum, undique magnæ latæque squamæ vestiunt, dilutè spadiceæ, tæniisque, ex cinereo dilutè griseis, quas minuta puncta albicantia distinguunt, quasi fimbriatæ. Puncta hæc juxta ventrem in maculas insignes, albas, diffluunt. Squamæ ventris infernæ ex cinereo dilutè griseæ sunt. Compressa corporis planities desinit, ubi cauda oritur; quæ longa, & teres, in acumen terminatur. Est hæc singularis Viperarum species, rarò occurrens.

Num. 5. *Serpentula, Ceilonica; seu Naja altera.*

Pertinet hæc ad eandem cum priore majuscula speciem, cui & corporis planitie similis est. Tæniæ albicantes totam, ad ventrem usque, quasi totidem annuli, circulant. Caput, eximiæ albitudinis, elegantissimè rubris maculis, marmoris instar, variegatur. Squamæ tamen dorsales haud superant magnitudine alias, quæ reliquum corpus investiunt. Ventrales squamæ ex cinereo flavent.

TABULA QUADRAGESIMA ET QUARTA.

Num. 1. Cobra de Capello, *ex India Orientali; seu Serpens, diademate, vel perspicillo, faciem Hominis repræsentante, insignita.*

In singulari hacce Serpente, ex Makasser Indiæ orientalis oriunda, id dignissimum notatu est, quod conspicillum, ipsi à naturâ inscriptum, faciei Hominis similitudinem gerat, lineis, oculos, nasum, & os referentibus. Caput mediocriter magnum, supra extuberans, magnis lucidisque squamis ornatur. Oris fimbria lata pariter & squamata est. Color ex cinereo luteus squamas tingit, quæ elegantissimæ, & ordine concinno, ad extremum usque longæ tenuisque caudæ, digestæ sunt. Squamæ ventris transversales subalbescunt.

Num. 2. *Cervula, Surinamensis, subrubra, albis maculis notata.*

Caput, pectus, abdomen, & pedes exceperis, quæ unicoloria sunt; reliquum, ex ruffo luteum, maculis albis undique, Tygridis in modum, variegatur. Auriculæ grandes, longæ: cauda brevis, obtusa. Cursûs rapiditate incredibili vel magnum Cervum superat. Memorabile est, Cervos Americanos adeò pusillos esse: quum dentur, leporem qui magnitudine haud excedunt; & omnium maxima species altero tanto circiter major sit, quàm quæ hâc Tabulâ repræsentatur. Cornua verò nunquam gerunt, & pro sapidissimâ ferinâ habentur.

Num. 3.

N°. 4. *Serpent nommé des Portugais* Cobra de Capello; *ou Vipere de Ceylan appellée* Naja.

Elle a la tête d'une grandeur extraordinaire, & l'aspect aussi farouche qu'effrayant; ses yeux sont grands, pleins de feu; ses machoires larges; ses dents petites; de grandes écailles roussâtres couvrent la tête. Son corps est applati de telle sorte qu'on le croiroit denué de visceres. Son dos qui semble comprimé, est couvert de grandes & larges écailles, d'un chatain clair; ces écailles paroissent comme decoupées par des bandelettes, d'un cendré grisâtre, marquetées de petits points blanchâtres. Ces Points se changent vers le ventre en grandes taches blanches. Les écailles de dessous le ventre sont gris-cendré. La figure aplatie de son corps finit à l'origine de la queuë, qui est longue, ronde, & terminée en pointe. Au reste, cette Vipere depeinte ici, est d'une espece particuliere & rare.

N°. 5. *Petite Vipere de Ceylan; ou seconde Naja.*

Elle est de la même espece que la premiere, à qui elle ressemble aussi par la conformation aplatie de son corps. Diverses bandelettes blanchâtres, comme autant d'anneaux, l'entourent toute entiere jusqu'au ventre. Elle a une petite tête d'une extrême blancheur, & marquetée à la maniere du marbre de taches rouges, ce qui est d'une grande beauté; les écailles qui couvrent son dos ne sont point plus grandes que celles du reste du corps. La couleur des écailles du ventre est d'un cendré tirant sur le jaune.

PLANCHE QUARANTE-QUATRIEME.

N°. 1. Cobra de Capello, *des Indes Orientales; ou Serpent orné d'une espece de bandeau, qui lui donne quelque ressemblance au visage de l'homme.*

Ce qui est très-remarquable dans ce serpent de Macassar, Isle des Indes Orientales, c'est qu'il porte une espece de Bandeau, marqué de diverses lignes qui imitent des yeux, une bouche, & un nés, & lui donnent par là quelques traits du visage de l'homme. Sa tête qui est mediocrement grande, s'éleve par dessus; elle est couverte de grandes & reluisantes écailles. Le bord de la bouche est large, & pareillement couvert d'écailles. Ces écailles sont d'un cendré jaune, très-belles, & rangées artistement jusqu'à l'extremité de sa queuë, qui est longue & menuë. Mais les écailles qui traversent le ventre tirent sur le blanc.

N°. 2. *Petite Biche, de Surinam, rougeâtre, & marquetée de taches blanches.*

Si l'on excepte sa tête, sa poitrine, son bas ventre, & ses pieds, tout le reste de son corps est d'un roux jaune, tacheté par tout de blanc comme le Tigre. Ses oreilles sont grandes; sa queuë courte & obtuse. Elle court si vite, qu'elle atteint, & surpasse même un grand Cerf. C'est une chose memorable, qu'il y a des Cerfs d'Amerique, qui ne sont pas plus grands que le Lievre; & leur plus grande espece le surpasse en grandeur à peu près autant, que la Biche qui est ici representée. Ils ne poussent point de bois. On estime leur chair très-savoureuse.

N°. 3. *Ecu-*

Num. 3. *Sciurus, Virginianus, volans.*

Supina ejus facies ex ruffo, prona verò ex dilutè cinereo, flavescit. Quatuor ei pedes sunt, manuum Hominis æmuli, acutis & incurvis unguiculis muniti. A capite ad cervicem membrana protenditur, sub gutture concreta, quæ ad anticos usque pedes, inde verò ad posticos etiam, exporrecta, tandem ad anum usque, prope caudæ exortum, decurrit, externâ parte brevi crine lanuginosa, & animalculis hisce, ab arbore una in aliam transvolaturis, inserviens. Cauda, satis longa, longis vestitur pilis, densè congestis, & utrimque extantibus, qui, inter volandum, vice gubernaculi currentis cujusdam navigii funguntur. Sic, quando prius in aëra sese elevarunt, quascunque libuerit, arbores volatu petere valent; haud secus ac Feles, Canes, Glires, Muresque, volantes, quorum & familiæ Sciurus hicce volans accensendus venit.

Tria, hactenus descripta, Animalia nostro in Musæo haud reperiuntur, sed petita sunt ex Thesauro D. *Livini Vincentii*, p. m. celeberrimi, dum viveret, rerum naturalium Collectoris, Harlemensis: cujus D. Vidua, D. *Van der Mark*, Warmundæ Prætori, nunc alterùm nupta, singulari humanitate nobis concessit, isthæc ut ad vivum delineari, & æri incidi, prout hîc exhibentur, curaremus.

Num. 4. *Scilla, seu Squilla, officinalis, marina, Callipolitana.*

Bulbosum hocce Vegetans, ad maris littora crescens, per Britannorum navigia, Italos Callipolis ad portus commeantia, huc transfertur, Belgis *Zee-Ajuin*, Germanis *Meer-Zwibel* vocatum. In officinis Pharmaceuticis ubique notum & usitatum est. Bulbi non ejusdem omnes magnitudinis & ponderis sunt, à libra dimidia ad quatuor, vel quinque, pondo nonnunquam pendentes, quales sæpius missos accepimus, fronde etiamnum, quæ angusta Tulipæ folia refert, ornatos. Folia hæc sursum in acumen convergunt, & huc translata, brevi flava facta, computrescunt. Bulbus plurimis tunicis, sibi mutuò super impositis, instar Scillæ nostratis, ad medium usque corculum, investitur & defenditur; quarum exteriores, prope caulem computrefactæ, & arescendo fuscæ redditæ, marmoris ferè picturam exhibent, dum glutinosa squama superior, albicans, sensim explicatur. Terræ commissus bulbus fibrosas, tenues, emittit radiculas. Quando verò illos juxta se invicem in granario super asseres collocaveramus, mense Septembri plurimos deprehendimus germinantes, quorum nonnulli caulem, duas, aut & dimidiam supra duas, ulnas longum, formaverant, excepto etiam supremo fastigio, quod albicantes, stellatos, flores, admodum numerosos, longis petiolis sustentatos, in omni ambitu explicabat. E medio floris quina, aut sena, prominent minuta stamina, flavis apiculis donata, prout sub Num. 5 conspici potest.

Num. 5. *Thallus Scillæ, cum floribus.*

Innumeri hunc in ambitu stipant flores, stellati, qui, successivè ab inferioribus ad superiores, sese expandunt, dum acuminatus apex arctè congestos & complicatos etiamnum gerit. In Hort. Amstelæd. *Tom. II. pag.* 187. *fig.* 94. *Africana* quædam *Scilla* repræsentatur, viridibus insignita floribus, dissectorum Hyacinthi florum æmulis, & bulbo flavescente. *Pomet* in Historiâ Simplicium, *pag.* 166, tres *Scillæ* species, adjuncto simul earundem usu, describit.

Num. 6.

N°. 3. *Ecureuil de Virginie, qui vole.*

Le dessus de son corps est roux, & le dessous d'un cendré qui tire sur le jaune. Il a quatre pieds, semblables à des mains d'homme armés de petits ongles pointus & crochus. De la tête au col regne une membrane, accruë sous le gozier, qui s'étendant jusques aux pieds de devant & de derriere, se termine à l'anus, près de l'origine de la queuë; cette membrane est veluë exterieurement comme de cheveux courts, qui servent à ces animaux pour voler d'arbre en arbre; sa queuë est assez longue, & couverte de chaque côté de grands poils, pressés & ramassés, qui l'aident à regler & moderer son vol. Ainsi dès qu'il s'est élevé en l'air, il peut facilement atteindre tout arbre quelconque, de la même maniere que les Chats, les Chiens, les Loirs, & les Rats qui volent, car c'est à la classe de ces animaux-là qu'il faut ranger celui-ci.

Les trois Animaux que je viens de décrire ne sont pas de mon Cabinet, mais de celui de Mr. *Liv. Vincent*, à Harlem, qui avoit fait pendant sa vie un beau Recueil de Curiosités Naturelles. Madame son Epouse mariée en secondes nôces à Mr. *Vander Mark*, a eû la politesse de m'en laisser prendre le dessein d'après nature, & de le faire graver ici.

N°. 4. *Scille, ou Squille des Boutiques, Marine, de Gallipoli.*

Cette Plante bulbeuse croît au bord de la mer, & nous est apportée par les Vaisseaux Anglois qui navigent à Gallipoli. Les Hollandois la nomment *Zee-Ajuin*, les Allemands *Meer-Zwibel*. Elle est connuë & en usage chez tous les Apotiquaires. Ses bulbes ne sont pas toutes d'une égale grandeur, ni d'un même poids. Elles pesent depuis demi-livre, jusques à quatre & cinq livres, telles que nous en avons souvent reçu. Leurs feuilles ressemblent aux feuilles étroites de la Tulipe, elles vont en pointe, & étant transportées dans ces païs, elles jaunissent d'abord, & se pourrissent. Cette bulbe est composée de plusieurs lamines, circulaires, rangées par couche les unes sur les autres; celles qui sont près de la tige, étant gâtées, & devenuës jaunes en sechant ont assez de ressemblance à la peinture du marbre, au lieu que la couche superieure, qui est visqueuse, blanchit, & s'étend insensiblement. La bulbe mise en terre, pousse de petites racines, deliées, & fibreuses; mais quand nous les avons placé pêle-mêle sur des planches dans notre grenier, au mois de Septembre, nous en avons trouvé beaucoup qui germoient. Quelques unes même avoient formé une tige haute de deux aulnes, & davantage; j'en excepte encore le sommet de la tête, qui portoit tout autour des fleurs blanchâtres, étoilées, en grand nombre, attachées à de longues queuës. Du milieu de la fleur naissent cinq ou six petites étamines à pointes jaunes, comme on le peut voir au N°. 5. qui suit.

N°. 5. *Tige de la Scille avec ses Fleurs.*

Elle porte de tous côtés un grand nombre de fleurs, étoilées, qui se deployent successivement des inferieures aux superieures; la pointe de la Tige en porte aussi qui sont serrées, & ramassées. On voit representé dans l'*Hort. Amstelod.* Tom. II, page 187. fig. 94, une Scille d'Afrique, dont les fleurs sont vertes, assez semblables à celles du Hyacinthe, & la bulbe est jaunâtre: Mr. Pomet dans son *Histoire des Drogues*, pag. 166, a décrit trois especes de Scilles, avec leurs usages.

N°. 6. *Bois*






TAB. XLV.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.



Num. 6. *Cornu Capreoli, Americani.*

Binos id ramos acuminatos gerit, ejusque pars inferior, ad digiti longitudinem è capite protrusa, cute, pilis ruffis hispidâ, vestita est, è qua incrementi materiem cornu haurit. Vid. lit. A, B, C.

TABULA QUADRAGESIMA ET QUINTA.

Num. 1. *Cervus, Africanus, pilo rubro.*

Parvus quidem est, at istâ tamen in specie Cervorum maximus, quem hîc repræsentamus, ex oris Guineæ oriundus. Egimus de his animalculis jam prægressis in Tabellis. Interim, ut, quantum licet, specierum exhiberetur varietas, hunc quoque æri curavimus incidi: siquidem & specie, & pilo discrepet ab aliis. Pilus ei longior est, coloris ex fusco longè obscurioris, quàm in præcedentibus. Pedes etiam & crura ejus longiora sunt, & concinnè admodum fabrefacta. Cæterùm cum prioribus convenit.

Num. 2. *Monstrum, biceps, Cervi Africani.*

Possidet hoc Vir Nobilissimus, D. Theodorus Hugenius, Reipublicæ Amstelædamensis Senator & Exscabinus, cujus permissu benevolo illud incidi æri curavimus, nativâ ejus magnitudine, & formâ, observatis, prout à Celeberrimo Professore Ruyschio balsamo conditum, & viventis quasi instar collocatum erat, ut ab omni parte perlustrari oculis posset. Mirum certè videtur, naturæ hoc opus, monstri, vel abortus nomine meritò vocandum, ob bina capita, ei innata, necquicquam tamen monstrosi exhibere in his ipsis, præter numerum: ambo enim ejusdem sunt magnitudinis, perfectasque gerunt omnes partes, capiti proprias, oculos, aures, nares, os, &c. Bina ergo hic ora, assumto potu & cibo, unico inserviebant sustentando corpori, quod utrique erat capiti commune, continuatum jugulo duplici, prope scapulas in unum thoracem coalescenti. Unus patet excrementis exitus. Femora autem, & pedes, vulgarem multò superant longitudinem, sicque à præcedentibus differunt. Pilus ex ruffo dilutè flavus, & brevis est; quique oculorum investit ambitum, longus & crispulus. Auriculæ quoque, solito longiores, acutius desinunt. Summus Russorum Imperator datâ aliquando occasione me jusserat, supra laudato D. Possessori miri hujus animalculi centum ducatos aureos pro eo offerre: verum haud placuit Viro Nobilissimo oblatum accipere, qui, quum rarum admodum & singulare esset, illud sibi servare malebat.

Num. 3. *Avis,* Ani, *Mexicana, caudâ longissimâ.*

Turdi magnitudine Avis hæc, longo, nigricante, donata rostro, nonnihil incurvato, obscurè griseas gerit plumas, quæ tonum ex Thalassino viridem, & purpureo rubentem, per totum corpus diffusum, emittunt. Pennæ alarum remiges dilutè cæruleo colore amœnissimo nitent. Venter, rostrique latus utrumque, & quæ supra oculos sunt, dilutè flavent. Cauda etiam longissima, ex obscurè griseo in nigrum vergens, ex saturatè viridi, & purpureo pulcherrimè variegata, splendorem reddit aureum, ditissimum.

N°. 6. *Bois du Chevreuil d'Amerique.*

Il pousse de chaque côté de la tête un Bois pointu, dont la partie inferieure qui sort de la tête de la longueur du doigt, est revêtuë d'une peau, garnie de poils roux; c'est de cet endroit-là, que ce Bois tire la matiere de son accroissement. Voyez les lettres A. B. C.

PLANCHE QUARANTE-CINQUIEME.

N°. 1. *Cerf d'Afrique à poil rouge.*

Celui dont nous donnons ici la figure, est originaire des Confins de la Guinée, & quoique petit, il est néanmoins le plus grand de ceux de son espece. Nous avons déja représenté ces animaux dans les Planches precedentes, mais pour plus grande varieté, nous avons fait graver ici la figure de ce Cerf d'Afrique, qui differe des autres en espece & en poil; car son poil est plus long, & d'une couleur fauve beaucoup plus foncée que celle des autres. Les pieds & les jambes sont aussi beaucoup plus longues & en même temps, très-bien formées. Quant au reste, il est tout à fait semblable aux precedents.

N°. 2. *Cerf d'Afrique, monstrueux, à deux Têtes.*

On le voit à Amsterdam chez Mr. *Theodore Huygens* Conseiller & ancien Echevin de cette ville; c'est à sa complaisance que nous devons la figure que l'on en voit ici gravée, en grandeur & forme naturelle, tout comme l'illustre Professeur *Ruysch* l'avoit embaumé pour lui conserver sa forme & sa posture naturelle, afin qu'on pût l'examiner de tous côtez. Cet ouvrage de la Nature est certainement surprenant, & merite en effet le nom de monstre, à cause des deux têtes qu'il porte, qui d'ailleurs n'ont rien en elles-mêmes de monstrueux: elles sont toutes deux d'égale grandeur, & ont l'une & l'autre toutes leurs parties, yeux, oreilles, narines, bouche, &c. Ces deux bouches prenoient donc de la nourriture pour l'entretien d'un seul corps, avec lequel elles avoient une égale communication, puisque les deux cols se réunissoient à la hauteur des épaules, & ne formoient qu'une seule poitrine. Le passage par lequel les excrements sortent hors du corps est unique. Les cuisses & les pieds sont beaucoup plus longs qu'à l'ordinaire, & different en cela d'avec les precedents. Le poil du corps est court, & d'une couleur rousse qui tire sur le jaune-pâle, celui qui est autour des yeux est plus long & frisé; les oreilles qui sont aussi plus longues qu'à l'ordinaire, se terminent un peu plus en pointe. Le Czar *Pierre I.* me donna un jour ordre d'offrir à Mr. *Ruysch*, la somme de cent ducats d'or pour cet animal, mais il la refusa & aima mieux conserver cette bête à cause de son extrême rareté.

N°. 3. *L'Oiseau* Ani, *de Mexique, à longue queue.*

Cet oiseau, qui est de la grosseur d'une Grive, a un long bec, noirâtre & un peu recourbé, ses plumes sont d'un gris foncé changeant en verd de mer, & en rouge-pourpré. Les grosses plumes des aîles sont d'un bleu clair fort doux. Le ventre, les deux côtez du bec, & le dessus des yeux sont d'un jaune très-clair. Et la queue qui est très-longue, & d'un gris foncé tirant sur le noir, est en certains endroits verte & rouge, & répand un éclat très-brillant & très-riche. Cet oiseau se tient sur le sommet des

mum. In montium altiſſimis habitat id avium genus, Erucis, Muſcis, & Scarabæis victitans, ſecundum relationem Nierembergii in *Hiſt. Exotic. l. X, c.* 44.

Num. 4. *Eruca, nigra, ſpinis albis horrida.*

Hæc, ex nigro & albo variegata, *Ani* avis pabulum eſt.

Num. 5. *Mus, Mexicanus, maculatus.*

Pilus paſſim albicans eſt, cum interpoſitâ ruffi miſturâ; albicat & caput: ad latera verò ventris utrinque maculæ inſignes, ruffæ, conſpiciuntur. Pilus eſt admodum mollis & ſubtilis.

TABULA QUADRAGESIMA ET SEXTA.

Num. 1. *Hircus Curaſſavicus, cum capellâ, inter ſe concreti.*

Monſtrum hoc, liquori immerſum, ex Curacao ab Amico noſtro optimo, D. *Frederico Ek*, cujus in villa excluſum erat, nobis transmiſſum eſt. Vixerat ibidem per triduum, formæque eſt admodum paradoxæ: ſiquidem bina habeat capita, quorum unum partibus omnibus, eò pertinentibus, gaudet; alterum verò cum priore per concretionem penitus confuſum eſt, ita, ut, præter binas auriculas, breviores quidem, quàm binæ aliæ ſunt, de eo nihil conſpici queat amplius. Totum verò animal rigidioribus pilis hiſpidum eſt, & pedibus, biſulcis, valde magnis, donatum. Pilus ex obſcuro ſpadicei eſt coloris. Digniſſimum vero notatu eſt, quod monſtri hujus altera pars fœmellam, marem altera videatur exprimere.

Num. 2. *Felis, Americanus, catulus, monſtroſus.*

Binis hoc monſtrum felibus conſtat, qui unum duntaxat in caput coëunt, ſuis abſolutum numeris, absque ullo alterius veſtigio. Pectoris ab oſſibus mutua incipit unio; &, ſiquidem os unicum ſatis ingerere potuiſſet pabuli pro utroque corpore ſuſtentando, nihil obſtat, quò minus in vita ſuperſtes manere valuiſſet animal. Bini tantum pedes ei ſunt anteriores; poſticum corpus ad pectus usque perfectè geminum eſt, binorum inſtar felium catulorum, coloris ex nigro fuſci. Pedes in longos quaſi digitos, articulatos, longis incurvisque unguibus præditos, fiſſi ſunt.

Num. 3. *Avis Paradiſiaca, Ternatana.*

Ob picturæ excellentiam Avis, *Dea Ternatana*, vulgò vocatur. Roſtrum ejus longum, flavum, rectum, acuminatum, quale Picæ, eſt. Caput, cervicem, & colli latera utrinque pigmentum dilutè cæruleum jucundiſſimum ornat. Anteriora colli, pectus, totumque abdomen, cum infernâ caudæ longiſſimæ facie, nivei ſunt candoris. Albicantes pectoris ventrisque plumas ſaturatè cærulea variegatio veluti obumbrat. Alæ & dorſum colore ſaturatiſſimè Cyaneo, ad nigrum vergente, picta, intermiſtis plumulis,

des montagnes, où il vit de chenilles, de mouches, & d'eſcarbots, ſelon la relation qu'en a donné Nieremberg dans ſon Hiſt. Exotiq. Liv. X. Ch. 44.

N°. 4. *Chenille, noire, heriſſée de pointes blanches.*

C'eſt cette chenille marquetée de noir & de blanc qui ſert de nourriture à l'oiſeau *Ani*.

N°. 5. *Rat du Mexique, tacheté.*

Son poil blanchâtre eſt entremêlé de roux; la tête tire ſur le blanc; à chaque côté du ventre ſe voient de grandes taches, de couleur rouſſe. Le poil eſt très-doux & très-fin.

PLANCHE QUARANTE-SIXIEME.

N°. 1. *Bouc de Curaçao, uni & accru à une petite Chêvre.*

Ce monſtre contenu dans une liqueur, m'a été envoyé de Curaçao, où il naquit, par mon bon ami Mr. *Frederic Ek.* Il vécut là bas trois jours, & eſt d'une figure bien étrange, car il a deux têtes dont l'une a toutes ſes parties, & l'autre eſt accrue à celle-ci d'une maniere ſi confuſe, qu'excepté deux oreilles plus courtes que les deux autres, on n'y peut rien découvrir davantage. Tout cet animal eſt heriſſé de poils aſſez rudes; il a deux pieds très-grands & fourchus; ſon poil eſt d'un rouge obſcur. Mais ce qui eſt remarquable, c'eſt qu'une partie de ce monſtre ſemble repréſenter le mâle, & l'autre partie la femelle.

N°. 2. *Chat monſtrueux d'Amerique qui eſt un des petits.*

Ce monſtre-ci eſt compoſé de deux chats, unis par une ſeule tête parfaite, ſans aucune trace d'une ſeconde tête. Leur union commence aux os de la poitrine; & ſi une ſeule bouche eût pu recevoir aſſez d'alimens neceſſaires pour la nourriture des deux corps, rien n'empêche, que cet animal n'eût vécu: Il a ſeulement les deux pieds de devant. Le derriere du corps jusqu'à la hauteur de la poitrine eſt entierement double, repréſentant comme deux petits chats, d'un brun-obſcur; les pieds qui ſemblent fendus en de longs orteils, ſont armés d'ongles longs & recourbés.

N°. 3.x *Oiſeau de Paradis, nommé Ternatana.*

C'eſt ainſi qu'on appelle communément cet oiſeau à cauſe de ſa grande beauté. Son bec eſt jaune, long, droit, pointu, à peu près tel que celui de la Pie. La tête, le derriere de la tête, & les côtés du col ſont d'un bleu-celeſte des plus beaux; le devant du col, la poitrine, le ventre, & le deſſous de ſa longue queuë, ſont d'une blancheur de neige. Les plumes blanches de la poitrine & du ventre ſont ombrées & variées de bleu-turquin. Les aîles & le dos ſont d'un bleu-turquin très-foncé, tirant ſur le noir,

x Buf. Edit. Pourrat. Vol. 7 P. 282. T. 4.






Fig. 4.
Fig. 1.
Fig. 3.
Fig. 2.






TAB. XLVII.
Fig. 2.
Fig. 4.
Fig. 3.
Fig. 1.
P. Tanjé sculp.

mulis, dilutè cæruleis, pulchrè variantur. Pennas caudæ albicantes nigra quasi fimbria circumdat. E caudæ medio binæ porriguntur pennæ tenues, semicubitales, ex nigro costatæ, qua è caudâ oriuntur, flocculentæ admodum, & diffusis plumulis prætextæ, caule interim valdè tenui præditæ, & maculis dilutè cæruleis fimbriatæ, inque extremum desinentes latius, plumatum, candidum. Pedes, minuti quidem, ungues tamen grandes & incurvos gerunt. Pennæ plumatiles caudæ plerumque in masculis, quàm in fœmellis, una parte tertiâ longiores sunt.

Num. 4. *Tithymalus, arboreus, Curassavicus,* Cotini *folio.*

Folia rigida, rotunda, splendentia, crassis & extuberantibus costis, indeque propagatis nervulis, ferè albicantibus, perreptata, partim ex dilutè flavo, partim saturatè viridia, ex longis petiolis, qui trunci è nodis oriuntur, bina conjugata dependent. Flores, ex viridi dilutè flavi, plures congregati simul, longis innixi pedunculis, quinis constant petalis rotundis, è quorum medio stamina terna, vel quaterna, prominent. Capsulæ seminales, trigonæ, Cardamomum orbiculare Javanicum referunt. Truncus articulatus est, ejusque cortex dilutè spadiceus. Planta hæc delineata pariter ac descripta habetur in *Horti Amstelæd. T. I, pag. 29, fig. 15.* Æthiopes, & incolæ illarum regionum succo lacteo hujusce arboris sua inficiunt tela, unde tam venenatam acquirunt vim, ut vulnera, ab ipsis facta, superveniente subito inflammatione summâ, citissimè lethifera sint. Vid. *Commelin. pag.* 30, ubi arbor hæc prolixè describitur.

TABULA QUADRAGESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. *Cercopithecus, Ceilonicus, seu Tardigradus dictus, major; mas.*

Tabulâ XXXV binos jam exhibuimus Tardigrados, Ceilonicos, quorum descriptio pag. 55 etiam data est. Ab eo verò tempore isthunc accepimus marem, hoc in genere maximum, habitu quidem prioribus non absimilem; nisi, quod capite Simium potius, quàm Canem, æmuletur. Labium superius, Leporini instar, bisectum est. Fervidæ admodum naturæ isthæc sunt animantia; unde plerumque linguâ, latiusculâ, ex ore emissâ, cernuntur, ita testantibus iis, qui ea hasce in regiones transtulerê, à *Cingalensibus* dictis, seu incolis illorum locorum, hujus rei facti certiores: iidem & affirmant, animantia hæc in remotissimis Insulæ Ceilonensis oris, instar Simiorum in Africâ, speciem suam propagare. Nec dubitamus ea inserere Simiorum familiæ, quum formâ ad hos proximè accedant: at cauda tamen, quæ Simiis est, carent penitus. Pilus eorum ex nigro fuscus, per dorsum verò penè niger, mollis & sericeus quasi est, brevior tamen, & ex cinereo dilutè flavus, qui ventrem, brachia, pedesque, vestit. Antici pedes, hominum ferè manibus similes, pollice uno, & quatuor digitis, qui brevibus muniti unguibus, consueto in manu ordine digesti sunt, gaudent. Eadem & ratione se habent postici, quorum &, qui pollici proximus est, digitus longo & subincurvo armatur ungue, ad scalpendum comparato. Ita rerum Conditor, vel minimis etiam intentus, animantium cuivis id largitus est, quo pro suâ quodlibet naturâ opus habet. Cæterum & indole, & actionibus, Simios maximam partem exprimunt.

Num. 2.

noir, entremêlés de petites plumes d'un beau bleu-celeste. Les plumes de la queuë, que j'ai dit être très-blanches, sont entourées comme d'une bordure noire. Du milieu de la queuë naissent deux plumes fines, de la longueur d'une demi-coudée, à côtes noires dans l'endroit de leur origine, tousues & garnies de duvet. Elles sont marquetées dans les bords de taches d'un bleu-clair, & sont blanches au bout. Leur tuyau est extremement fin.

N°. 4. *Tithymale de Curaçao, poussant en forme d'arbre, à fleur de Fustet.*

Ses feuilles sont rondes, luisantes, rudes, d'un jaune-clair & d'un verd foncé, traversées de côtes épaisses & relevées. Elles pendent deux à deux à de longues queues, qui naissent des nœuds du tronc. Ses fleurs jointes plusieurs ensemble, sont d'un verd tirant sur un jaune-clair. Elles sont soutenuës par de longs pedoncles, & composées de cinq feuilles rondes; à trois ou quatre étamines. Ses coques renferment des semences à trois coins, assez semblables au Cardamome de Java. Le tronc de ce Tithymale est noueux, couvert d'une écorce d'un chatain-clair. On a donné la figure & une ample description de cette plante dans le livre intitulé, *Hortus Amstelæd.* Tom. I, pag. 29. fig. 15. Les Ethiopiens & les habitans de ces lieux-là, empoisonnent leurs traits du suc laiteux de cet arbre, & rendent ainsi les blessures qu'ils font bien-tôt mortelles, par la grande inflammation qui y survient promtement. Voyez sur ce sujet Mr. *Commelin* à la page 30. du livre que je viens de citer.

PLANCHE QUARANTE-SEPTIEME.

N°. 1. *Singe sans queuë, de Ceylan; ou l'Animal nommé* Paresseux, *grand, mâle.*

Nous avons deja donné la description (page 55), & la figure (Planche XXXV,) de deux de ces Animaux qu'on appelle *Paresseux.* Depuis ce tems-là, nous avons reçû celui-ci, qui est un mâle, le plus grand dans son espece, assez semblable aux précedens par sa conformation, si ce n'est que sa tête tient plus du singe que du chien. Il a la levre superieure fenduë comme celle du Lievre. Ces sortes d'animaux s'échaufent fort aisément, de sorte qu'on les voit presque toujours haletans, la langue hors de la gueule: c'est ce que témoignent ceux qui en ont transporté dans ce païs, & ce que confirment les propres habitans de l'Isle de Ceylan: les mêmes personnes assurent, que ces Animaux propagent leur espece dans les lieux les plus reculés de Ceylan, comme les Singes en Afrique. Aussi ne faisons-nous point de difficulté de les ranger sous la même classe, puisqu'ils en approchent le plus par leur figure. Ils different seulement, en ce que ces singes-là ont une queue, & que l'animal que je décris n'en a point. Son Poil est doux, soyeux, d'un brun noirâtre, mais tout-à-fait noir sur le dos; celui qui couvre le ventre, les bras, & les pieds, est plus court, & d'un cendré jaunâtre. Ses pieds de devant sont presque faits en main d'homme, ayant un pouce & quatre doigts, munis d'ongles courts. Ses pieds de derriere sont disposés de même, excepté que le doigt qui touche le pouce, est armé d'un ongle long & fourchu qui lui sert à grater. Ainsi le sage Créateur a dispensé aux divers animaux selon leur nature, tout ce qui peut être utile à leurs besoins. Au reste, celui-ci a presque en tout les gestes & le naturel du Singe.

N°. 2. *Ecureuil,*

Num. 2. *Sciurus, rariſſimus, ex Novâ Hiſpaniâ, tæniis albis; mas.*

Sciurus hic elegantiſſimus, ab Homine curioſiſſimo ex Novâ Hiſpania in Belgium translatus, demùm mortuus, noſtras in manus pervenit. Maſculus eſt, coloris obſcurè murini: dorſum albicantes ſeptem percurrunt tæniæ, inde & per caudam quoque, quæ longis, diffuſisque, pilis conſpicua eſt, extenſæ; harum albitudinem nigricantes pili interſiti variegant. Forma à gliribus haud multum diverſa eſt. Os, & inferna corporis facies, cinerei eſt coloris. Auricularum ambitus, glaber, pilis caret. Cauda in quatuor fiſſa ramos terminatur; quod quidem piloſa inter animantia vidimus nunquam. Id etiam notari meretur, quod Animalcula hæc membro virili, tam inſigni, gaudeant, cui, extra corpus, teſticuli appenſi ſunt, uti in Hircis, longo pilo veſtiti.

Num. 3. *Sciurus, Getulus, ex Novâ Hiſpaniâ; fœmina.*

Prioris hæc fœmella tam colore, quàm formâ, magnam partem illi ſimilis eſt: cauda tamen, minus ſpecioſa, longis hiſpida pilis, non ramoſa, nec adeò longa, eſt, ac in mare; tum &, loco ſeptenarum, quinæ duntaxat albicantes tœniæ dorſum diſtinguunt. Id verò utrum hâc in ſpecie conſtanter ita obtineat, determinare non auſim, qui binos tantum hosce poſſideo, nec memini, ab Authorum ullo eos eſſe deſcriptos.

Num. 4. *Mus agreſtis, Virginianus, albus.*

Inter alia & hunc Murem, ſpiritui immerſum, ab Amico transmiſſum accepimus. Pilus ei brevis eſt; caput oblongum; roſtrum acuminatum, longo, nigricante, pilo, barbæ æmulo, obſitum. Corporis extremum pro parte cum caudâ ſeſe confundit, quæ craſſa, tenui, longoque, pilo veſtita, in acumen deſinit.

TABULA QUADRAGESIMA ET OCTAVA.

Num. 1. *Felis, capite acuminato, ex Novâ Hiſpania.*

Veteres *Oxycephalon* vocant huncce Felem, qui maximam partem Felibus noſtris domeſticis ſimilis eſt; caput modo exceperis, quod roſtro gaudet acuminato, naſoque ſimo, quaſi intro preſſo. Dentes antici minuti, & breves ſunt; molares verò lati & grandes. Oculi, parvi, humiliore, quàm vulgò, loco ſiti ſunt. Auriculæ planæ & rotundæ. Cauda longa, in acumen deſinens. Crura, pedesque, curta ſunt, hique minutis unguibus armati. Qui pellem veſtit, pilus per corporis ſupinam partem ex ruffo flaveſcit, per ventrem verò dilutioris aliquantum coloris eſt. In deſertis & ſaltibus degens iſthæc beſtia altiſſimis inſidet arboribus, aviculas inhians, quibus pro nutrimento utitur. Neque tamen indomita prorſus eſt, & maligna, ſed manſueta potius ludit, & geſticulatur, ut catuli Felium noſtratium. D. *Fabius Columna Lync.* inter Catos Zibethicos hancce refert ſpeciem; quum fortem & ſuavem, ex Zibetho

N°. 2. *Ecureuil, Mâle, très-rare, de la Nouvelle Espagne, à taches blanches.*

Ce magnifique Ecureuil a été apporté par une perſonne très-curieuſe de la Nouvelle Espagne en ce païs, où étant mort, il nous eſt tombé entre les mains. Sa couleur eſt d'un gris de ſouris foncé. Son dos eſt marqueté de ſept taches longues, blanchâtres, entremêlées de poils presque noirs; ces taches s'étendent auſſi ſur la queue que garniſſent de grands poils clair-ſemés. Il approche du Loir par ſa figure. Sa gueule & la partie inferieure du corps ſont d'une couleur cendrée. Le contour de ſes oreilles eſt chauve, ſa queue eſt fenduë en quatre, ce que je n'ai jamais vû dans les bêtes à poil. Il faut encore remarquer que ces Animaux-ci ſont fournis d'une grande Verge. Leurs teſticules ſont couverts de longs poils, & ſortent hors du corps, pendans comme dans les Boucs.

N°. 3. *Ecureuil, Femelle, de la Nouvelle Espagne.*

Cette Femelle de l'Ecureuil précedent lui reſſemble beaucoup de couleur & de figure. Sa queue qui eſt veluë de longs poils n'a pas autant d'apparence, & n'eſt ni fenduë, ni ſi grande que celle du mâle. De plus la femelle n'a que cinq taches ſur le dos au lieu de ſept, ce que je n'oſerois pourtant pas aſſurer être une regle conſtante, n'ayant jamais eû que deux de ces animaux, & ne ſachant pas que perſonne en ait donné la deſcription.

N°. 4. *Rat ſauvage, blanc, de Virginie.*

Un ami nous l'a envoyé dans une liqueur, entre autres curioſités. Il a le poil court; la tête oblongue; le muſeau velu d'un poil long, noirâtre, qui ne reſſemble pas mal à de la barbe. L'extremité de ſon corps ſe confond en partie avec ſa queuë, qui eſt groſſe, finiſſant en pointe, & garnie d'un poil long & menu.

PLANCHE QUARANTE-HUITIEME.

N°. 1. *Chat, à tête pointuë, de la Nouvelle Espagne.*

Ce Chat que les Anciens appelloient *Oxycephalos*, c'eſt-à-dire, à tête pointuë, reſſembleroit beaucoup à nos chats domeſtiques, ſi ſon muſeau n'étoit terminé en pointe, & ſi ſon nés n'étoit camard & comme écraſé. Les dents de devant ſont petites & courtes, mais les Molaires ſont grandes & larges. Les yeux ſont petits, & ſitués plus bas qu'ils ne le ſont ordinairement. Les oreilles ſont plattes & rondes. La queuë eſt longue & finit en pointe. Les jambes & les pieds ſont courts, & ſont armés de petits ongles. Le deſſus du corps eſt couvert d'un poil roux-jaunâtre, dont la couleur s'éclaircit un peu ſous le ventre. Cet animal habite les deſerts & les forêts, où il ſe tient poſté ſur les arbres les plus élevez, pour atraper les petits oiſeaux qui lui ſervent de nourriture. Ce n'eſt pourtant pas un animal tout-à-fait ſauvage & méchant, car on le voit au contraire jouër & badiner comme nos petits chats. *Fabius Columna* met cette eſpece de chat au nombre des Civettes, parce qu'il répand une odeur forte & agréable, qui reſſemble aſſez à celle de la Civette mêlée avec le






TAB. XLVIII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.



tho quaſi & Moſcho miſtum, ſpiret odorem. Quod quidem & ego obſervavi; at nullum tamen veſtigium ſacculi, Cibethum continentis, reperire mihi licuit, quo Cati gaudent Cibethici, qui præterea & grandiores multò, & alio modo conformati ſunt. Ego de hâc re ita ſentio: iſtam nimirum ſuaveolentiam ſudori hujus animalis ineſſe; ſiquidem ſolis illud veſcatur avibus, quarum pars magna etiam ſuavè olet.

Num. 2. *Felis ſylveſtris, Tygrinus, ex Hiſpaniolâ.*

Hiſpanis *Tepe Maxtlaton* adpellatus; feritate nulli cedit inter cognitas hactenus beſtias. Tygride certè ferocior eſt in dilacerandis aliis animantibus, & imperterritus nulli parcit, præſertim ubi annoſior in juſtam molem excrevit. Interim offuſâ tamen eſcâ facile capitur; quum avidiſſimè exploret omnia. Prægrandes oculi, vultusque ferox terribilem belluæ hujus indolem ſatis produnt. Pellis ejus ex griſeo, Tigridis in modum, maculata eſt. Cauda longa, acuta. Tabula XXX aliam Felis ſylveſtris, Americani, ſpeciem repræſentavimus, datâ ſimul pag. 47 ejus deſcriptione.

Num. 3. *Simiolus Ceilonicus.*

Quum animalia hæc in omnibus orbis plagis dentur, & notiſſima ubique ſint, ſupervacaneum nobis viſum eſt, multa de iis commemorare: præcipuè quoniam hiſtoria eorum & variæ ſpecies ab aliis iam ante Authoribus affatim deſcriptæ habeantur. Dum Simium dicimus, animal intelligimus, quod plurimas corporis partes eodem modo, ac in homine, configuratas, at in minorem molem contractas, gerit, quodque actiones, quas ab Hominibus videt exerceri, imitatur. Græcis Πίθηκος, Πίθης, Πίθων, audit, à radice Πίθεσθαι; quum facile induci queat, Hominem ut æmuletur. A Plinio & aliis ſcriptoribus vetuſtioribus *Arimos* & *Bates* vocabantur iſthæc animalia; ſiquidem quam velociſſimè in arbores eſcendere, ad quæcunque obvia ſeſe firmiter adfigere, & mirâ celeritate alta pariter ac ima petere nôrint. Et ſanè, licet ratione deſtituta ſint, gaudent tamen magnâ præ aliis brutis prærogativâ; dum adeò pulchrè Hominem, mente & ratione donatum, æmulantur, quamvis bruto duntaxat inſtinctu, nec certum in finem directis actionibus. Neque negavero, principium ipſis forte ineſſe plus quàm corporeum, facultate pollens, certas quasdam hominum actiones imitandi: at indolis tamen ſunt malignæ, doloſæ & perfidæ, nec vel proprium herum ſuum impetere & mordere dubitant. Id, quod à prægrandi Simio, qui ob uniformen pilorum ſuorum albitudinem, oppidò raram, ex Indiis Orientalibus ab hero ſuo huc translatus erat, factitatum vidimus. Ille enim ab aliis, ſibi ignotis, ſpectatoribus irritatus aliquando, & in iram commotus, ad tranquillitatem haud amplius deduci poterat, ne à proprio quidem hero ſuo, cujus tamen ad nutum antea ſe geſſerat ſemper; ſed contra huic, ipſum compeſcere volenti, in faciem involans, improviſo morſu naſum lædebat, plus forte noxæ & injuriæ ei illaturus etiam, niſi ab accurrentibus ſubito famulis fuiſſet abſterritus. Unde patet hisce animalibus haud tuto fidi poſſe.

Num. 4. *Muſtela Javanica.*

Ab incolis Javæ *Koger Angan* vocatur. Priſcos verò & *Nymphitræ* nomine illam impertiiſſe teſtatur Jonſtonus.

le Muſc. J'ai fait moi-même cette obſervation, mais je n'ai jamais pû decouvrir la moindre trace du petit ſac odoriferant que l'on trouve dans la Civette, qui eſt d'ailleurs beaucoup plus grande & tout autrement faite que le Chat que nous décrivons ici; & je crois que l'odeur agréable de cet animal ne vient que de ſa ſueur, parce qu'il ne ſe nourrit que d'oiſeaux, qui ont eux-mêmes une odeur très-agréable.

N°. 2. *Chat ſauvage, tacheté comme un Tigre, de la petite Espagne.*

Les Espagnols l'appellent *Tepe Maxtlaton:* Il eſt auſſi feroce qu'aucun animal qui ſoit encore connu. Il l'emporte ſans difficulté ſur le Tigre, lorſqu'il s'agit de dechirer d'autres animaux, & il n'y en a pas un qu'il n'oſe ataquer, ſurtout à un certain âge quand il a ateint ſa grandeur naturelle. On peut cependant l'attraper aiſément en lui donnant à manger, parce qu'il goute de tout avec avidité. La grandeur de ſes yeux & la ferocité de ſon air, annoncent aſſez la malignité de ſon naturel. Sa peau eſt griſe & tachetée comme celle du Tigre. Sa queuë eſt longue & ſe termine en pointe. Nous avons donné la figure d'une autre espece de Chat ſauvage d'Amerique, dans la Planche XXX. avec ſa deſcription, page 147.

N°. 3. *Petit Singe, de Ceylan.*

Comme ces Animaux ſe trouvent partout, & ſont partout très-connus, ce ſeroit ſuperflu de nous étendre ſur leur ſujet, d'autant plus que d'autres Auteurs avant nous ont donné ſuffiſamment l'hiſtoire & la deſcription de leurs differentes especes: ainſi je ne ferai que quelques reflexions. J'entens par un Singe, cet Animal qui a les parties du corps faites comme celles de l'homme, mais plus petites, & qui contrefait tous ſes geſtes. Les Grecs le nomment d'un mot qui ſignifie *être porté, être induit* à quelque choſe, parce que le Singe ſe porte aiſément à ſuivre ce qu'il voit faire.

Pline & les Anciens Auteurs appellent ces Animaux *Arimos* & *Bates*, à cauſe de leur merveilleuſe agilité à monter & à deſcendre, à s'attacher fortement à tout ce qu'ils rencontrent, & à grimper legerement ſur les arbres. Et quoiqu'ils ſoient deſtitués de raiſon, ils ſemblent avoir néanmoins quelques prérogatives ſur les autres bêtes, pouvant par leur ſeul inſtinct, & ſans ſe propoſer un but, imiter ſi parfaitement l'homme qui a la Raiſon en partage. Je ne voudrois pas nier que ces Animaux n'euſſent peut-être en eux un principe plus que corporel, doüé de la faculté d'imiter les actions des hommes. Ils ſont, au reſte, d'un naturel malin, traître & perfide, capable même d'attaquer & de mordre leur propre maître, comme je l'ai vû faire à un grand Singe, très-rare par la blancheur uniforme de ſon poil, & qu'on avoit apporté ici des Indes Orientales. Ce Singe irrité quelquefois par des perſonnes auxquelles il n'étoit pas accoutumé, ne pût être apaiſé par ſon propre maître à qui il avoit obeï jusqu'alors, de ſorte qu'un jour que ce maître voulut le moriginer, il lui ſauta au viſage, le mordit au nez, & ne s'en ſeroit peut-être pas tenu là, s'il n'en eût été empêché par des domeſtiques qui ſurvinrent à propos. D'où il paroit qu'on ne doit point trop ſe fier à ce perfide Animal.

N°. 4. *Belette de Java.*

Les habitans de Java la nomment *Koger Angan*, & les Anciens l'appellent *Nymphitra* au raport de Jonſton. Cet animal ſe creuſe en

Jonstonus. Antra sibi in terrâ effodit hoc animalculum, Talparum instar, hisque & insidias struit; quin & mures capit, & in columbaria sese penetrando, ova inde & pullos abripit. Quæ nostris in oris dantur, Mustelæ ad similia comparatæ sunt, & loco Viverrarum usurpantur à venatoribus ad obsidendum antra Cuniculorum, & hos inde expellendum. Quum verò & ubique per orbem reperiatur hæc animalium species, ei describendæ diutius immorari nolo; id saltem additurus, quod Javanica hæc Mustela, hîc repræsentata, collo & corpore sit brevioribus, quàm nostras; quodque caput tegentes pili obscurè spadicei sint, ruffi, qui dorsum, dilutè verò flavi, qui ventrem vestiunt; caudâ interim in apicem acutum & nigricantem desinente.

Num. 5. *Sciurus Americanus.*

Unicolor est; nec dorsum ejus tæniæ distinguunt. Cæterùm verò formâ vix differt ab illis, quos Tab. XLVII, pag. 76, repræsentatos descripsimus. Heîc præsertim notari velim singularia illa membra genitalia, quibus minutum adeo animalculum à natura donatum est.

TABULA QUADRAGESIMA ET NONA.

Num. 1. *Erinaceus, parvus, nostras.*

Visu injucunda quidem hæc animantium species, at tangentis manui tamen terribilior, attacta vulnerat facile; dum setis horret rigidis, & acuum instar cuspidatis, quæ perterebrandæ cuti sunt aptissimæ. Viva ubi contrectaveris hæc animalia, caput ilicò, pedes, & caudam, ventrem versus ita contrahunt, nihil ut videas amplius, præter informem globum, rigentibus horridum acutisque setis. Cæterùm, nocentia nemini, cœnosa inhabitant stagna & fossas, parum quæ continent aquæ, ad hujus ut fundum suis pertingere pedibus queant: natare enim nesciunt. Quin & ob spinas suas lapidosa fugiunt vada, & mollitiei potius suisque commodis student. Tenui contenta vivunt pabulo, de herbis, radicibusque, tenerioribus, ibi crescentibus, tum & de vermibus, aliisque reptilibus, petito. Ætate dum crescunt, mole simul & augentur, tantamque sæpe magnitudinem acquirunt, ut vel dimidio superent, quem Num. 3 hujus Tabulæ repræsentamus.

Num. 2. *Idem, supino in situ, subtus conspiciendus.*

Num. 3. *Erinaceus, Americanus, albus.*

Surinamo nobis transmissus cum nostratibus maximam partem convenit; nisi, quod, supernam corporis quæ tegunt faciem, pennæ breviores, crassiores & rigidiores sint. Ventrem setaceus obsidet pilus, longior multò, & mollior. Caput curtum, crassumque, nullo ferè mediante collo, adhæret trunco; uti, dum animal dorso incumbit, optimè licet conspicere. Oculorum superiora breves, obscurè fusci, pili vestiunt; latera verò, retrorsum, longi, nigricantes. Auris externæ in his, uti in nostratibus, nulla deprehenduntur vestigia: at foramen duntaxat ibi loci patet, quod sonum intromittit. Capitis antica pars,

en terre des tanieres, à la maniere des Taupes, auxquelles, il fait la guerre; il prend aussi les Rats, & fourage les colombiers & les poulailliers, avale les œufs qu'il y trouve, & en emporte les pigeons & les poulets. Les Belettes de nos contrées sont fort semblables à celles de Java, & les chasseurs s'en servent pour obseder les terriers des Lapins; & pour les en chasser. Comme cette espece d'animal est par tout fort connuë, je ne m'arrêterai pas à la décrire. J'ajouterai seulement que la Belette de Java ici representée a le col & le corps plus petit que la Belette de ce pays. Les poils de sa tête sont d'un bay-obscur, les poils du dos sont roux, & ceux du ventre d'un jaune-clair. Sa queuë finit en une pointe noirâtre.

N°. 5. *Ecureuil d'Amerique.*

Il est d'une seule couleur, sans bandes sur le dos, & differe à peine par sa figure de celui que nous avons décrit & représenté ci-dessus. Je prie qu'on remarque ici la singularité des parties de la generation de ce petit animal.

PLANCHE QUARANTE-NEUVIEME.

N°. 1. *Petit Herisson, de nôtre Païs.*

Cette espece d'animal quoique désagreable à la vuë, l'est encore plus au toucher, parce qu'il est herissé de piquans pointus comme des éguilles qui blessent facilement & peuvent percer la peau. Dès que vous touchez ces animaux, ils retirent tellement leur tête, leurs pieds, leur queuë, & leur ventre, qu'ils forment un rond, & ne presentent que des épines dures & pointuës. D'ailleurs ils ne cherchent à nuire à personne; ils vivent dans les étangs boüeux, & dans les petits fossés, où il n'y a que peu d'eau, & desquels ils puissent toucher le fond avec les pieds, car ils ne savent pas nager. Même ils évitent à cause de leurs pointes les marais pierreux, & ne recherchent que les lieux où ils peuvent être mollement, & à leur aise. Ils se nourrissent d'herbes, de tendres racines, de vers, & des autres reptiles qui se rencontrent dans ces sortes d'endroits. Ils croissent & grossissent avec l'âge, & deviennent souvent le double plus grands que celui qui est représenté au Num. 3. de cette Planche.

N°. 2. *Le même Animal couché sur le dos, pour être vu par dessous.*

N°. 3. *Herisson d'Amerique, blanc.*

On nous l'a envoyé de Surinam. Il a beaucoup de raport avec les Herissons de nôtre païs, si ce n'est que les piquans qui couvrent le dessus de son dos, sont plus courts, plus gros, & plus durs, les soyes du ventre sont plus longues & moins rudes. Sa tête est grosse & courte, mais il n'a presque point de col. On peut fort bien voir ce Herisson quand il est couché sur le dos; De petits poils d'un roux foncé tapissent le dessus des yeux; aux côtés & par derriere il y a de longs poils tirans sur le noir. On ne voit dans ces Herissons non plus que dans les nôtres, aucune trace d'oreille externe, mais on aperçoit seulement à leur place un


TAB. XLIX.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.






TAB. L.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 1.

pars, venter, & pedes, albicant. Dorsi pennæ ex cinereo dilutè flavescunt. Rostrum, suilli æmulum; instar cutis scatet dentibus. Crura, & pedes, curta sunt, hique in quinque fissi digitos, longis, acutis, incurvisque, unguibus munitos. Pedum posteriorum calcaneis inter currendum sese promovent, uti Cuniculi. Cauda brevis est, & raro pilo obsita.

Num. 4. *Erinaceus, Sibericus, supernè conspicuus, capite ad pectus contracto.*

Coloris est obscurè ruffi; pennarum verò, quæ breves, crassæ, & acuminatæ sunt, apices auro quasi obducti apparent.

Num. 5. *Erinaceus, Sibericus, mas, supinus.*

Auriculis gaudet hæc species parvis, planis; rostro brevi; ventremque gerit tenui, laneo, obsitum pilo, dilutè cinereo, quasi auro obducto. Pedibus subtùs, præ cursu, callosi veluti colliculi accrevêre. Videtur genus Erinaceorum per omnes nasci regiones. Indi, pelle exutos, & benè assos, in deliciis habent.

TABULA QUINQUAGESIMA.

Num. 1. *Hystrix, Orientalis, cristata.*

Variæ harum sunt species: isthanc Sumatra & Java profert. Pennæ, quæ corpus ejus tegunt, longæ sunt, &, acus instar sutoriæ, incurvæ atque acuminatæ, partim albis, & ex nigro fuscis, maculis, tanquam articulis, distinctæ, partim minutis, albicantibus, fuscisque, lineolis transversalibus, copiosissimis, quæ versus apices in nigras abeunt, ornatæ. Pellis, in qua radicatæ sunt pennæ, crassa est, & has eodem ordine, quo plumæ avium, digestas gerit. Species hæc elegantem in capite præ se fert cristam, è magnis parvisque pennis conflatam, quarum maximæ, uti sub lit. A conspici potest, in fastigio recurvatæ, retrorsum in plures apices distinctæ, & veluti fissæ sunt. Pennæ in medio latæ & planæ, ossis instar duræ, profundè capiti infixæ, setis minoribus, pennarum æmulis, undique stipantur, spectaculo admodum concinno. Pectus & venter similibus ornantur pennis. Pedes et ipsi pennulis brevioribus, pilosis, pungentibus, deorsum pendulis, conteguntur. Curta verò cum pedibus crura sunt: anticosque pedes incurvi quatuor muniunt ungues; posticos terni. Caput breve est & crassiusculum, obtusoque conspicuum rostro, quale nonnullis in canibus observatur, cui barba circum accrevit longis, spinosisque quasi, pilis hispida. Anterior capitis pars curta, & veluti globosa, magnis, lucidisque, splendet oculis. Maxillæ superiori nulli insident dentes; at lati & grandes inferiori. Caudæ apparet nihil. Irritata isthæc animantia tantopere præ irâ corpus inflant, omnes ut pennæ rigeant erectæ, earumque nonnullæ aliquando, ob fortissimam illam cutis expansionem, elidantur. Præcipitia in iram ea dixeris, at neutiquam maligna; utpote neminem morsura, aut læsura, nisi à quo lacessita prius fuerint. Dum verò facilè exarde-

un trou pour introduire le son. Ils ont le devant de la tête, le ventre, & les pieds blanchâtres. Les pointes du dos sont d'un jaune pâle. Le museau assez semblable à celui du pourceau est garni de dents pointuës. Les jambes & les pieds sont courts, fendus en cinq doigts, armés d'ongles longs, aigus, & crochus: pour courir, ils se soutiennent sur les talons des pieds de derriere, comme font les Lapins. Leur queuë est petite, & n'a que peu de poils.

N°. 4. *Herisson de Siberie, qu'on voit ici par dessus, sa tête étant retirée vers la poitrine.*

Il est d'un roux foncé, ayant des piquans gros, courts, & pointus, dont le bout paroit d'un jaune doré.

N°. 5. *Herisson de Siberie, Mâle, couché sur le dos.*

Cette espece a des oreilles courtes, & aplaties. Son museau est petit; son ventre est garni de poils fins, laineux, d'un cendré clair & qui semblent dorés. Sous le ventre sortent de petits pieds qui à force de courir deviennent calleux. Il paroit que cette espece de Herisson est connuë partout; les Indiens l'estiment un manger délicieux.

PLANCHE CINQUANTIEME.

N°. 1. *Porc-Epi, Oriental, panaché.*

Il y en a de diverses especes. Celle-ci nait à Sumatra ou à Java. Son corps est revêtu d'aiguillons pointus, longs, recourbés comme des alesnes, distingués en partie par des taches blanches, ou d'un brun qui tire sur le noir, en partie par quantité de petites lignes transversales, de couleur blanchâtre, ou brune, & noires à l'extremité. Ces aiguillons sont enracinés dans une peau épaisse, où ils paroissent rangés à la façon des plumes des Oiseaux. Cette espece de Porc-épi a sur la tête un beau panache composé de soyes grandes & petites, dont les plus grandes représentées par la lettre A, sont recourbées au dessus, & comme fenduës par derriere en plusieurs pointes. Ces soyes au milieu sont larges & applaties, roides & dures, profondement fichées dans la tête, & toutes accompagnées d'autres soyes plus petites, ce qui est fort joli à la vuë. La poitrine & le ventre de ce Porc-Epi sont garnis de semblables soyes; les pieds sont couverts de soyes plus petites, qui pendent en bas, & ressemblent assez à des poils. Il a les jambes petites, & les pieds courts: ceux de devant sont armez de quatre ongles recourbés, & ceux de derriere seulement de trois; sa tête est grosse & petite; son museau est obtus comme celui de quelques chiens, & barbu de poils longs & piquans; la partie anterieure de sa tête est ramassée, presque ronde; ses yeux sont grands, pleins de feu; Il n'a point de dents à la machoire superieure, mais il en a de grandes & de larges à la machoire inferieure. Il ne lui paroit point de queuë.

Quand ces animaux sont irrités, ils enflent tout leur corps de rage, dressent leurs aiguillons, & peuvent quelquefois en decocher quelques-uns par la forte expansion qu'ils font de leur peau. Quoiqu'ils soient faciles à mettre en colere, ils ne sont pourtant pas méchans, & ne mordent ni ne blessent personne, à moins qu'ils n'en aient été auparavant harcelés; Alors si vous touchez leur corps, & ce qu'ils peuvent encore moins soufrir leurs aiguillons, vous les voyez étincelans de fureur. Cela ne viendroit-il point de ce qu'ils ont la vesicule du fiel très-grosse, & de ce qu'ils

exardescentia vel attigeris, vel, quod perferre nequeunt, ad ipsorum setas offenderis, vehementem ilicò in modum incandescunt. An, quia insigni gaudent fellis vesiculâ, tam prona in iram sunt, ut ad quemlibet attactum, aut improvisum allisum pennarum suarum, (quem & contingere sæpius, & doloris haud parum adferre, quisque facilis comprehendit,) adeò mox fiant biliosa? Bilis certè inibi non raro condensata, calcarias parit concretiones, sensim magis magisque augescentes; simili prorsus modo, ac in vesicâ hominum urinariâ, imò & bilariâ nonnunquam, generari calculos videmus. D. *Rau*, Anatomes, dum viveret, in Academiâ Lugduno-Batavâ Professor, folliculum membranaceum, è cysti felleâ mulieris cujusdam ab ipso eductum, mihi quondam monstravit, in quo calculi quindecim, magnitudine singuli pisum æquantes, at variis inter se angulis & superficieculis, in omni ambitu tam arctè compacti hærebant, ut fructûs Granati semina quasi referrent: illi quidem, quousque in tunicâ suâ conclusi liquore ibidem stagnante ambiebantur, firmiter inter se juncti permanebant; at arefacti sponte dissolvebantur. Eorum verò sex idem Clar. Vir dono mihi dedit, quos tum examini subjiciens prius exsiccatos, deprehendi coloris fuisse obscurè spadicei extus, demtâ vero per attritum crustâ externâ, intus coloris ex ruffo flavi, saporisque fellei, amarissimi. Horæ tamen spatio omnis inde extrahi potest amaritudo: neque hæc tantæ est efficaciæ, ac quidem in *Lapide Porcino Malaccensi*; prout propria me docuit experientia. Quæ & ratio fuit, cur, illis rejectis, Hystricum potius calculis loco medicamenti uti, pro more perrexerim. Sunt autem hi, qui Hystricum nempe in vesiculis bilariis reperiuntur, utplurimum rotundi, aliquando & plano-ovales; quorum eos pro optimis habemus, qui coloris sunt dilutè ruffuli: sed plura de his in Tabulâ sequenti. Hanc etiam Hystricum modò descriptam speciem nonnunquam, at raro tamen, calculos felleos gerere, mihi relatum est ab iis, qui istam huc adtulerant; eosque & coloris esse obscurè bruni, & satis amaros, multò autem molliores & friabiliores, hincque in fragmenta facilè dilabi, ubi sæpiusculè infunduntur, nec virtute æquiparari posse illis, quos postea exhibebimus.

Num. 2. *Aper, Indicus Orientalis*, Babi Roesa *dictus*.

Insulæ *Boero* incolæ hunc Pseudo-Aprum *Babi Roesa* vocant suo Maleytarum idiomate, quod Apro-Cervum notat, interprete D. Fr. Valentino, qui Operum suorum *Tom. III*, *pag.* 268, hoc animal describit. Interim paradoxum id mihi videtur, quod, juxta testimonium D. Valentini, hanc animalium speciem, exceptâ *Boero* insulâ, alia nulla Indiæ Orientalis regio ferat; quum tot eorum capita ex Indiis huc transferantur, ut ultra quinquaginta hisce in oris me videre meminerim, & vel ipse ego haud pauca possideam. Carnem hujusce bestiæ inter optimas & sapidissimas referunt ferinas Indi, & Aprinâ vulgari multò teneriorem atque suaviorem censent. Pili mollissimi, lanei quasi, at breves, agnorumque lanugini similes, totum ejus corpus obtegunt; rigidiores tamen & setosi magis sunt, qui dorsum vestiunt. Color, qualis Porcorum nostratium, albicans est: corpus quadratum & obesum: caput oblongum, & angustum, prolixo pollet rostro, terræ fodiendæ adaptato: auriculæ parvæ, arrectæ, acuminatæ; minutique sunt oculi. E maxillâ superiore bini erumpunt dentes, recurvati, admodum proceri, qui, sensim elongati, sæpe adeò intrò reflectuntur, ut apice suo in ossa nasi, sub oculis, sese rursum penetrent: quod quidem annosioribus præsertim, nec sine magno dolore, contingit. Infiguntur hi maxillæ superiori tam altis radicibus, quæ vel ad oculum usque pertingunt. Inferiores autem, longi pariter & incurvi, anticæ parti inferioris maxillæ implantantur. Nec videntur bina illa dentium paria adeò utilitati, quàm ornamento

qu'ils ressentent une sensation douloureuse au moindre atouchement de leurs aiguillons, d'où se repand bien-tôt la bile par tout le corps, comme il est aisé de le concevoir? Certainement l'on voit souvent que la bile étant resserrée quelque part, elle y produit des concretions pierreuses, de la même maniere que se forment des pierres dans la vessie, & dans la vesicule du fiel. Feu M. Rau Professeur en Anatomie à Leyden me montra un jour un follicule membraneux qu'il avoit tiré lui-même de la vesicule du fiel d'une femme, & qui contenoit quinze pierres chacune de la grandeur d'un pois; ces Pierres étoient très-compactes, entrecoupées de quantité d'angles, & ne ressemblans pas mal à des grains de Grenade. Tant que ces pierres étoient renfermées dans leur membrane, & environnées d'un liquide qui ne circuloit pas, elles demeuroient étroitement unies ensemble, mais étant sechées elles se dissolvoient d'elles-mêmes. Ce Professeur m'ayant fait présent de six de ces pierres, je les ai examinées après les avoir fait secher, & je les ai trouvées exterieurement, la premiere croute étant ôtée par le frotement, d'un bay-rouge foncé, & interieurement d'un roux jaune, au reste d'une amertume de fiel, qui cependant se dissipe absolument dans l'espace d'une heure, & n'a point autant de vertu que la *Pierre de Porc de Malacca*, comme l'experience m'en a convaincu; ce qui m'a engagé d'en abandonner l'usage, & de continuer d'employer plus tôt à leur place les Pierres de Porc-Epi.

Ces Pierres de Porc-Epi qui se trouvent dans leur Vesicule du fiel, sont le plus souvent rondes, & quelquefois d'une figure ovale platte. Celles qui sont d'un roux-clair passent pour les meilleures de toutes. Nous en parlerons plus au long dans la Planche suivante. Ceux qui ont apporté ici cette espece de Porc-Epi, disent qu'elle a quelquefois quoique rarement des pierres toutes de fiel, qui sont d'un brun couvert, assez ameres, très-molles & très-friables, faciles à dissoudre, d'ailleurs n'ayant point une aussi grande vertu que celles dont nous nous proposons de parler dans la suite de cet ouvrage.

N°. 2. *Sanglier des Indes Orientales, nommé* Babi Roesa.

Les habitans de l'Isle Boëro appellent ce faux-sanglier *Babi-Roesa*, dans leur langage de Maleyra, ce qui signifie, *Sanglier qui tient du Cerf*, selon l'explication de Fr. Valentin, qui l'a décrit au Tome III. de ses Oeuvres pag. 268. Ce que dit le même Auteur de cet animal, qu'il ne se trouve dans aucun autre endroit des Indes Orientales que dans l'Isle Boëro, me paroit un paradoxe, puisqu'on apporte ici des Indes une si grande quantité de leurs têtes, que je me souviens d'en avoir vû plus de cinquante dans ce païs, & que j'en possede moi-même plusieurs. Les Indiens estiment leur chair la meilleure & la plus savoureuse des bêtes sauvages, & la prisent pour la delicatesse du gout beaucoup au dessus de celle du Sanglier ordinaire. Son corps est couvert de poils très-doux au toucher, courts, laineux, & semblables à la laine des agneaux; les poils qui garnissent le dos sont soyeux & plus rudes. Sa couleur est comme celle des Porcs de nôtre païs tirant sur le blanc. Son corps est quarré & chargé de graisse. Sa tête est oblongue & étroite, avec un long museau propre à fouïr en terre. Ses oreilles sont dressées, petites, & pointuës. Ses yeux sont petits. Il a dans la machoire superieure deux defenses, ou deux grandes dents recourbées qui en s'allongeant insensiblement, se recourbent interieurement de telle maniere qu'elles s'étendent par leurs pointes jusques aux os du nez qui sont sous les yeux. Cela arrive principalement à ces animaux quands ils sont vieux, & ce n'est pas sans douleur. Ces defenses de la machoire superieure






TAB. LI.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 7.
A
A



ornamento animalis dicata esse: siquidem vix morsui, aut manducationi inservire queant; sed juxta se plurimos alios gerant dentes omnis generis, hoc qui opus exsequuntur. Pedes, uti nostratium Porcorum, in ungulam desinunt, quæ, anticâ parte bisulca, bifidum quoque calcaneum retrò emittit. Crura longa sunt & gracilia: cauda verò, & prolixa, & crispata, quasi in paniculam terminatur. D. Michaël Bernardus Valentinus in *Musei Museorum lib. III, pag.* 453, hujus animantis mentionem faciens, hoc ita describit, ut facilè pateat, Ipsum nec oculis unquam illud usurpasse, nec bonæ fidei relationibus gavisum esse. Nomen autem *Zaino*, *Apri Mexicani*, ei impertit.

Num. 3. *Caput osseum Apri*, Babi Roesa *dicti.*

Id, tanquam rari quid, ex Indiis Orientalibus nobis transmissum est. Dentium in eo ortus & crescendi modus distinctè conspicitur.

Lit. A pennam exhibet, vel aculeum potius, capiti Hystricis Num. 1. innatum, qui varias in propagines versus apicem sese dividit.

TABULA QUINQUAGESIMA ET PRIMA.

Num. 1. *Porcus, aculeatus, seu Hystrix, Malaccensis.*

En hîc genuinam Hystricem, Javæ, Sumatræ, potissimùm verò Malaccæ incolam, quæ, non constanter quidem, sed, uti in homine, aliisque animantibus fit, per dispositionem morbosam, suo è felle generat pretiosissimum illum lapidem Medicatum! Tota corporis supina facies longis, rectis, & instar subularum aculeatis, horret pennis, à pollicari ad sesquipedalem usque mensuram variæ longitudinis; quæ per series digestæ plerumque, & ordinatim è cute propullulantes, partim ex albo & nigro, partim ex albo & subruffo, variegatæ, articulati quasi quidpiam mentiuntur. Harum interstitia exigui replent pili, tenues, longi, setarum æmuli. Caput oblongum, brevi pilo hispidum, nudas ferè, & pendulas, uti in nostratibus Porcis, auriculas gerit, suillumque rostrum, cujus interiora dentibus suprà & infrà scatent. Oculi grandes & lucidi sunt. Pilus autem, qui ventrem, femora, & pedes tegit, ruffus, brevis, aculeatus, tenuis, & densè compositus est. Pedes in quinque abeunt digitos, curtis unguibus armatos. Scriptores varii, uti *Johnstonus*, *Valentinus*, &c. perperàm asserunt, quod animal hoc pedibus anticis Tassum vulgò dictum, posticis verò Ursum æmuletur. Ipse etiam Fr. Valentinus suam hujus animantis historiam erroribus commaculavit. Africa hanc quoque Hystricum speciem profert, at minorem multò, nec, nisi rarissimè, calculo felleo fœtam.

Num. 2. *Porci, aculeati, Malaccenses, catuli.*

Hic prono corpore, ille supino, sese sistit. Uterque ventrem, crura, & pedes, nuda adhuc exhibet: at è dorso breves iamiam emergunt pennæ, cuspidatæ, quales in Erinaceis indigenis, partim subruffæ, partim penitus albicantes. Cauda ipsis parva & curta est, nec aculeata. In masculo, posticitus, suprà os sacrum, tuber eminet, cujus conspectum pennæ circum sitæ prohibent. Notatu dignum est, fæmellam,

superieure poussent de si profondes racines qu'elles vont jusques à l'œil; les defenses de la machoire inferieure sont également longues, recourbées, & plantées dans la partie anterieure. Ces deux rangs de defenses semblent moins données à cet animal pour son utilité que pour son ornement, car elles lui servent à peine à mordre ou à manger, mais il a plusieurs autres dents de differentes sortes destinées à cet usage. Ses pieds sont comme ceux des cochons de ce païs, terminés par une corne qui est fenduë en deux tant devant que derriere. Ses jambes sont longues & deliées. Sa queuë est grande, frisée, & finissant comme en épi.

Au reste, Michel Bernard Valentin nous a donné dans son Ouvrage Latin intitulé *Museum Museorum* Livre III. pag. 453 une description de cet animal, qui montre non seulement qu'il ne l'a jamais vu, mais aussi qu'il ne s'est pas servi de fideles relations. Il l'appelle *Zaino* ou *Sanglier du Mexique.*

N°. 3. *Tête Osseuse du Sanglier qu'on nomme* Babi Roesa.

Cette tête nous a été envoyée des Indes Orientales comme quelque chose de rare. On y voit clairement l'origine & l'accroissement des dents de cet animal.

La lettre A. represente un des piquants de la tête du Porc-Epi decrit au N°. 1. Ce piquant se subdivise vers le bout en plusieurs autres.

PLANCHE CINQUANTE ET UNIEME.

N°. 1. *Porc-Epi de Malacca.*

C'est ici le veritable Porc-Epi de Java, de Sumatra, & principalement de Malacca, qui forme de son fiel cette precieuse pierre dont on se sert en Medecine. Il ne la produit pas constamment, mais par une cause morbifique, ainsi qu'il arrive dans les autres animaux, & dans l'homme. Tout le dessus de son corps est hérissé d'aiguillons droits, & piquans comme des alesnes, de differente longueur ayant depuis un pouce jusqu'à demi pied. Ces aiguillons poussent hors de la peau, & sont le plus souvent disposés en ordre & par rangs. Ils sont colorés en partie de blanc & de noir, en partie de blanc & de roussâtre, & semblent former comme des especes de nœuds. Les espaces vuides entre ces aiguillons, sont remplis de poils deliés, longs, & soyeux. Sa tête est oblongue, couverte d'un poil court; ses oreilles sont pendantes & presque pelées comme celles des Pourceaux de nôtre païs. Il a un museau de cochon garni de dents en haut & en bas. Ses yeux sont grands & brillans; le poil de ses jambes & de ses pieds est court, piquant, & épais; ses pieds sont fendus en quatre doigts armés d'ongles courts.

Divers Ecrivains, par exemple Johnston, Valentin, &c. assurent mal à propos que cet animal a les pieds de devant faits comme le Taisson, & les pieds de derriere comme l'Ours. L'Histoire que nous en a donné Valentin, est chargée de plusieurs autres fautes. Au reste, l'Afrique produit la même espece de Porc-Epi dont il s'agit ici, mais ils y sont beaucoup plus petits, & ont rarement ces pierres formées de fiel.

N°. 2. *Deux petits de Porc-Epi, de Malacca.*

L'un est représenté couché sur le ventre, & l'autre sur le dos. Tous les deux ont encore le ventre, les jambes, & les pieds destitués de poils; mais il paroit déja sur le dos des piquants courts, pointus, comme dans nos hérissons, d'une couleur ou tout-à-fait blanchâtre, ou tirant sur le roux Leur queuë est mince, courte, & sans pointes: le mâle a par derriere au dessus de l'os sacrum une élevation dont les piquants qui l'environnent cachent la vuë.

lam, quando cum Mare congressura est, in dorsum sese reclinare; quum vulgò consuetum inter quadrupeda coitûs modum hîc vetent aculei, è dorso longùm porrecti: id quod & Itineratores attestantur, & ipsa dictat ratio.

Num. 3. *Lapis Porcinus, Malaccensis, seu Lapis Hystricinus.*

Malaccæ incolis *Koeliga Laudac*, Lusitanis *Pedro del Porco* audit. Insolitæ hic est magnitudinis, nostro in Museo conspiciendus, demto, quo in Malaccâ succinctus est, auro, drachmam dimidiam supra unciam integram, ponderis Holland: æquans. Plus vice simplici mille Imperiales, monetæ Batavæ, pro eo mihi offerri memini. Pro rata enim magnitudine omnes ipsi insunt, quæ hisce in lapidibus desiderantur, perfectitudines.

Num. 4. & 5. *Bini Lapides, ejusdem farinæ; quorum prior auro inclusus est; alter nudus.*

Aliis adhuc, præter hosce, tam minoribus, quàm majoribus, gaudemus in usum quotidianum; quando à Medicis Practicis præscribuntur in febribus ardentibus, aliisque acutis, & malignis morbis, Petechiis, Variolis, morbillis, Ictero, & affectibus Biliosis, Hystericis, Spleneticis, quorum præcipuè in, vitiatâ per gravia animi pathemata, Bile hæret fomes: ubi enim hisce in morbis exagitati sanguinis compescendus furor est, spiritus vitales recreandi, & blandi sudoris requiritur excitatio; infuso Lapidis hujusce, præsertim si genuinus & bonæ notæ hic fuerit, præsentius aliud vix datur remedium. Paratur autem infusum hoc plerumque cum aquâ pluviâ, coctâ, aut aliâ quadam stillatitiâ, Melissæ, Cardui Benedicti, flor: Tiliæ, pro lubitu: inde enim nihil datur discriminis quoad extracti efficaciam. Aquam tamen Pulegii, aut Chelidonii majoris, cæteris præferimus. Calfaciendam prius aquam jubent nonnulli; at minore certè cum effectu: quia frigida plus extrahit. Calor, dum poros lapidis arctat, facit, ut tardius aquæ sese communicet ejus virtus, & morâ longiore ad parandum efficax infusum opus sit. Quin & friabilis ille redditur ab aquâ calente, & inde eductus, atque resiccatus dein in fragmenta dissolvitur; prout aliquoties ipse expertus sum. Ante iam adnotavimus, ejusmodi calcalculos in aliis etiam Hystricum reperiri speciebus. Verus & genuinus Lapis Porcinus coloris est subruffi, instar nuclei Persicorum, & tactui quidquam unguinosi ferè exhibet. In centro ejus nulla deprehenditur basis, circa quam prima concretio facta est, nisi tenuis quædam pellicula nigricans, folioli æmula; aliquando autem ne hæc quidem. In humore felleo Animalis nascitur, à minutissimo granulo, capite aciculæ non majore, sensim in molem vitelli ovi gallinacei, aut Anatini, excrescens. Intus ex pluribus quasi lamellis, versicoloribus, sibi mutuò super impositis, conflatus videtur; ita tamen, ut illæ haud facile à se invicem separari possint; quia, uti in Calculis urinariis Hominum & brutorum, firmissimè inter se concreverê. At alia prorsus natura est hujusce Lapidis, quàm illorum; & licet Lapidis illi nomen vulgò detur, re tamen ipsâ lapidosi nihil habet: siquidem, ut ante meminimus, in aquâ solubilis sit. Id porrò notandum est, quod, si fragmentum ejus duabus vel tribus aquæ unciis per horæ spatium committitur, tantum inde virtutis extrahatur, quantum hæc aquæ copia capere potest; nec, vel per mensem deinceps protractâ in eadem aquâ maceratione, quidquam amplius de pondere fragmenti decedat. Aliter verò res se habet cum Lapide grandiore, nondum multas infusiones experto; quippe, qui prodigus virtutis suæ, longiore

C'est une chose remarquable que la femelle se couche sur le dos quand elle veut s'accoupler avec son mâle, parce que les piquants qui pendent de son dos & fort bas, l'empêchent de se joindre à la maniere des autres quadrupedes ainsi que le témoignent les Voyageurs, & que la raison même le dicte.

N°. 3. *La Pierre de Porc, de Malacca.*

Les Insulaires de Malacca l'appellent *Koeliga Laudac*, & les Portugais *Pedro del Porco*. Celle-ci est d'une grandeur extraordinaire, & on peut la voir dans mon cabinet où je la conserve après en avoir ôté l'or dont ils la garnissent à Malacca. Elle pese une once, & demi-drachme poids de Hollande. On m'en a offert plus d'une fois mille Risdales argent du même païs, car à proportion de sa grandeur, il ne lui manque aucune des perfections, qu'on requiert dans ces sortes de Pierres.

N°. 4 & 5. *Deux Pierres de la même espece, dont la premiere est enchassée dans de l'or, & la seconde est nuë.*

Outre ces deux pierres, j'en ai plusieurs autres tant grandes que petites, destinées pour les occasions où elles sont ordonnées des Medecins, comme dans les fievres ardentes, les maladies aiguës, malignes, le pourpre, la petite verole, la rougeole, la jaunisse, & autres maux bilieux, hysteriques, & spleniques, dont principalement une bile corrompuë est la source, & l'origine des mouvemens desordonnés du corps & de l'esprit. Comme dans ces sortes de cas il faut calmer l'agitation d'un sang trop échaufé, ranimer les esprits vitaux, & exciter une douce sueur, je n'y sache presque aucun remede plus propre que cette pierre, sur tout si elle est naturelle, & d'une bonne qualité. On en fait d'ordinaire une infusion avec de l'eau de pluie, cuite, ou quelque autre eau distillée, de Melisse par exemple, de Chardon-Bénit, de Fleurs de Tilleul, selon qu'il plait à chacun, car c'est une chose assez indifferente pour la vertu de l'extrait. J'ai coutume de préferer l'Eau de Pouliot, ou de Grande Chelidoine à toute autre. Quelques-uns font auparavant chaufer l'eau, mais sans raison, parceque l'eau froide tire davantage. La chaleur resserrant les pores de la pierre, fait que sa vertu se communique à l'eau moins promtement, & qu'il est besoin d'un plus long-tems pour rendre l'infusion aussi bonne. Ajoutez que cette pierre devient plus friable par l'eau chaude, & qu'après l'en avoir retirée, & l'avoir fait sécher, elle tombe ensuite en morceaux, comme je l'ai quelquefois experimenté. On a déja remarqué que ces sortes de pierres se trouvent aussi dans les autres especes de Porc-Epi.

La veritable Pierre de Porc est de la couleur du noyau de pêche, tirant sur le roux, & laisse quand on la touche quelque chose d'onctueux. On n'aperçoit point qu'elle ait au centre d'autre base qu'une mince pellicule noirâtre, ressemblant à une petite feuille, & qui même ne se rencontre pas toujours. Cette pierre naît dans la liqueur amere du fiel de l'animal, d'un petit grain de la grosseur de la tête d'une épingle, & qui s'accroît insensiblement jusqu'à la grosseur d'un jaune d'œuf de poule ou de canard. Elle paroît interieurement composée de plusieurs couches, de diverses couleurs, & qu'on a de la peine à separer, étant très-étroitement unies, ainsi que sont les pierres des autres animaux & de l'homme. Cependant cette pierre-ci est d'une nature bien differente des autres pierres, & quoiqu'elle porte ce nom, elle n'en a point les caracteres, puisqu'elle se dissout dans l'eau, comme on l'a dit plus haut. Il faut encore observer que si l'on met quelques morceaux de cette pierre dans deux ou trois onces d'eau pendant l'espace d'une heure, elle perd autant de sa vertu que l'eau en peut tirer, & cependant si l'on continuoit cette macera-tion

longiore morâ in aquâ plurimùm foret perditurus. Rursus magna datur inter Lapides hosce ratione solubilitatis differentia; dum alii citius, tardius alii deliquescunt. Citò solubilis si uno die quinquies, aut sexies infunditur, primâ vice spatio quadrantis horæ, secundâ vice per horam dimidiam, tertia verò non nisi integræ ferè horæ intervallo, aquam saturabit, & deinceps, pro numero repetitarum infusionum, semper & tempus macerationis dimidiâ horâ augendum erit, ut sufficiens fiat virtutis communicatio. Attamen si bidui, vel tridui spatio siccum reliqueris, tum denuò quadrante horæ aquam vi & amaritudine suâ impraegnabit: quod fortè ab aëris externi vi quasi Magneticâ, in hunc Lapidem agente, deducendum venit. Id verò & notari meretur, quod minuta particula, à Lapide sæpius infuso detrita, haud minus, ac Lapis ipse integer, eandem attrahat rursus amaritudinem. Quotquot horum Lapidum, post factam infusionem resiccati, albâ & lucidâ superficie quasi efflorescunt, tanquam si per aquam salsam ducti fuissent, eos non infimæ esse notæ credito. In animi deliquiis, & oppressionibus Cordis enormibus, aliquando Lapidis hujus grana tria, aut plura, ut vocant, in substantia, exhibentur vino dissoluta, optimo cum eventu. Id tamen ob summam formulæ talis caritatem rarissimè fit.

Ex hactenus dictis elucescit quàm clarissimè immensa Dei clementia, qui abjectiori huic Animantium speciei excellens adeò indidit remedium in usum Hominis, cum morbis & morte conflictantis. Ab ægrâ Animalis Bile natus hic calculus, reverâ morbosus, Medicamentum fit incomparabile ad gravissimos & periculosissimos, quibus ab incunabulis ad tumulum usque obnoxia est vita hominis, morbos.

Cui volupe est, plura de Lapide hoc scire, legat is *Exercitationes Practicas Frid. Dekkeri*, quondam Meci Practici Leidensis, L. B. anno 1694 in quarto impressas, ubi *pag.* 466 stylo conciso ejus habetur descriptio, & sequens pulvis, inde confectus, malignis omnibus & acutis in febribus commendatur.

℞. Lapid. seu Pedro del Porco grana VJ.
Margarit. ppt.
Corn. Cerv. Philos. ppt. ana gr. V.
M. F. pulv. tenuissimus.

Qui quidem, ut tanto plus exsereret virtutis, in duas partes dividi, & dosi geminatâ exhiberi posset, magno cum emolumento.

D. Adrianus Helvetius, M. D. & Ducis Aurelianensis Medicus ordinarius, in tractatu quodam de præcipuis & frequentioribus morbis, Lapidis Porcini accuratam historiam idiomate Gallico tradidit, postea, Anno 1706, ab Eugenio Eyben, M. D. Hagæ Comitum, in Belgicum translatam. D. Engelbertus Kæmpferus in *Amœnitatibus Exoticis*, Lemgoviæ anno 1712 in quarto editis, Lapidem quoque Hystricinum descripsit, ejusque icona *pag.* 394 exhibuit, additis simul figuris, tres species *Lapidis Porcini*, *spurii*, *Ceilanici*, de quo in decursu agemus, repræsentantibus.

Num. 6. *Struthiocamelus, Africanus, pullus.*

E Promontorio Bonæ Spei missa nobis hæc Avis eâ est, quâ hîc conspicitur, magnitudine: vix ultra binas ante mortem septimanas exclusa, lanuginoso suo habitu adultiorem sui generis exactè refert; cujusmodi valdè elegantem, toto suo apparatu plumoso adhuc indutum, in aviario, unà cum variis avibus pere-

tion dans la même eau un mois entier, ces morceaux ne perdront pas davantage de leur poids; ce qui au reste n'arrive point à une pierre de la même sorte, mais qui est plus grande, & qui n'a pas soufert encore plusieurs infusions, car celle-ci prodigue de ses vertus, diminue considerablement de son poids par un plus long sejour dans l'eau. De plus, il y a encore une grande difference entre ces pierres par raport au tems de leur dissolution, les unes étant dissoutes plutôt que d'autres. Si l'on infuse cinq ou six fois par jour celle qui se dissout le plus promtement, la premiere fois qu'on le fera, elle saturera l'eau dans un quart d'heure, la seconde fois dans une demi-heure, la troisieme fois dans une heure presque entiere, & ensuite selon le nombre des infusions repetées, le tems de la maceration augmentera toujours d'une demi-heure pour en tirer les vertus. Si cependant vous laissez secher la pierre deux ou trois jours, alors dans un quart-d'heure elle impregnera l'eau de ses vertus & de son amertume, ce qui vient peut-être de l'air externe qui agit par une force magnetique sur la pierre. C'est aussi une chose digne de remarque, qu'une petite parcelle de la pierre qui en aura été detachée par une infusion souvent réïterée procure la même amertume que la pierre entiere. Toutes celles de ces pierres qui après leur infusion ayant été sechées, montrent une superficie blanche & luisante, comme si elles avoient passé par l'eau salée, assurez-vous qu'elles ne sont pas d'une qualité meprisable. Dans les defaillances & les grandes oppressions l'on donne quelquefois avec beaucoup de succès trois grains de cette pierre en substance, comme on parle, ou davantage dissout dans du vin; mais la trop grande cherté de cette formule de medicament fait qu'on ne s'en sert que très-rarement.

De tout ce que nous venons de dire il paroît bien clairement combien est grande la bonté de Dieu d'avoir produit dans ces vils animaux une si excellente medecine pour nôtre usage? Une Pierre née d'une cause morbifique dans cet animal, devient pour l'homme un remede incomparable dans les plus pressantes & les plus dangereuses maladies auxquelles il est exposé ici bas!

Les Curieux peuvent consulter sur la Pierre de Porc l'ouvrage Latin de M. Dekkers imprimé à Leyde en 1694 in 4, sous le titre d'*Exercitationes Practicæ* &c. Il y donne à la page 466 une description concise de cette pierre, & en même tems recommande fort dans toutes les fievres malignes, & les maladies aiguës la poudre suivante où cette pierre entre. Prenez, dit-il, six grains de la pierre de Porc, de Perles preparées & de corne de Cerf preparée philosophiquement de chacun cinq grains. Mêlez le tout ensemble & faites-en une poudre très-fine, qui pour avoir plus de force peut être divisée en deux parties & prise en double dose. M. Adrien Helvetius Medecin Ordinaire du Duc d'Orleans nous a donné une exacte description de la Pierre de Porc dans son Traité des plus frequentes maladies, écrit en François, & traduit ensuite en Hollandois en 1706 par M. Eugene Eyben Dr. en Med. Engelbert Kæmpfer dans son livre Latin d'*Amœnités Exotiques* imprimé à Lemgow en 1712 in 4. décrit aussi cette pierre, qu'il représente à la page 394, & y ajoute trois figures de la Pierre de Porc fausse de Ceylan, dont nous parlerons aussi dans la suite.

N°. 6. *Autruche d'Afrique; un des petits.*

Cette Autruche qu'on nous a envoyé du Cap de Bonne-Esperance, est ici représentée en grandeur naturelle. Quoi qu'elle eût à peine deux semaines lorsqu'elle mourut, néanmoins elle ressemble entierement par son plumage à une Autruche déja grande & plus agée. Nous en conservons une autre dans nôtre voliere parmi divers Oiseaux étrangers, qui est très-belle & ornée de toutes ses plu-

peregrinis, collocatum asservamus. Plumulæ lanuginosæ junioris hujusce insidentes pectori, collo, & ventri, mollissimæ sunt, quales Anserculorum, coloris dilutè grisei. Dorsi verò plumæ rigidiores, nigris & subspadiceis villis, quasi pilosis, quorum binos sub lit. A licet conspicere, intermistæ, sunt. Capiti oblongæ hærent, nudæ, pendulæ, auriculæ, quas quidem in natu majoribus haud observavi. Collum longum, ad ingluviem usque, obscurè spadiceæ tæniæ, dilutè griseas inter plumas decurrentes, distinguunt. Alæ minusculæ sunt, & cauda in cincinnos conglobata pilosos & plumatiles. Femora pilis brevioribus, adeo raris, teguntur, ut ferè nuda sint. Pedes crassi & validi, annulis imperfectis anticâ parte semicirculati, firmo crassoque talo innixi, in binos fissi fortissimos digitos, majorem & minorem, plantâ, durissimo, & quasi coriaceo, obductâ callo, terram premunt. Majorem pedis digitum unguis præmunit. Struthio-Camelus plumis potissimùm suis, quæ ornamenta sunt in Aulis Magnatum præcipuè usitata, sese commendat Homini. Neque opus est, diutius ut huic immoremur describendæ Avi: quum id ab aliis ante actum iam sit, & varia, quibus insignitur, nomina passim occurrant.

Num. 7. *Avis, ex Novâ Hispaniâ,* Yayauhquitototl *dicta.*

Elegans hæc Avis à Fernandesio in *Hist. Anim. Tr. II, pag.* 55, descripta, Sturnum ferè formâ refert, quo tamen gracilior est. Binæ è caudâ ejus porriguntur pennæ, longissimæ, Cyaneo colore, amœnissimo, pictæ. Idem color, at paulò saturatior, ingluviem, & rostri, oculorumque ambitum, ornat. Supina corporis facies, & alæ, virore dilutiore, jucundissimo, refulgent; saturatiore verò dorsum, & minores in cauda pennæ. Venter ex cinereo griseus est. Rostrum longum, subincurvum, & pedes, flavescunt.

TABULA QUINQUAGESIMA ET SECUNDA.

Num. 1. *Porcus, aculeatus, sylvestris; seu Hystrix, Orientalis, singularis.*

Pili ejus, à vulgaribus discrepantes, pungentes sunt, acuti, longi, & acuum instar cuspidati. Rara est hæc fera, nec multùm hactenus cognita. Totum corpus, ad extremos usque pedes, aculeatis hispidum est pilis, duris, rigidis, quorum qui supinam corporis partem vestiunt, tonum emittunt pro vario, quo lucis radii incidunt, modo versicolorem. Caput, quale Porci domestici, est, at crassius; rostroque, ad fodiendum comparato, caret. Labium superius, leporini instar, fissum est: nares tamen magis, quàm in Lepore, prominent: quatuor dentes, canini, suprà & infrà, anterius conspiciuntur; dum reliqua maxillarum pars molaribus scatet. Barba extat, longis, & acutissimè desinentibus, conflata pilis. Oculi grandes, splendidi; auriculæ parvæ, rotundæ sunt, intus omninò nudæ. Corpus curtum, & utrinque quasi coactum, diminutam longitudinem crassitie compensat. In quinque digitos fissi sunt pedes, quorum qui brevior est, & posteriora versùm situs, pollicem æmulatur: crassis verò, & acuminatis, singuli unguibus pollent. Postici pedes longiores, Ursinorum similes, grossis calcaneis, cursui inservientibus, donati sunt. Nihil verò mirabilius hoc in animali occurrit, quàm cauda; quippe quæ longa admodum, sensim attenuata, acutis pariter pilis horrida, in singulari modo fabrefactam quasi paniculam desinit: hæc enim elegantissimè ex pilis veluti articulatis conflata apparet; dum tenuis primò cernitur pilus, quem

plumes. La poitrine, le col, & le ventre de ce jeune oiseau, sont couverts d'un duvet très-doux pareil à celui des oisons, & d'un gris-lavé. Les plumes du dos sont plus rudes, & sont entremêlées comme de petits poils noirs tirans sur le roux, & dont deux de ces poils se voyent représentés sous la lettre A. Il porte à la tête deux oreilles oblongues, pendantes, nuës, que je n'ai pas observé dans des Autruches plus vieilles. Son col est long, & distingué jusqu'au jabot par des bandelettes d'un bay-obscur, que parsement de petites plumes, d'un gris clair. Ses aîles sont petites, sa queuë frisée en boucles garnies de poils & de plumes. Ses cuisses ont des poils courts & très-clairsemés. Ses pieds sont gros, forts, à demi-cerclés d'anneaux imparfaits dans la partie de devant, appuyés sur un talon robuste, & fourchus en deux puissants doigts, dont l'un est grand & l'autre petit. Ils ont la plante des pieds renduë à force de marcher toute calleuse, d'un cal aussi dur que le cuir. Le grand doigt du pied est armé d'un ongle. On se sert des plumes d'Autruche pour ornement, surtout chez les Grands Seigneurs. Il n'est pas necessaire de nous arrêter davantage à la description de cet Oiseau, parceque d'autres l'ont déja faite avant nous. On trouve aussi en divers Livres les differens noms qui lui ont été donnés.

N°. 7. *Oiseau de la Nouvelle Espagne nommé* Yayauhquitototl.

Ce bel oiseau a été décrit par Fernandes dans son Histoire des Animaux Traité 2. pag. 55. Il ressemble assez de figure à l'Etourneau, & est seulement plus délié. Il sort de sa queuë deux plumes très-grandes d'un bleu-celeste magnifique; le Jabot, le contour du bec & des yeux, & le dessus du corps, sont de la même couleur, mais un peu plus foncée. Les aîles brillent d'un beau verd-pâle, le dos & les petites plumes de la queuë d'un verd-obscur; le ventre est cendré-gris; le bec qui est long & crochu tire sur le jaune, de même que les pieds.

PLANCHE CINQUANTE-DEUXIEME.

N°. 1. *Porc-Epi sauvage; ou Porc-Epi Oriental, singulier.*

C'est une bête sauvage rare & jusqu'à present peu connuë. Son poil qui differe de celui du Porc-Epi ordinaire, est long, aiguisé, & piquant comme une éguille. Tout son corps jusqu'au bout des pieds est hérissé de poils durs, rudes, pointus, dont ceux du dessous du corps, jettent des couleurs differentes selon qu'ils reçoivent les rayons de lumiere. Il a la tête de cochon, mais plus grosse, sans avoir aussi un museau propre à fouïr en terre. La levre de dessus est fenduë comme celle du lievre, les narines n'avancent néanmoins pas autant. Ses machoires sont garnies de dents molaires, & dans la partie anterieure de quatre dents canines. Il a une moustache faite de longs poils tres-pointus, les yeux grands & brillans, les oreilles petites, rondes, & nuës interieurement. Son corps qui est court & ramassé, compense par sa grosseur la longueur qui lui manque. Ses pieds sont fendus en quatre doigts, dont le plus petit qui lui tient lieu de pouce se jette en arriere. Chaque doigt est armé d'ongles gros & aigus. Les pieds de derriere sont plus longs que ceux de devant, formés comme dans les Oursons, & soutenus de gros talons qui lui servent à l'aider à la course. Mais la queuë est la partie la plus admirable de cet animal; elle est d'une grande longueur, diminuant insensiblement, hérissée de poils piquans, & finis-






TAB. LII.
Fig. 3.
Fig. 2.
Fig. 1.
Fig. 4.








TAB. LIII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 9.
Fig. 10.



quem alius excipit longior, crassior, Oryzæ semina, suis adhuc theculis involuta, referens; horum singuli non unius sunt longitudinis, nec crassitiei; & adunati fasciculum formant, qui pellucens splendorem, quasi ab argento intus contento, evibrat.

Animal istud, omnibus numeris absolutum, Harlemi in Museo D. Levini Vincentii, Viri, dum viveret, in historiâ Animalium versatissimi, conspiciendum fuit, nobisque benignè concessum, æri ut id ad vivum curaremus incidi; siquidem nostro in Thesauro nonnisi elegantem ejus caudam, sub Num. 2 repræsentatam, possideamus. Jacobus Bontius, primarius olim in Indiis Orientalibus Medicus, in libello, de Medicina Indorum conscripto, cujus versio Belgica anno 1647 Roterodami impressa est, hujusce Hystricum speciei meminit. Imò & alii, fide digni, Viri testantur, se vivam vidisse hancce feram in sinu *Cajeli*, propè insulam *Celebes*, ibique in saltibus habitantem capi, vivamque alios in locos translatam magno pretio divendi; quum & calculum fellis in cysti aliquando gerat, qui à Lusitanis *Piedra de Puerco* pariter vocatus, haud minoris æstimatur, quàm verus Malaccensis, huicque & colore, & virtute medicata, par est.

Num. 2. *Caudæ Hystricis extremum, paniculatum.*

Id nostro in Museo asservamus, ejusque hîc sigillatim exhibemus figuram, ut apparatus, qui hîc datur, elegantissimus, tantò distinctius perlustrari queat. Cuticulæ superficies ex nigro maculata est.

Num. 3. *Avis Paradisiaca, Orientalis, ex albo & nigro varia.*

In insulis *Papoe* reperiunda hæc avis, ab incolis *Waygehoe*, vel *Wardioe*, appellatur, juxta testimonium Fr. Valentini, qui illam ex *Sergile*, vel Novâ Guineâ adferri autumat. Capitis, collique, pennæ, nigricantes, ex purpureo vividissimè resplendent. Caput minutum est; rostrum albicans, & acuminatum, nigro ad basin pilo ambitur. Oculi lucidi, ex albo annulati sunt. Reliquæ totius corporis pennæ prorsus albicant, exceptis pennis remigibus, quarum caules nigris plumulis stipantur: binæ etiam illæ, longissimè è caudâ protensæ, pennæ ab origine sua ad medium usque longitudinis partim nigricant, inde verò ad finem usque penitus albescunt. Pedes dilutè rubicundi in albos abeunt unguiculos.

Num. 4. *Serpens, minor, Americana, corallina, maculata.*

Corallino suffusam rubore ejus supinam faciem subfuscæ undique maculæ variegant; dum pronum corpus albæ squamæ vestiunt.

TABULA QUINQUAGESIMA ET TERTIA.

Num. 1. *Serpens, Americana, Arborea, singulari artificio picta, magni æstimata.*

Insusitato, at elegantissimo tamen, macularum apparatu ornata hæc Serpens inter Arboreas refertur; siquidem plerumque super arbores, harumque in cavis, delitescat. Magno autem in pretio habetur tum ob pictu-

& finissant en épi d'une façon toute particuliere; car ses poils paroissent composés de nœuds d'une maniere très-artificieuse; d'abord on voit un poil delié que reçoit un autre poil plus long & plus gros, à peu près comme sont arrangées les graines de Ris enfermées dans leurs capsules. Chacun d'eux n'est pas de la même longueur, ni de la même grosseur, mais joints ensemble ils forment un faisceau transparent, & qui jette un éclat qu'on peut nommer argentin.

J'ai eu lieu de voir cet animal tout entier à Harlem dans le Cabinet de M. Levin Vincent, homme très-versé dans l'Histoire Naturelle, & qui a eû la complaisance de m'en laisser graver la Planche d'après nature, car je n'ai dans mon Recueil de Raretés que la belle queuë de cet animal, figurée au N°. 2. Jacob Bontius qui a été envoyé pour premier Medecin aux Indes Orientales, dans un petit livre intitulé *De la Medecine des Indiens*, écrit en Latin, traduit ensuite en Hollandois, & imprimé à Rotterdam en 1647, y parle de cette Espece de Porc-Epi. Il y a encore d'autres personnes dignes de foi qui assurent avoir vu cette bête dans le Golphe Cajeli proche des Isles Celebes, habitant les forêts, où on la prit, & après qu'on l'eut transporté ailleurs en vie, on la vendit cherement. Elle porte quelquefois dans la vesicule du fiel une pierre composée de la liqueur de cette partie; les Portugais nomment aussi cette Pierre, *Piedra de Puerco*. Elle n'est ni moins estimée que la veritable Pierre de Malacca, ni ne lui cede en vertu, ayant au reste la même couleur.

N°. 2. *Le Bout de la queuë du Porc-Epi, du N°. 1.*

Nous avons dit ci-dessus que la queuë de cet animal finissoit en forme d'épis; nous la conservons dans notre Cabinet, & nous n'en donnons ici la figure en particulier que pour en mieux étaler toute la beauté. La superficie de sa peau est tachetée de noir.

N°. 3.[x] *Oiseau de Paradis, Oriental, varié de blanc & de noir.*

Cet oiseau qu'on trouve dans l'Isle Papoe, est nommé des habitans *Waggehoe* ou *Wardioe*, selon le temoignage de Fr. Valentin qui croit qu'on l'apporte de Sergile, ou de la Nouvelle Espagne. Le plumage de la tête & du col tire sur le noir, ou brille d'un pourpre très-vif. Sa tête est petite, son bec pointu & blanchâtre est couvert dessous d'un poil noir. Ses yeux sont pleins de feu, ayant le contour blanc. Les plumes du reste du corps sont très-blanches, horsmis les deux grandes de la queuë, qui sont garnies de petites plumes noires, & même ces deux plumes-là qui ont une grande longueur, sont à demi-noires depuis leur commencement jusqu'au milieu, & depuis le milieu au bout tout-à-fait blanches. Les pieds sont d'un rouge-lavé munis de petits ongles blancs.

N°. 4. *Petit Serpent d'Amerique, de couleur vermeille, tacheté.*

Le dessus du corps est d'un rouge vermeil, varié par tout de taches roussâtres. Le dessous est couvert d'écailles blanches.

PLANCHE CINQUANTE-TROISIEME.

N°. 1. *Serpent d'Amerique, qui se tient sur les arbres, tacheté d'une maniere singuliere, & fort estimé.*

Ce serpent qui fait sa demeure sur les arbres, est marqueté de taches aussi belles que peu communes. Il se cache le plus souvent sur les arbres, ou dans des creux d'arbres. On l'estime beaucoup tant

x Buff. Edit. Pourrat Tole T. 282. T4.
F. „ Pinne T. 300. T. 5. (Vardiole)

picturam, quâ pollet, venustissimam, & visu jucundissimam; tum quia, indolis malignæ expers, noxæ nihil unquam infert homini. Vescitur animantibus, quibus potiri potest, præcipuè verò ita dictis Diabolis Tajovanicis, seu Armodillis, adhuc junioribus, & ejusmodi aliis. Incolæ regionum, in quibus istæ Serpentes commorantur, & se propagant, maximi eas æstimant, à bono quippe, uti ajunt, genio instinctas; quia nunquam nocent hominibus: ergo honorem ipsis habendum, & vicissim mali nihil adferendum esse autumant; ne accersitâ inde maledictione, deinceps grassari in homines incipiant, quæ innocentes hactenus amicè inter eos sunt versatæ. Indi, iter adornaturi, utplurimum in suas secum naviculas talem serpentem transferunt, unà cum æneis quibusdam pelvibus, quas validè percutiendo fortem concitant tinnitum, ad quem in saltatorios veluti motus sese dat Serpens. Ita verò & ante, & post absolutum iter procedunt, quando vel conscendunt navim, vel eâ egrediuntur: neque uti certissimis, & palam notis, constat testimoniis, unquam peregrè abeunt, quin comes lateri hæreat ista Serpens; siquidem eâ destitutis inauspicatum fore iter opinentur. Unde spississimam licet notare caliginem, quâ obcœcati gentiles, à vero lumine remotissimi, creato potius in animante, quàm in Conditore, ipsis quidem incognito, confidunt. Quantum porrò ad formam hujusce Serpentis: ornamentum ei singulare conciliant squamulæ rhomboideæ, reticulari apparatu cutim obtegentes, ex dilutè cinereo & saturatè flavo pictæ, maculis nigricantibus, magnis, parvis, quasi conspersæ. Caput elegans, elongatum, longiusculâ gaudet linguâ, bifurcatâ: os acuminatis scatet denticulis. Per medium caput saturatè fusca decurrit tænia, quæ inde per totam corporis supinam partem catenatim distributa, aliquibus in locis insulas quasi format & propugnacula, varii coloris, & figuræ, similia iis, quæ in mappis hydrographicis conspiciuntur. Nec minus venusta est, quæ obtusam ornat caudam, pictura; cujus ut decursus tantò observari queat distinctius, eam circa arboris *Ligni Sancti* ramum intortam hîc repræsentamus: amant enim huic præcipuè arbori adhærere, quia ob corticis glabritiem facilis inde rursum evolutio & secessus datur.

Num. 2. *Ramus arboris Ligni Sancti, vel Guajaci.*

Fronde, floribus, & fructu, præditum huncce ramum Dominicopoli missum accepimus. Folia Pruni foliorum minusculorum æmula, gratè viridia, crassa, unguinosa, glabra, validis nervulis, pallidulis, firmata, suis de alis quinos, & plures, emittunt pedunculos, longos, uti in Ceraso, floribus pentapetalis, albicantibus, ornatos; quorum in medio hærens pistillum plurima ambiunt stamina, luteis apiculis donata, ornamento singulari. Inde, post delapsa floris petala, enascitur fructus exiguus, trigonus, uti figura docet, nucleum seminalem, spadiceum, in quolibet loculo unum, continens, more in capsulis seminiferis usitato. Dantur tamen &, qui unum, vel bina tantum ferunt semina, Anisi stellati, aut vulgò Badian, seminum formam referentia, glabra, lucida, spadicea. Lignum porrò hujusce arboris, ubique satis notum, non usibus tantùm Medicatis, sed navali etiam Architecturæ, ad hypomochlia, & antlias, conficienda, aptissimum est: unde utilissimum potius, quàm *sanctum*, uti solet, *lignum* foret adpellandum.

Num. 3.

tant par raport à sa peau qui est agréablement tachetée, que parce qu'il ne fait aucun mal à l'homme. Il se nourrit des animaux qu'il peut attraper, & principalement de jeunes Armodillos, & d'autres semblables. Les habitans des lieux où se trouvent & se propagent ces serpens en font un grand cas, à cause du bon naturel, comme ils s'expriment, dont ces serpens sont douez, & qui les porte à ne jamais nuire aux hommes. Aussi pensent-ils qu'on doit honorer ces bêtes, & se garder bien de leur faire du mal, de peur de s'atirer la malediction, que ces animaux innocens qui ont toujours vêcu en amitié avec les hommes, ne deviennent leurs ennemis. Les Indiens qui entreprennent un voyage ne manquent gueres de prendre ce serpent dans leurs vaisseaux, avec quelques bassins d'airain qu'ils font résonner, & par ce bruit ils excitent cet animal comme à sautiller. C'est une ceremonie qu'ils pratiquent en montant & en sortant du vaisseau, & l'on sait par des témoignages aussi certains que connus, que ces peuples se feroient de la peine de voyager sans la compagnie de ce serpent, & qu'ils tireroient à mauvais augure d'en être alors privés. D'où l'on ne peut s'empêcher de remarquer l'aveuglement des Payens, qui destitués de la veritable lumiere se confient en une vile créature plûtôt qu'au Créateur que même ils ne connoissent pas.

Pour revenir à la description de nôtre serpent, sa peau est couverte d'écailles rhomboïdes d'un cendré gris & d'un jaune foncé, entrelassées à la maniere des filets, & comme parsemées de taches noirâtres de diverses grandeurs. Sa tête est allongée, sa langue assez grande & fenduë, ses dents petites & pointuës; le milieu de la tête est couverte d'une bande d'un roux tanné, qui ensuite se distribue en chainons par tout le dessus du corps, formant çà & là comme des Isles de differente grandeur & figure, assez semblables à celles qui sont marquées dans les Cartes Hydrographiques; Sa queuë est obtuse, & tachetée fort agreablement. Pour la faire voir plus distinctement, nous l'avons representée entourant une branche de l'arbre qui donne ce bois qu'on appelle le Bois-Saint; car ces serpens aiment beaucoup à s'attacher à cet arbre, à cause que son écorce unie leur permet de s'y entortiller & de s'en détortiller aisément.

N°. 2. *Branche de l'Arbre Gayac, ou Bois-Saint.*

Nous avons reçu de St. Dominique cette branche de Gayac garnie de feuilles, de fleurs, & de fruit. Ses feuilles sont approchantes des plus petites feuilles du Prunier, d'un verd-gai, épaisses, onctueuses, polies, à côtes fortes & pâles. Elles poussent de leurs aisselles cinq pedoncles & davantage, longs comme dans le Cerisier, ornés de fleurs à cinq feuilles blanchâtres, au milieu desquelles est le pistile entouré de plusieurs étamines à pointes bleuës, ce qui fait un ornement singulier. Quand les feuilles de cette fleur sont tombées, il leur succede un fruit menu, à trois coins, ainsi que le montre la figure, contenant dans chaque loge un noiau seminal de couleur d'orange. On ne trouve quelquefois qu'une ou deux semences polies, d'un roux éclatant, & d'une figure ressemblante à celle de l'Anis étoilé, ou à l'Anis de la Chine. Le bois de cet arbre si connu partout, ne sert pas seulement en Medecine, mais encore dans la construction des vaisseaux pour des poulies & des pompes, à quoi il est fort propre, & meriteroit mieux par ces raisons d'être nommé le Bois très-utile que le Bois-Saint comme on l'appelle d'ordinaire.

N°. 3. *Ala-*

Num. 3. *Alcedo Americana, ſeu Apiaſtra.*

Sunt, qui hanc avium ſpeciem inter Picos referunt; licet, quâ hi gaudent caudâ, illæ careant. Majores etiam ſunt Pici, & alio colorum apparatu picti. Apibus ſeſe ſuſtentat Alcedinum familia. Quæ verò hîc ſiſtitur, longo donata roſtro, albicante, in acumen deſinente, caput, & collum, ſpadicea, ex purpureo reſplendentia, gerit. Pectus & ventrem diluta tingit flavedo. Pennæ remiges ex cinereo griſeæ ſunt; veſtitrices verò, & dorſales, amœniſſimè cæruleæ, ad latera ex purpureo variegantur.

Num. 4. *Avis* Chiltototl *Americana, Paſſeris ſpecies.*

Roſtrum ejus breve eſt, inſtar Paſſerini, ſed luteum. Caput, dorſum, & cauda, ſaturatè rubent. Collum verò, pectus, venter, & alæ, flava maximam partem, variis ſimul aliis coloribus diſtinguuntur; amœno potiſſimum virore, quæ alas veſtiunt, pennæ minores.

Num. 5. *Armodillus ſquamatus, major; ſeu Diabolus Tajovanicus Siamenſium, ex inſulâ Formoſa.*

Juniorem adhuc eſſe docet & parvitas ejus, & ſquamarum flavedo, tenuitas, atque mollities. Squamæ haud ſecus, ac in piſce Carpione, arctè admodum & concinnè ſibi mutuo adaptatæ ſunt, & emergentibus inter ſingulas pilis diſtinctæ. Caput oblongum tenui conſpicuum eſt ore, quod longè exſertam monſtrat linguam, illi ſimilem, quâ genus gaudet Myrmecophagorum. Atqui & Formicis veſcitur hic Armodillus, & magnis unguibus terram effodiens ſuam inde eſcam quærit. Oculi ejus lucidi ſunt: auriculæ minutæ, planæ. Os, oculi, aures, maxillæ, & prona corporis facies, pelle glabra, & mollicula, veſtiuntur. Novit autem adeò ſeſe complicare animal, nihil ut ejus in conſpectum veniat, præter ſquamas exteriores; quæ quum & dentem eludant, & unguem, injurias ita ab aliis feris ipſi inferendas avertunt. Lingua ejus tam longa eſt, ut ultra ſemicubitalem longitudinem ab eo queat evibrari, laxiore quaſi è vaginâ prodiens, rurſumque retractilis pro animalis lubitu. In ſequentibus majores Armodillorum ſpecies, æri inciſas, deſcribemus.

Num. 6. *Tatu juvenis; ſeu Armodillus, minor, Americanus.*

Tab. XXIX de eo iam locuti ſumus. Cicadis veſcitur, dum junior eſt.

Num. 7. *Serpens Amphisbœna, Orientalis.*

Inter bicipites refertur ſerpentula hæc, elegantiſſimè picta, ob æqualem utriusque extremi craſſitiem. Interim cœcus ſit oportet, qui caudam ore, oculis, & linguâ, carere haud videat. Amphisbœnarum variæ in omni terrâ dantur ſpecies, quarum & plurimas poſſidemus, exhibendas in Tomo hujus Operis ſecundo, qui de Serpentibus aget, & Amphisbœnarum ſpecies omnes, variasque dotes, quam exactiſſimè ſiſtet. Iſthanc huc extra ordinem collocavimus ſerpentem, ut conſtaret, *Diabolum* ita dictum *Tajovanicum*

N°. 3. *Alcyon d'Amerique; ou l'oiſeau qui ſe nourrit d'Abeilles.*

Il y a des Auteurs qui mettent cette eſpece d'oiſeau au rang des Pics. Cependant les Pics ont une queuë & les Alcyons n'en ont point; d'ailleurs les Pics ſont plus grands & d'une couleur differente. Les Alcyons vivent d'Abeilles. Celui qui eſt ici dépeint, a le bec long, blanchâtre, & pointu; la tête & le col d'un roux mêlé de pourpre; la poitrine & le ventre ſont d'un jaune-pâle, les grandes plumes de la queuë d'un cendré-gris; les autres plumes du corps & celles du col ſont d'un bleu charmant, varié de pourpre dans les côtés.

N°. 4. *Oiſeau d'Amerique nommé* Chiltototl, *eſpece de Moineau.*

Son bec eſt petit, tel que celui du moineau, mais il eſt jaune; ſa tête, ſon dos, & ſa queuë ſont d'un rouge obſcur. Il a la plus grande partie du col, de la poitrine, du ventre, & des aîles jaune, comme auſſi de diverſes autres couleurs. Les petites plumes des aîles jettent principalement un beau verd.

N°. 5. *Grand Armodillo, couvert d'écailles, de l'Isle Formoſa; ou le Diable de Tajova, ainſi nommé des Siamois.*

La petiteſſe de celui qui eſt ici depeint, la couleur jaune de ſes écailles, leur peu d'épaiſſeur & de conſiſtence, montrent que c'eſt un jeune. Les écailles ſont comme dans le Carpillon étroitement & proprement unies enſemble, parſemées de poils qui pouſſent entre chaque écaille. Sa tête eſt oblongue, ſon muſeau petit, & ſa langue grande, aprochante de celle de l'animal appelé Mangeur de Fourmis. Auſſi cet Armodillo s'en nourrit-il, & pour chercher ſa ſubſiſtance il creuſe la terre avec ſes griſes. Il a les yeux brillans, les oreilles petites & aplaties; les yeux, le muſeau, les oreilles, les machoires, & le deſſous du corps ſont couverts d'une peau aſſez molle & denuée de poils. Cet animal ſait ſi bien ſe ramaſſer qu'il ne fait paroitre que ces écailles exterieures, & par ce moyen ne donnant aucune priſe à la dent & à la griffe des autres bêtes féroces, il évite d'en être maltraité. La langue de cet Armodillo eſt ſi longue qu'il peut la tirer d'une demi coudée: il la ſort comme d'une gaine ample, & il la retire quand il veut. Nous repréſenterons & nous décrirons dans la ſuite de plus grandes eſpeces d'Armodillo.

N°. 6. *Jeune Tatu; ou petit Armodillo d'Amerique.*

Nous en avons parlé dans la deſcription de la Planche XXIX. Il ſuffit de remarquer ici, que cet animal vit de Cigales pendant qu'il eſt jeune.

N°. 7. *Serpent à deux têtes, Oriental.*

Ce ſerpent à cauſe de l'égale groſſeur de ces deux extremités eſt mis au nombre des ſerpens à deux têtes; cependant il faut être aveugle pour ne pas voir que ſa queuë n'a ni bouche, ni yeux, ni langue. Il y a par tout diverſes eſpeces de ces animaux: nous en poſſedons pluſieurs dont nous parlerons dans le ſecond Tome de cet ouvrage qui traitera des Serpens, & où nous expoſerons avec la derniere exactitude toutes les eſpeces de ſerpens à deux têtes, & leurs diverſes qualités. Nous n'avons mis celui-ci hors de ſa place que pour faire voir, que l'animal nommé *Diable de Tajova*, fait

nicum Serpentibus etiam & Lacertis inhiare, adeoque hunc in finem creata esse animantium varia genera, sibi ut mutuo in escam cederent. Pictura ejus ex albo & rubro compositas quasi catenas, & annulos, refert: id verò, quod rubrum est, punctis nigricantibus, ex arte digestis, variegatur.

Num. 8. *Serpens, minor, Orientalis, caudâ acuminatâ.*

Suprà fusci est coloris, flavi subtùs, totamque, à capite ad caudæ usque exortum, puncta nigra, per series ordinata, distinguunt. Cauda acutissimè terminata, acûs instar riget.

Num. 9. *Lacertus, Americanus, lemniscatus.*

Dorsum ejus versicolores ornant tæniæ; dum caudam annuli ambiunt, squamæque insignes, albæ, tegunt caput. Cæterùm totus colore dilutè cæruleo perfundatus est.

Num. 10. *Locusta Americana.*

Singularis hæc Locustæ species cucullum quasi monachorum, coloris flavi, ad cervicem gerit. Saturatissimus rubor, ex albo elaboratus, cætera pingit. Caput, Caballini æmulum, bina fert cornicula. Seni sunt pedes. Junioribus Armodillis, aliisque Animantibus in prædam cedunt Locustæ.

TABULA QUINQUAGESIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Armodillus, squamatus, major, Ceilanicus, seu Diabolus Tajovanicus dictus.*

Brasiliensibus *Tatoe* audit hoc animal, Hispanis *Armodillo*, Javanensibus, & aliis populis Orientalibus, *Panggoeling*, quæ vox *Convolutorem* notat; siquidem Armodillus, hominem, aut feras alias, observans, in globosam quasi pilam sese mox contrahat, capite, & caudâ, tantoperè ventrem versus adductis, ut conspici eorum queat nihil. Quin & sic conglobatus, inque dorsum reclinatus, dormire dicitur. Ex insulâ Ceilonensi isthunc, liquori Arak immersum, accepimus. Prona ejus superficies omnis, tum & os, & oculi, cum auribus, albâ, mollique, vestiuntur pelle, tam squamis, quàm pilis, nudâ: superna autem corporis pars, à capite usque ad extremum caudæ acuminatum, spadiceis tegitur squamis, duris, osseis, cornu, vel tegmen Testudinis referentibus. Inter majora Animalia, quæ exsiccata in nostro Musæo asservamus, *Armodilli* sunt, ultra sex pedes longi, crassissimis, valdeque magnis, & latis, muniti squamis, quas sclopeti ictu ne læseris quidem, utpote, ferri instar, globum sclopetarem repellentes. Inde est, quod *Diabolus Tajovanicus* adpelletur hoc animal; quum ab aliis feris, ob squamarum duritiem, lædi nequeat. Juniorum squamæ flavæ sunt, adultiorum spadiceæ, tandemque in senio magis magisque saturantur. Singulas inter squamas, pulchro ordine digestas, aliquot eminent pili, longi, setacei, per totam corporis supinam faciem, capite, & caudâ, exceptis. Caput in angustum convergit & tenue os, cui

fait aussi la guerre aux serpens & aux lézards, de sorte qu'il paroit que divers genres d'animaux sont créez pour se manger les uns les autres. Sa peau variée de blanc & de rouge, semble former comme des chaines, ou des anneaux entrelassés, mais ce qui est rouge, est marqueté de points noirâtres disposés avec art.

N°. 8. *Petit Serpent Oriental, dont la queuë est terminée en pointe.*

Il est roux par dessus, & jaune par dessous, tacheté depuis la tête jusqu'à l'origine de la queuë de points noirs rangés par ordre. Sa queuë finit en une pointe aussi piquante qu'une aiguille.

N°. 9. *Lézard d'Amerique, qui paroit comme couvert de Rubans.*

Son dos est effectivement orné de bandelettes de diverses couleurs, sa queuë est entourée d'anneaux, & sa tête garnie de grandes écailles; du reste il est tout bleuâtre par le corps.

N°. 10. *Sauterelle d'Amerique.*

Cette espece particuliere de Sauterelle porte sur la tête comme un Capuchon de Moine de couleur jaune. Le reste du corps est d'un rouge très-foncé, mêlé de blanc. Sa tête pousse deux cornes, & ne ressemble pas mal d'ailleurs à la tête du Cheval: ces sortes de Sauterelles ont six pieds, & servent de pâture aux Armodillos, & à d'autres animaux.

PLANCHE CINQUANTE-QUATRIEME.

N°. 1. *Armodillo de Ceylon, grand, couvert d'écailles; ou l'animal nommé Diable de Tajova.*

Cette bête est appellée par les Brasiliens *Tatoe*, par les Espagnols *Armodillo*, par les habitans de Java & les autres peuples Orientaux *Panggoeling*, c'est-à-dire l'animal qui se ramasse. En effet quand l'Armodillo voit un homme ou quelque bête feroce, il fait d'abord de son corps un pelotton, & retire si bien sa tête & sa queuë vers le ventre, qu'on n'en sauroit rien apercevoir; l'on dit même qu'il dort couché sur le dos après s'être ainsi arrondi: nous avons reçu celui-ci de Ceylan, conservé dans de l'Arak. Le dessous de son corps, son museau, ses yeux, & ses oreilles sont couverts d'une peau blanche, molle, denuée d'écailles & de poils, mais le dessus du corps depuis la tête jusqu'à l'extremité pointue de sa queuë, est garnie d'écailles bay-rouges, dures, osseuses, approchantes de celle de la Tortuë.

Parmi les grands Animaux que nous conservons secs dans notre Cabinet, il y a des Armodillos longs de plus de six pieds, & qui sont munis d'écailles si grandes, si larges, & si fortes, que le fusil ne peut les endommager, repoussans une bâle de mousquet également comme le fer. Voila pourquoi on nomme cet animal *Diable* de *Tajova*, parce qu'il ne peut être blessé des autres bêtes feroces à cause de la dureté de ses écailles, qui au reste sont jaunes dans les jeunes Armodillos, chatains dans ceux qui sont plus âgez, & cette derniere couleur se fonce de plus en plus à mesure que ces animaux vieillissent. Entre chacune de ces écailles qui sont disposées avec un bel ordre, poussent de longs poils soyeux, sur tout le dessus du corps, excepté sur la tête & la queuë: sa tête va






TAB. LIIII.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 1.
Fig. 4.






TAB. LV.
Fig. 1.
Fig. 3.
Fig. 3.
Fig. 2.
Fig. 4.
Fig. 5.

cui longa plerumque inhæret lingua, qualis Myrmecophagorum: de hâc vero prægressâ iam Tabulâ egimus; dum junioris, linguam longissimè exserentis, dedimus icona. *Tatoe* hinc & vocatur à Brasiliensibus. Hujus antici, & postici, pedes, curti, crassi, tuberosi, in quinque finduntur digitos, quorum tres, in medio siti, longiores, bini verò laterales minores sunt. Incurvi, validique, digitos muniunt ungues; quibus terram subito effodit *Tatoe*, sub quâ suos formant nidos Formicæ, hasque tunc exsertâ linguâ attrahens de necessario sibi pabulo ita prospicit. D. Valentyn & hocce Animal in *Tom. III Historiæ Amboin. pag.* 278, descripsit, quo relegamus eos, qui curiosiores plura de eo singularia rescire desiderant.

Num. 2. *Vipera, Africana, convoluta.*

Ex insulâ Maderâ, in mari Atlantico sitâ, hanc accepimus translatam, quæ pilorum fasciculo involuta eo in situ hîc exhibetur, quo gaudent Viperæ, dum sub calentibus solis radiis sese foventes molliter, somnolentæ apricantur capitibus exsertis. Utplurimum caput Viperis est planum & latum, maxillis à postica parte latè divaricatis. Hujus supinum corpus, coloris plumbei, rhomboideis squamis, ex flavo, in modum catenæ, variegatis, vestitur. Squamæ ventris, cinereo flavæ, rarâ nigredine hinc inde, marmoris instar, obumbrantur.

Num. 3. *Serpens, Africana, ex insulâ Maderâ, cursu velocissima, ruffula.*

Longiorem hanc Serpentem cursu adeo esse celerem referunt, Homo ut ipsam assequi nequeat ob enormes saltus, & velocissimas volutiones, quibus se promovet. Avem illa, glirem, aut murem, ubi vel conspexerit, iam simul & captos quasi tenet. Squamæ oblongo-rhomboideæ homogeneo colore ruffo pinguntur: at caput insigne, & ventris squamæ, dilutioris paulò coloris sunt.

Num. 4. *Serpens, Africana,* Petola *dicta.*

Guineensis hæc congeneres tamen sibi in utrisque agnoscit Indiis: siquidem variæ earum reperiantur species, & peculiares sibi ora quælibet proferat, tam habitu, quàm picturâ, discrepantes. Isthæc obscurè fuscis tegitur squamis rhomboideis, quas circa collum, & caudam, annuli cinereo-lutei, per reliquum verò corpus latæ maculæ distinguunt. Caput minusculum est, & cauda acuminata. In altero hujus Operis Tomo, ubi Serpentologia, ut ante dictum est, exhibebitur, hanc quoque familiam, ejusque dotes proprias, prolixius describemus.

TABULA QUINQUAGESIMA ET QUINTA.

Num. 1. *Vespertilio, Cato similis, Americanus; mas.*

Capite est globoso, Felino; ore patulo, Leporini æmulo; mento pendulo; dentibus acutis; rotundis naribus; auriculis grandibus; pilo dilutè ruffulo. Ex Americâ nobis transmissus marem se monstrat, & quoad capitis, corporisque, formam catum juniorem refert: antici tamen pedes, quos alæ prætexunt, longio-

va en étrecissant, son museau est mince, mais sa langue est pour l'ordinaire longue comme celle des Mangeurs de Fourmis. C'est ce que nous avons déja remarqué dans la Planche précedente, où nous avons donné la figure d'un jeune Armodillo qui tire la langue très-avant, & c'est de-là que lui vient le nom de *Tatoe* chez les Brasiliens. Ses pieds de devant & de derriere sont gros, courts, relevés en bosse, fendus en cinq doigts dont les trois du milieu sont les plus grands, & les deux de chaque côté les plus courts. Ils sont armés d'ongles forts & crochus, au moyen desquels le Tatoe creuse bientôt la terre où sont des nids de fourmis; alors il avance sa langue, les attire dessus, & s'en nourrit. Mr. Valentin a décrit l'Armodillo au Tome III de son Histoire d'Amboine page 278. Nous y renvoyons les Curieux qui souhaiteront d'aprendre diverses autres particularités sur cet animal.

N°. 2. *Vipere d'Afrique, entortillée.*

Nous l'avons reçue de l'Isle Madere, qui est située dans la Mer Atlantique. Elle est ici représentée entortillée d'un faisceau de poils, dans cette situation que tiennent les viperes, lorsque se choiant mollement, elles s'assoupissent exposées la tête étenduë à la chaleur des rayons du Soleil. La tête de ces viperes, est ordinairement large & plate, les machoires fort écartées en arriere. Le dessus du corps est de couleur de plomb, revétu d'écailles Rhomboïdes tachetées de jaune, & faites en chainons. Les écailles du ventre sont d'un cendré tirant sur le jaune, ombrées par-ci, par-là, de noir à la façon du marbre.

N°. 3. *Couleuvre d'Afrique, de l'Isle Madere, roussâtre, & rampante extraordinairement vite.*

On raporte que cette grande Couleuvre se meut avec tant de vitesse par des sauts & des convolutions si promtes, qu'un homme ne sauroit la suivre. Dès-qu'elle voit un oiseau, un loir, un rat, c'est tout autant de pris. Sa tête est très-grosse. Les écailles sont Rhomboïdes-oblongues d'une couleur rousse homogene. Les écailles du ventre sont d'un roux plus clair.

N°. 4. *Couleuvre d'Afrique, nommée* Petola.

Celle-ci est de Guinée, mais les deux Indes en fournissent de la même espece, & chaque païs en montre des especes particulieres tant de forme que de couleur. Cette couleuvre-ci est couverte d'écailles Rhomboïdes d'un brun-foncé; des anneaux cendrés-jaunes entourent le col & la queuë, & le reste du corps est tacheté de taches larges. Elle a la tête petite, & la queuë pointuë: mais nous reservons à un autre Tome de cet Ouvrage, comme nous l'avons dit, de parler plus au long des divers serpens, & de tout ce qui les concerne en particulier.

PLANCHE CINQUANTE-CINQUIEME.

N°. 1. *Chauve-Souris d'Amerique, Mâle, semblable à un petit Chat.*

Elle a la tête ronde, comme celle du Chat, la bouche large ressemblante au museau du Lievre, le menton pendant, les dents pointuës, les narines rondes, les oreilles grandes, le poil rouxclair. On nous l'a envoyé d'Amérique; c'est un mâle qui a la tête & le corps de la figure d'un jeune chat. Ses pieds de devant que couvrent ses aîles sont assez longs, & ont chacun un pouce, & trois

longiores sunt, ut latè extendendis sufficiant alis; & in tres singuli digitos, unumque pollicem, abeunt. Digiti extensis tribus articulis constant, alis qui pariter inserviunt. Pollex in curvum desinit, acutumque, unguem, quo animal firmiter ad corpora sese figere potest. Cauda cum alis concrevit, ut & hujus ope volatus facilitaretur. Notari verò meretur, quod pedes postici bifidi sint, ossibus nimirum Tibiæ & Fibulæ, ab articulo femoris ad Talum usque, perfectè à se mutuo distantibus, absque corpore intermedio; sic, ut quodlibet horum ossium peculiari suo tegumento, piloso, investiatur. In quinque dispescuntur digitos pedes postici, acutis, incurvisque, unguibus armatos.

Num. 2. *Vespertilio, Americanus, vulgaris.*

Cum nostratibus quoad formam ferè convenit, nisi, quod majores, atque longiores, gerat auriculas, & è naso erectam, cassidi ferè similem, cristulam. Caudâ caret. Pedes postici graciles sunt, nec bisecti. Pilus murini est coloris.

Num. 3. *Vespertilionis, Surinamensis, pullus.*

Instar Glirium & Murium suos pariunt fœtus Vespertiliones. Nostratium, utpote satis cognitorum, nullas exhibemus figuras.

Num. 4. *Avis, Americana, de* Acolehichi, *nigro-lutea.*

Nigro è capite rostrum porrigitur longum, coloris lutei. Alæ pariter, harumque pennæ, & cauda, nigricant. Supina corporis & prona facies eleganti nitet flavedine. Nigricantibus alis nonnullæ imminent coloris aurei plumulæ, in singulare animalculi ornamentum. Hispanis *Tordos* adpellatur, quæ vox *Sturnum* denotat.

Num. 5. *Anguis, Americanus, elegans, Leucophæus.*

Squamulas cinereo-griseas nigra lineola, supra dorsum decurrens, distinguit. Caput dilutioris aliquantum coloris est, &, marmoris instar, pulcherrimè variegatum.

TABULA QUINQUAGESIMA ET SEXTA.

Num. 1. *Glis, volans, Ternatanus.*

Duplicatæ auriculæ, prægrandes, nasusque pariter geminus, extuberans, foliacei quid referens, paradoxam admodum reddunt hujus Animalis faciem. Id mihi ex insulâ Ternatanâ per amicum quendam, meo intercessu ad Indias Orientales promotum, ibique auspicatò Bataviâ Ternatam appulsum, in grati animi tesseram transmissum est, unà cum plurimis, admodum mirabilibus, animalculis, ibi loci nascentibus, quorum è numero sunt quatuor isthæc, ordine deinceps exponenda. Quod primâ hâc figurâ sistimus, capite & corpore Glirem refert. Frons ejus dilutissimè russa est; subrussuli verò pili sunt totum corpus

& trois doigts composés de trois articulations qui servent de secours aux aîles. Le pouce est muni d'un ongle pointu & recourbé, au moyen duquel cet animal se crampone. Sa queuë est accruë aux aîles, ce qui facilite son vol. Les pieds de derriere sont fendus en deux, car les deux os exterieur & interieur, dont l'articulation commence à la cuisse & va jusqu'au talon, s'éloignent l'un de l'autre sans qu'il y ait rien entre eux, & chacun de ses deux os est couvert d'un poil différent. Les pieds de derriere ont cinq doigts armés d'ongles aigus & crochus.

N°. 2. *Chauve-souris commune d'Amerique.*

Elle ressemble beaucoup de figure à nos Chauve-souris, excepté seulement que ses oreilles sont plus amples & plus longues, & qu'elle porte une petite crête sur le nez assez semblable à un casque. Elle n'a point de queuë; ses pieds de derriere sont deliés, mais ils ne sont pas fendus. Son poil est d'un gris de souris.

N°. 3. *Le petit d'une Chauve-souris de Surinam.*

Les Chauve-souris font leurs petits à la maniere des Loirs & des Rats. Celles de notre païs sont trop connuës pour en donner la figure.

N°. 4. *Oiseau d'Amerique, nommé* Acolehichi, *noir & jaune.*

Il a la tête noire, les aîles, les plumes des aîles, & la queuë noirâtre. Son bec est long & jaune, de même que le dessus & le dessous du corps. Le noir des aîles est varié de petites plumes dorées qui font un bel ornement dans cet oiseau: les Espagnols le nomment *Tordos*, ce qui signifie en François un *Etourneau*.

N°. 5. *Serpent d'Amerique, gris.*

Ses écailles sont d'un cendré-gris, & distinguées par une ligne noire qui parcourt le dessus du dos: sa tête est d'une couleur un peu plus claire, & magnifiquement variée de diverses couleurs en façon de marbre.

PLANCHE CINQUANTE-SIXIEME.

N°. 1. *Loir qui vole, de l'Isle Ternate.*

De grandes oreilles redoublées, un nez double, aquilin, & paroissant comme exfolié, rendent la face de cet animal fort étrange. Un ami qui à mon intercession est allé aux Indes Orientales, & ensuite de Batavia à Ternate, m'a envoyé par reconnoissance cet animal-ci avec divers autres petits animaux tout-à-fait singuliers qu'on trouve dans cet endroit-là, & du nombre desquels sont les quatre suivans que je vai décrire; celui de cette premiere figure a la tête & le corps du Loir. Son front est d'un roux très-clair; son poil tire sur le roussâtre. Ses aîles mem-


TAB. LVI.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.








Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.



corpus vestientes. Alæ membranaceæ filamentis plurimis, venularum æmulis, sese mutuò decussantibus, marmoris in modum variegantur. Alarum superficies, ventrem spectans, glabra & nuda est; aversa verò nonnullis pilis hispida.

Num. 2. *Vespertilio, Ternatana; fœmina.*

Ruffis hæc pilis induta fœmellam sese binis uberibus suis monstrat. Quandoquidem verò binos saltem uno partu excludat pullos, atque nutriat Vespertilio; suo hinc quilibet pullorum semper gaudet ubere. Auriculis Murem refert; at os ejus murino grandius est, & quasi fimbriatum. Abeunt & antici pedes in quatuor digitos, admodum protractos, qui alas tendunt: illis præterea unus utrinque adstat unguis, quo se ad corpora appendit Animal. Caudæ mediocris est magnitudo.

Num. 3. *Vespertilio, Ternatanus; mas.*

Prioris hic masculus ejusdem & coloris, & habitûs est. Arboris ramo insidentem, & ungue suo adfixum, repræsentamus. Raro videas in solo considere Vespertiliones, utpote ob longitudinem alarum haud adeò facile in altum rursus emergere potentes. Unde plerumque locis adhærescunt sublimioribus, tantò ut in volatum sint paratiores.

Num. 4. *Serpens, Ternatana, eximiè maculata, & oculata.*

Rhomboideas ejus squamas, in fundo subruffas, insignes variegant per dorsum maculæ, luteæ, limbo rubente succinctæ. Ad latera verò ventris, utrinque, juxta ejus longitudinem, inter binas quaslibet maculas majores, ordinatâ serie digestæ conspiciuntur maculæ minores, rotundæ, oculorum similes, luteæ, & rubro annulo inclusæ, inque medio pupillam quasi saturatè rubram exhibentes. Sub his tandem & alia macularum, obscurè rubrarum, series sita est. Ventris squamæ pariter subruffæ sunt.

TABULA QUINQUAGESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. *Canis volans, Ternatana, Orientalis; fœmina.*

Canem hoc Animal vocandum esse negat nemo, qui formam capitis, canini æmulam, non murini, viderit. In remotissimis illis Indiæ utriusque oris hominum quasi in tædia & afflictiones grassantur hæ bestiæ; licet vel sic tamen & id agant, quod agere jussa sunt. Pedibus gaudent longissimis, præcipuè anticis, quorum protracti in longum quatuor digiti latè expansis alis inserviunt. Quintus digitus, pollicem referens, acuto incurvoque ungue præditus, ab alis liber & semotus distat, adfixo alicubi Animali retinendo aptus natus. Abeunt & postici pedes in quinos digitos, acutissimis & incurvatis munitos unguibus. Cauda deest huic speciei. Nec nisi binos uno partu excludunt fœmellæ catulos, & avidissimè in coitum, suique generis multiplicationem, feruntur, instar Cuniculorum: id, quod transmissa simul ex supradictis regionibus descriptio refert. Ubera insuper gerunt insignia, globosa, papillis donata, mammis lactantis mulieris haud absimilia.

Num. 2.

membraneuses, & qui semblent composées de divers filamens veineux, & qui se croisent, sont comme marbrées. La superficie des aîles du côté qui regarde le ventre est nuë, & de l'autre côté garnie seulement de quelques poils.

N°. 2. *Chauve-souris, femelle, de Ternate.*

Les deux tettes qu'elle a montrent que c'est une femelle; or comme la Chauve-souris fait seulement deux petits à la fois qu'elle nourrit, chacun d'eux a sa tette. Son poil est roux; ses oreilles ressemblent à celles du Rat, mais ses machoires sont plus grandes, & comme crenelées. Ses pieds de devant sont composés de quatre doigts qu'elle prolonge pour étendre ses aîles. Il y a un ongle de chaque côté qui lui sert à se cramponer. Sa queuë est d'une médiocre grandeur.

N°. 3. *Chauve-souris, Mâle, de Ternate.*

Cette Chauve-souris, mâle de la precedente, en a toute la figure & la couleur. Nous la represéntons cramponée par l'ongle à une branche d'arbre. On voit rarement les Chauve-souris à terre, parceque la longueur de leurs aîles ne leur permet gueres de s'élever avec facilité de bas en haut; aussi les trouve-t-on le plus souvent accrochées aux endroits élevés afin de pouvoir mieux voler.

N°. 4. *Serpent de Ternate, magnifiquement tacheté, & qui semble comme couvert d'yeux.*

Ses écailles sont Rhomboïdes, de couleur roussâtre, variées sur le dos par de grandes taches jaunes, & bordées de rouge. De chaque côté du ventre sur sa longueur, entre deux des grandes taches, l'on voit d'autres taches plus petites, jaunes, rondes, rangées avec ordre, assez semblables à des yeux, bordées tout autour d'un anneau rouge, & ayant au milieu comme une prunelle d'un rouge-foncé. Il y a encore sous ses taches un autre rang de taches d'un rouge-brun. Les écailles du ventre tirent sur le roux.

PLANCHE CINQUANTE-SEPTIEME.

N°. 1. *Chienne Orientale, de Ternate, qui vole.*

Quiconque aura vu que cet animal n'a point la tête d'un Rat, mais bien celle d'un Chien, ne fera pas difficulté de l'appeller de ce dernier nom. Il ne laisse pas de causer de la peine aux hommes dans les endroits les plus éloignés des deux Indes, quoiqu'il soit assez obéissant. Ses pieds sont fort longs, surtout ceux de devant, qui ont quatre grands doigts servans à étendre les aîles; leur cinquieme doigt semblable à un pouce, libre & separé des autres, est muni d'un ongle aigu & crochu, au moyen duquel il se crampone où il veut. Les pieds de derriere sont fendus en cinq doigts armés d'ongles recourbés & très-pointus. Cette espece-ci n'a point de queuë, & la femelle ne met bas à la fois que deux petits. Ces sortes d'animaux se portent au coït ainsi que les Lapins avec beaucoup d'avidité, au moins à ce que marque la Description de ce Païs-là qu'on m'a envoyé en même tems. Leurs tettes sont grandes, rondes, ayant des mammellons assez approchans de ceux des nourrisses.

N°. 2. Chien

Num. 2. *Canis volans; mas.*

Prioris huncce masculum à dorso conspicuum sistimus, ut pili corporis supini, ex russo lutei, visui pateant. Supina corporis facies coloris utplurimum magis spadicei est & obscurioris, quàm prona. Alæ, vix pilis obsitæ, nisi quâ pedibus accreverê, dorsi quasi cuti continuatæ sunt. Neque, præter iam dicta de præcedente, ulterius hîc quidquam commemorandum restat.

Num. 3. *Avis germinis* Maizy de Miacatototl, *Brasiliensis.*

Pennis universum corpus nigricantibus, alæque saturatè cæruleis, pulcherrimis, ornantur. Caput totum, sanguinei ruboris, collari succingitur aureo, collum & guttur ambiente. Rostrum, & pedes, dilutè flavent.

Num. 4. *Avicula,* de Pipizton *dicta.*

Elegantissima hæc avicula colore saturatè rubicundo suffusum corpus exhibet; dum dives purpura caput, pennasque plumatiles, longiores, ornat, intermisto simul scintillantis quasi tono auri, vividissimo. Rostrum, pedesque, saturatè rubent; rostrique lamina superior tenuem in apicem curvatur. Cæterùm exactè adeò animalculum hocce aviculam *Coltotl* refert, ut à se mutuò vix discerni queant: quin & ejusdem ambo sunt speciei. Vid. *Fr. Hernandes Hist. Avium Novæ Hispaniæ.*

Num. 5. *Serpens* Bali-Salan-Boekit, *Ternatana.*

Hæc est montana illa Serpens, de qua D. Fr. Valentinus in *Histor. Animal. Amboin. Tom. III, pag.* 290, talia enarrat, quorum Amicus meus Ternatanus nullam mihi mentionem fecit. Neque & hancce in Serpentem quadrat data ab Ipso descriptio: siquidem minimum illi, inter omnes Serpentes, esse caput perhibeat, eamque erectam sese opponere Hominibus & feris, lædendi mordendique gratiâ; vulnera verò, ipsius à morsu inflicta, lethalia esse; imò vel solo caudæ attactu venenum ab ipsâ communicari. Nobis contra videtur, Serpentis hujusce caput, ratione magnitudinis reliqui corporis, sat grande esse. Rhomboideas dorsi squamas cineritia tingit flavedo; & juxta ventris latera spira decurrit rubicunda colligatorum quasi Coralliorum, quorum singula in medio albam maculam, minutam, ostendunt. Squamæ ventris transversales, dilutâ pariter flavedine ornatæ, utrinque ad latera ventris parvâ quælibet maculâ, rotundâ, insignitæ, gratissimum oculis spectaculum exhibent. Cauda, paulisper obtusa desinens, ob proni corporis squamas subtus, quàm suprà, est elegantior.

TABULA QUINQUAGESIMA ET OCTAVA.

Num. 1. *Canis volans, maxima, aurita; fœmina, ex Novâ Hispaniâ.*

Ex Terrâ Novâ, ubi in locis desertis, exesisque præcipuè arboribus, animantium ista species commoratur, missam accepimus Canem hancce fœmellam, capite elongato, auribusque longis, latè patulis, arrectis-

N°. 2. *Chien qui vole, du même lieu.*

C'est ici le Mâle de la chienne qui précede. Il est représenté du côté du dos, pour faire voir son poil qui est d'un roux-jaune. Le dessus du corps est pour l'ordinaire d'un roux plus foncé que le dessous. Ses aîles sont comme une continuation de la peau du dos; elles sont à peine garnies de quelques poils, excepté à l'endroit où elles s'unissent aux pieds. Je n'ai rien de plus à ajouter à ce que j'ai dit sur cet animal dans l'article précedent.

N°. 3. *Oiseau nommé par les Brasiliens* Maizy de Macatototl.

Son corps est orné de plumes noirâtres, & ses aîles de plumes d'un bleu-turquin. Sa tête qui est d'un rouge de sang, porte un collier d'un jaune doré autour du col & du jabot: le bec & les pieds sont d'un jaune-pâle.

N°. 4. *Petit Oiseau qu'on appelle* de Pipizton.

Le corps de ce bel Oiseau est d'un rouge vermeil, mais la tête & les grandes plumes des aîles sont d'un pourpre riche mêlé de nuances d'un jaune aurore très-éclatant. Le bec & les pieds sont d'un rouge obscur, & la partie superieure du bec se courbe en une fine pointe à l'extremité. Au reste cette petite bête ressemble si fort à l'oiseau *Coltotl*, qu'il est difficile de les distinguer, étant de plus tous deux d'une même espece. Voyez Fr. Hernandes, *Histoire des oiseaux de la Nouvelle Espagne.*

N°. 5. *Serpent de Ternate, nommé* Bali-Salan-Boekit.

C'est ici ce serpent montagnard duquel Fr. Valentin dans son *Histoire des Anim. d'Amb. Tom. III pag.* 290, raporte diverses choses, dont mon ami de Ternate ne m'a jamais fait mention. Aussi la description de cet Auteur ne semble pas convenir à ce serpent. Il dit qu'il a la plus petite tête de tous les serpens, qu'il la tient élevée à dessein de blesser les hommes & les bêtes feroces, que les blessures qu'il fait sont mortelles, & que sa queuë même communique du venin. Cependant il nous paroit au contraire que la tête de ce serpent est assez grande, & qu'elle est proportionnée au reste de son corps. Il est couvert sur le dos d'écailles Rhomboïdes d'un cendré-jaune; de chaque côté du ventre regne une Spirale rouge qui semble comme composée de Coraux, dont chacun laisse voir au milieu une petite tache blanche. Les écailles transversales du ventre sont d'un jaune clair, & des deux côtés du ventre chaque écaille a une petite tache ronde, ce qui est très-joli à l'œil. La queuë est un peu obtuse au bout, & paroit plus belle dessous que dessus, à cause des écailles du dessous du corps.

PLANCHE CINQUANTE HUITIEME.

N°. 1. *Chienne qui vole, de la Nouvelle Espagne, très-grande, & portant de longues oreilles.*

Nous l'avons reçue de Terra Nova, où cette espece d'animaux habite les lieux deserts, & en particulier les vieux arbres rongés par le tems. Elle a la tête oblongue, les oreilles longues, larges, dressées, le museau ample garni de grandes dents, le nez situé






Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.

arrectisque, præditam. Os amplum, magnum, prægrandibus intus armatum dentibus, extremo suo superiori impositum monstrat nasum, extantem, antrorsum inflexum, cornu similem. Alæ, quales præcedente in Tabellâ descriptæ, at majores, & latius expansæ. Tendines, qui diducendis alis inserviunt, magis hîc conspicui, ubi extenduntur, extremas referunt arbusculæ fibras, lanuginosas, aut vascula minima, sub cute Hominis, aut Animalium, distributa: simili enim prorsus apparatu per internam telæ alarum superficiem disseminantur. Et huic fœmellæ ubera sunt papillis prædita, uti priori; & cauda deest. At è postico corporis extremo, inter femora, caudæ ubi plerumque origo est, tres prodeunt funiculi, seu tendines, quorum bini laterales pedi utrinque postico insiguntur, medius verò, caudæ vicem supplens, telam membranaceam, posticos pedes connectentem, diducit, promovendo sic volatui inserviens. Rarissimum hocce Animal in nullis hactenus Zoophilorum museis offendimus.

Num. 2. *Felis volans, Ternatana; fœmina.*

Hæc formâ omnino discrepat à priore: alarum namque tam externa, quàm interna, superficies pilis tegitur molliculis, Talpæ ad instar, ex russo gilvis. Caput sylvestris potius, quàm domesticæ, Felis æmulum, canino quasi rostro gaudet. Auriculæ mediocriter magnæ sunt; oculique grandes, lucidi. Alæ hispidæ alio quoque hic modo, quàm in priore, expanduntur. Pedes quatuor, ad breves usque, & incurvos, ungues, & cauda tota, circum accretæ alarum membranæ insiguntur: unde omnes hîc artus volatui adminiculantur; ne capite quidem excepto, quod porrectis ad collum usque alis, ibique sub mento, lacernæ instar, coëuntibus, annectitur. Fœmellam esse ubera docent magna, globosa. Porrò notatu dignum est, oram membranaceæ alarum expansionis, pilosæ, omni in ambitu veluti fimbriatam, velique hujus internam superficiem & minus hispidam, & ex flavo dilutioris esse coloris, quàm externam. Volatu celerrima quidem, at infera tamen sunt hæc Animalia, nec alta petunt, sed, instar nostratium Vespertilionum, per terræ proximam aëris regionem in orbem circumvolant, donec escam, cui inhiant, repererint.

Num. 3. *Felis volans; mas.*

Masculus hic prioris à tergo sese conspiciendum præbet, exceptisque genitalibus, cætera fœmellæ prorsus similis est. Corpus ejus universum, expansamque alarum telam, breves, crassique, pili vestiunt. Cauda leviter maculata est. Idem Amicus meus, Ternatanus, Felem mihi volantem miserat, infarctam, exsiccatam, vulgaris domesticæ magnitudine, cujus alæ in bicubitalem longitudinem diduci poterant. Eam verò inter alia rariora Thesaurus Imperatoris Russorum, qui Petropoli est, hodiè continet. Inde errorem licet conspicere veterum Scriptorum, qui hocce genus Animantium inter aves retulerê, ut ut ab his diversissimum: quadrupeda enim sunt, nec plumas, nec rostrum, nec quidquam avis æmulum gerunt. Unde peculiarem sibi classem potius requirunt, ab aliis secretam; uti & Sciuri volantes, aliaque id genus animantia, implumia, alata, quorum nonnulla hodiè cognita, plurima tamen adhuc ignota sunt. Quibus de hisce plura rescire volupe est, videant *Gesnerum*, *Aldrovandum*, & *Johnstonum*; utpote qui prolixè eorum dederè historiam: nostrum non est, ab aliis dicta transcribendo, verbis inanibus pagellas onerare.

TABULA

situé au dessus & recourbé en avant semblable à une corne. Ses aîles sont faites comme celles du Chien de la Planche précedente, mais plus grandes & plus larges. Les tendons qui servent à les étendre paroissent mieux ici, ils ressemblent aux fibres cotonneuses d'un arbrisseau, ou aux petits vaisseaux qui sont distribués sous la peau de l'homme, car c'est de la même maniere qu'ils sont répandus par toute la superficie interne du tissu des aîles. Elle porte aussi des tettes garnies de mammelons, & n'a point de queuë. Mais à l'endroit de son origine, il sort de l'extremité du derriere du corps, entre les cuisses, trois tendons, dont les deux lateraux s'inserent de chaque côté dans le pied de derriere, & le tendon du milieu partage le tissu membraneux qui joint ensemble les pieds de derriere, & par-là aide au vol de cet animal. Au reste cette Bête est extremement rare, & jusqu'à present je ne l'ai pu trouver dans aucun Cabinet des amateurs en ce genre.

N°. 2. *Chate de Ternate, qui vole.*

Cet animal-ci differe tout-à-fait du précedent, car ses aîles tant exterieurement qu'interieurement sont couvertes de poils fins, doux, à la maniere des Taupes, d'un roux gris. Il a la tête qui tient plus du Chat sauvage que du domestique, avec un museau de chien. Ses oreilles sont d'une médiocre longueur: ses yeux grands & brillans; ses aîles veluës s'étendent d'une façon differente que dans la Chienne. Ses quatre pieds jusqu'aux ongles courts & recourbés qui les terminent, conjointement avec la queuë sont accrus au tissu membraneux des aîles. Ainsi toutes ses parties l'aident à voler, sans excepter même la tête, qui leur est unie par le moyen des aîles avancées jusqu'au col, & croisant sous le menton en guise de manteau. Ses tettes grandes & rondes montrent que c'est une femelle. Il ne faut pas oublier de remarquer que le tissu membraneux des aîles paroit comme dentelé dans le contour, & que leur surface interieure est moins veluë & d'un jaune moins foncé que l'exterieure.

Elle vole très-vite, mais bas, à peu près comme nos Chauve-souris, allant en rond pour chercher sa subsistance.

N°. 3. *Chat qui vole.*

C'est le mâle de la Chate précedente, qui est represénté pour être vu de côté. Il ressemble entierement à la femelle à l'exception des parties de la generation. Son corps & ses aîles sont garnies de poils courts & épais. Sa queuë est legerement tachetée. Le même ami de Ternate dont j'ai parlé, m'a envoyé une fois un Chat volant fourré en dedans & seché, de la grandeur du Chat domestique ordinaire, & dont les aîles pouvoient s'étendre jusqu'à une demi-coudée. Il est aujourd'hui dans le Cabinet qu'a fait l'Empereur de Russie à Petersbourg. Par tout ce que nous avons dit, il est aisé de voir combien se sont trompé les Anciens Ecrivains qui ont placé ce genre d'animaux parmi les oiseaux dont ils different beaucoup, puisqu'ils ont quatre pieds, point de plumes, point de bec, & rien qui tienne de l'oiseau. D'où il suit qu'on devroit plutôt les ranger dans une classe particuliere, avec les écureuils volans, & autres pareils animaux aîlés & denués de plumes, du nombre desquels quelques uns nous sont connus aujourd'hui, & divers autres nous restent inconnus. Les Curieux peuvent consulter *Gesner*, *Aldrovand*, & *Johnston*, qui se sont fort étendu sur ce sujet, car ce n'est point notre affaire de charger inutilement cet ouvrage des descriptions d'autrui.

TABULA QUINQUAGESIMA ET NONA.

Num. 1. *Avis* Kakatoeha, *Orientalis, ex insulis Moluccis, cristata, candidissima & sulphurea.*

Aves hæ ex insulis Moluccis, tum & ex Ceram, vivæ, Bataviam deferuntur, & inde quandoque in Belgium, rarò tamen adhuc viventes: licet earum nonnullas hîc superstites viderimus. *Candida* hæc vocatur ob niveam albitudinem pennarum majorum, quæ dorsum, alas, thoracem, & caudam ornant. Sub hoc pennarum candore sulphureo-flavus emicat color. Crista tota, è prolixis conflata plumis, saturata prorsus sulphuris flavedine superbit. Dilutior flavedo sitam sub oculis partem, collique superficiem, & huic proximam corporis partem tingit. Frons ferè tota albicat. Rostrum grande, latum, incurvum, penitus nigrum, pigmento quasi cyaneo obductum est. Oculi insignes, lucidi, coloris fusci, flavo ambiuntur circulo. Lingua admodum crassa est, dura, fusca. Crura brevia, crassa. Pedes & ungues, quàm in Psittacis, longiores sunt. In quatuor digitos pes uterque finditur, quorum bini antrorsùm, retrorsùm bini exporriguntur. D. Valentyn in *Historia Avium Amboinensium, pag.* 316, tres tantùm in digitos abire singulos pedes asserit, signo manifestissimo, quartum ab ipso non animadversum esse. Autor hic *Kakatoeharum* tres facit species, *albas* nimirum, *virides*, & *rubras*: albas rursùm in *majores* & *minores* dispescit. Quanquam satis probabile sit, plures hujusce generis dari species: quia tamen, præter hanc, alia hactenus nulla nobis occurrit, huic rei haud immorabimur diutius, dictis duntaxat id adjuncturi, avem hanc indole simili, & aptitudine ad loquendum, à naturâ donatam esse, ac Psittacos, & *Loeris* dictas.

Num. 2. *Avis de* Cocho, *Psittaci species, Mexicana, vario colore.*

Capitis posticam partem, dorsum omne, ventremque, & caudam, saturatè coccinus tingit color. Plumæ, collum vestientes, rubent; dum alas prasina ornat pictura. Pennarum margines emaculati candoris fimbria quasi ambit. Fronti imminet cristula purpurea. Oculi cæruleis circulis succinguntur. Rostrum incurvum, plumæque ingluviem tegentes, amœna nitent flavedine. Pennæ alarum vestitrices purpurâ dilutiore quàm elegantissimè pinguntur. Crura dilutè cærulea sunt; pedesque ex cinereo grisei. Est & hæc avis à natura ita comparata, ut loquelâ informari queat.

Num. 3. *Avis, Mexicana, magnitudine Passeris.*

Totum corpus ejus amœnè cæruleum ex purpureo quasi obumbratur; exceptis alis, quæ minio infectæ, ex nigro variegantur. Caput globosum est. Oculi & ingluvies, supra & infra, pilosis quasi plumulis, nigricantibus, vestiuntur. Sub alis & suprà caudam quæ conspiciuntur plumulæ, ex dilutè cinereo flavescunt. Pedes & unguiculi admodum graciles sunt. Oscines autem inter aves refertur.

Num. 4.

PLANCHE CINQUANTE-NEUVIEME.

N°. 1. *Oiseau Oriental, des Isles Molucques, hupé, d'une grande blancheur, & nommé* Kakatoeha.

On transporte en vie ces oiseaux de *Ceram* & des Isles *Molucques* à Batavia, & de là quelquefois en Hollande, où néanmoins on en voit rarement qui soient encore en vie, il m'est arrivé d'en avoir vu quelques uns. On appelle cet oiseau l'oiseau *Blanc*, à cause de la blancheur de neige des plumes de ses aîles, de son dos, de sa poitrine, & de sa queuë. Sous cette blancheur regne un jaune de la couleur du souphre. Sa hupe est composée de longues plumes du même jaune, lequel devient plus lavé sous les yeux & sur le col. Le front est presque tout blanchâtre. Le bec large, long, crochu, est entierement noir, & comme azuré. Les yeux sont grands, brillans, chatains, bordés de jaune tout autour. La langue est épaisse, dure, & d'un rouge-brun. Les jambes sont grosses & courtes. Les pieds & les ongles sont plus grands que ceux des Perroquets; chaque pied est fendu en quatre doigts dont deux s'avancent en avant, & deux en arriere. M. Valentin dans son *Hist. des Oiseaux d'Amboine, page* 316, dit que chacun des pieds a trois doigts, en quoi il paroit qu'il n'a pas pris garde au quatrieme. Le même Auteur compte trois especes de *Kakatoeha*, des *Blancs*, des *Verds*, & des *Rouges*: il subdivise les Blancs en *Grands* & en *Petits*. Nous ne nions point qu'il est probable qu'il y a en effet plusieurs especes de ce genre d'oiseau, quoique jusqu'à present nous n'ayons pu voir que celle-ci. Je finis cette description en remarquant que le *Kakatoeha* est doué par la nature de la même facilité pour apprendre à parler que les Perroquets, & les oiseaux qu'on nomme *Loeris*.

N°. 2. *Oiseau* de Cocho, *espece de Perroquet, du Mexique, orné de diverses couleurs.*

Le derriere de la tête, tout le dos, le ventre, & la queuë sont d'un rouge écarlate foncé. Les plumes du col sont rouges, & celles des aîles d'un verd de porreau : l'extremité des plumes est ornée tout autour d'une espece de bord extremement blanc: le front porte une petite crête pourpre. Les yeux sont bordés de bleu. Le jabot, de même que le bec qui est crochu, sont d'un beau jaune, & les petites plumes des aîles d'un pourpre-clair, magnifique. Les pieds sont gris-cendrés, & les jambes d'un bleu-mourant. Cet oiseau peut aussi apprendre à parler.

N°. 3. *Oiseau du Mexique, de la grandeur du Moineau.*

Tout son corps est coloré d'un beau bleu varié de pourpre, à l'exception des aîles qui sont peintes partie de vermillon, partie de noir. Il a la tête ronde, les yeux & le jabot garnis dessus & dessous d'un duvet noirâtre. Les petites plumes sous les aîles & sur la queuë sont d'un cendré clair mêlé de jaune. Ses ongles sont petits, & ses pieds fort deliés. On met cet oiseau au nombre des oiseaux de Chant.

N°. 4. *Oiseau*


TAB. LIX.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.






TAB. LX.
Fig. 3.
Fig. 1.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 4.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 2.



Num. 4. *Avis* Picicitli, *Brasiliensis, minima, cristata.*

Purpureus omnem corporis superficiem, alasque, color inficit, non homogeneus tamen ubique, sed hinc inde dilutior. Crista ejus, venustissimè flava, fasciculum ferè plumatilem refert. Rostrum acuminatum, & cauda, rubent. Verbo: visu jucundissimam sese exhibet tota avicula, quacunque demum à parte conspecta.

Num. 5. *Avicula, Americana, Colubritis.*

Avicularum, quas *florisugas* inde vocant, quia è floribus mel exsugunt, hæc minima est species. Rostrum ipsis longum, acuminatum, nigrum, & lingua prolixa, bifida est, quibus ad suctum opus erat. Corpus universum magnitudine haud superat articulum digiti indicis infantis. Ovula sua in nidulos deponunt, quos inter arborum ramos, ex materie mollissima, laneâ, construere nôrunt; inque his pullos suos excludunt. Alæ & cauda maximam totius aviculæ molem conficiunt. Pedes admodum minuti sunt. Plumæ ipsarum virides, aureo tono coruscant. Capitulum quoque minimum quidem, at oculos tamen pro ratâ satis grandes gerit. Pennæ remiges hujus nigricant. Incolæ hanc speciem *Ronckjes* appellant.

TABULA SEXAGESIMA.

Num. 1. *Avis Paradisiaca, Orientalis, nigra.*

Ex insula Papoe, Indiæ Orientalis, avium harumce patriâ, hanc accepimus transmissam: ibi ab incolis, alis & pedibus mutilatæ, extenduntur, præparantur, & siccantur, plumatilis ornamenti, galearum conis insigendi, loco inservituræ. Plumæ, pennæque, molles, splendentes, holoserici instar, nigricant, purpureum tamen lumen, auro quasi intermisto dives, reflectentes. Caudæ pennas ex viridi, cæruleo & rubro mistus ornat color, resplendens pariter, tanquam si nigredinem aurei quid distingueret, & hinc tonum evibrans quasi scintillantem. Ad Aulam Cæsaream Russorum, quæ Petropoli est, ejusmodi aliquando avem transmisimus, quæ isthâc multò & major, & longior erat.

Num. 2. *Avis Paradisiaca, Orientalis, vario colore elegantissima.*

Ex insulis Moluccis hæc adlata, maximam partem rubra, ex viridi, dilutè flavo, cæruleo, nigro, & aureo variegatur. Binæ è cauda porriguntur prolixæ pennæ, in acumen convergentes; binæ verò & alæ adsunt ex viridi, rubro, & aureo versicolores. Pedes rescissi sunt. Rostrum, qua capiti adhæret, amœnè rubrum, & latum est, veluti in Psittacis, sed acutiorem in apicem terminatur.

Num. 3. Est hæc ejusdem cum priore speciei, quantum ad pennas & picturam: at alis caret; tantò tamen longiore est corpore, pennasque è cauda prolixiores emittit. Ex Novâ Guineâ hùc delata, pro masculo habetur.

Num. 4.

N°. 4. *Oiseau du Bresil, très-petit, hupé, & qu'on appelle* Picicitli.

Le corps & les aîles sont d'un pourpre qui est par-ci, par-là, plus ou moins haut. La crête est d'un jaune des plus beaux, & forme comme un petit faisceau de plumes. Son bec pointu, & sa queuë sont rouges: en un mot ce petit oiseau est tout-à-fait joli de quelque côté qu'on le voïe.

N°. 5. *Petit Oiseau d'Amerique.*

Celui-ci est de la plus petite espece des oiseaux qu'on nomme *suce-fleurs*, parce qu'ils succent le miel des fleurs. Leur bec est grand, pointu, noir; la langue longue, fenduë en deux pour mieux succer: le corps entier n'est pas plus grand que le second doigt d'un enfant. Ils font leurs nids entre des branches d'arbre, de quelque chose de très-doux, cotonneux; ensuite ils y posent leurs œufs, & y font éclorre leurs petits. Les aîles & la queuë forment la plus grande partie de cet oiseau. Il a les pieds fort petits, de même que la tête, mais les yeux à proportion sont assez grands. Son plumage est verd, mêlangé d'or. Les grandes plumes de ses aîles tirent sur le noir. Les habitans du lieu nomment cette espece de petit oiseau *Ronkjes*.

PLANCHE SOIXANTIEME.

N°. 1.[x] *Oiseau de Paradis, Oriental, noir.*

Nous l'avons reçu de l'Isle Papoe, dans les Indes Orientales, qui est la patrie de ces oiseaux. Les habitans ce lieu-là, leur coupent les pieds & les aîles, les étendent, les préparent, & les sechent, pour en faire des plumets qu'on met au haut des Casques. Tout son plumage est doux au toucher comme la soye, brillant, noirâtre, mais jettant aussi un éclat pourpre, qui semble entremêlé d'or. Les plumes de la queuë sont de plus variées de verd, de bleu, & de rouge, & repandent un lustre comme s'il y avoit de l'or sur le noir, ce qui leur donne un œil fort éclatant. J'ai une fois envoyé à la Cour de Russie, savoir à Petersbourg, un oiseau de cette espece, mais beaucoup plus grand & plus gros que celui-ci.

N°. 2.[x] *Oiseau de Paradis, Oriental, magnifique par la diversité de son plumage.*

On l'a apporté des Isles Molucques. Sa couleur dominante est rouge, mêlangé de verd, de bleu, de noir, de jaune-pâle, & de jaune-doré. Il sort de sa queuë deux longues plumes terminées en pointe. Ses deux aîles sont peintes d'or, de verd, & de rouge. Ses pieds sont coupés. Son bec est d'un beau rouge près de la tête, large comme celui du Perroquet, mais plus pointu au bout.

N°. 3.[x] Cet oiseau est de la même espece que le précedent par raport au plumage & à la couleur, mais il n'a point d'aîles, son corps est plus grand, & les plumes de sa queuë plus longues: on l'a apporté ici de la Nouvelle Guinée. Il passe pour être un mâle.

N°. 4. Per-

x Buff. Edit. Pourrat. Note P. 282 C. 4.

Num. 4. *Psittacus, cristatus, ruber, minor, ex insula Boetonensi.*

Corpus omne saturatè rubris plumis, elegantissimis, vestitur. Juxta tamen pennas alarum, utrinque, extùs, obscurior regnat color, æquè ac circa rostrum, saturatè luteum, crassum, & acutè desinens. Crista quoque rubicunda, venustissima, caput ejus ornat. Cæterùm loquelam hominis imitari facile addiscit, vocem edens valdè tenuem. Crura pedesque hujus flava, graciliora & longiora sunt, quàm in aliis speciebus Psittacorum minorum, rostro incurvo præditorum. Digiti pedum longi, tenues, acutis, incurvisque unguibus muniuntur.

Num. 5. *Avicula de* Guitguit, *ex insula Cuba.*

Pictura ejus suavissima est. Plumæ colli, & alæ, cum cauda, nigerrimæ sunt; dum caput, thorax, dorsum, & venter, unà cum cruribus, colore cæruleo amœnissimo superbiunt, pennæque remiges paulò dilutius cærulescunt. Frons dilutissimè cærulea argenteo splendore fulget. Rostrum longum est & nigrum. Pedes, horumque digiti, acutis unguiculis armati, penitus flavent. Lusciniam magnitudine haud exsuperat.

Num. 6. *Avicula de* Tatao, *magnitudine Passeris, variis coloribus picta.*

Mexicana hæc Avicula, admodum rara, dilutè viridis, ex nigro, flavo, & albo, inter se mistis pulchrè variegatur. Caput & thorax dilutè viridibus plumulis, ex nigro amœnissimè obumbratis, gaudent. Rostrum, pedes, & digiti, piceæ sunt nigredinis.

Num. 7. *Avicula Mexicana de* Chichiltototl.

Nigerrima isthæc purpureum è plumulis refringit lumen. Caput aurei est coloris. Crura, pedes, & digiti pariter flava sunt. *Passeris Troglodytæ* magnitudine est.

Num. 8. *Avicula, Mexicana, de* Chichiltototl, *altera.*

Ejusdem & nominis, & coloris hæc cum priore est, non discrepans inde, nisi quod capitis vertex, loco coloris aurei, saturatè miniatum ostentet, reflexo jubare splendentem.

TABULA SEXAGESIMA ET PRIMA.

Num. 1. Hoexototl, *seu Avis, Saligna dicta.* Fr. Hernand. Hist. Avium Nov. Hispan. T. II, c. 58.

Avium hæc species Salices amat, inque his turmatim sese congregans per loca Americæ, Hispanis subdita, nidificat, instar Ardearum, aut Cornicum, nostris in oris. Columbam vulgarem Batavam magnitudine paulùm superat. Pennæ ex dilutè flavo eleganter pictæ sunt. Alas, & medias caudæ pennas saturatè

N°. 4. *Perroquet, rouge, petit, portant une crête.*

Tout son corps est garni de plumes d'un rouge foncé très-beau, qui devient plus brun vers les deux côtés exterieurs des aîles, comme aussi près du bec qui est épais, pointu, & d'un jaune clair. Une crête tout-à-fait jolie, d'un rouge vermeil, orne sa tête. Il a un petit son de voix, & aprend aisément à imiter le langage de l'homme. Ses jambes & ses pieds sont jaunes, plus deliés & plus longs que dans les autres especes de petits Perroquets qui ont le bec recourbé. Les doigts des pieds sont longs, menus, armés d'ongles aigus & crochus.

N°. 5. *Petit Oiseau* Guitguit, *de l'Isle de Cuba.*

Ses couleurs sont fort douces. Il a les plumes du col, des aîles, & de la queuë, très-noires, celles de la tête, de la poitrine, du dos, du ventre, & des jambes, d'un charmant bleu: les maitresses plumes des aîles ont un bleu plus pâle, & le front est d'un bleu très-clair, mêlé d'un blanc éclatant. Le bec est long, noir. Les pieds & les doigts des pieds sont entierement jaunes, & munis de petits ongles aigus. Cet oiseau n'est pas plus gros qu'un Rossignol.

N°. 6. *Petit Oiseau Tatao, de la grandeur du Moineau, peint de diverses couleurs.*

Ce petit oiseau du Mexique, est extremement rare. Son plumage est joliment mêlangé de verd pâle, de noir, de jaune, & de blanc. Les plumes de la tête & de la poitrine sont très-agreablement ombrées de verd-pâle, & de noir. Il a le bec, les pieds, & les doigts des pieds d'un noir de poix.

N°. 7. *Petit Oiseau du Mexique, qu'on appelle* Chichiltototl.

Il est d'un grand noir, parsemé de pourpre. Sa tête est d'un jaune doré, de même que ses jambes, ses pieds, & les doigts des pieds. Il est de la taille du Moineau d'Abyssinie.

N°. 8. *Autre* Chichiltototl, *du Mexique.*

Il porte le même nom & la même couleur que le précedent, & n'en differe que parcequ'il est peint sur le sommet de la tête, au lieu de jaune-doré, d'un rouge foncé éclatant.

PLANCHE SOIXANTE-UNIEME.

N°. 1. Hoexototl, *ou* l'oiseau des Saules, *ainsi que le nomme Fr. Hernand. Histoir. des Ois. de la Nouv. Espagn. Tr. II, Ch.* 58.

Cette espece d'oiseau aime beaucoup les Saules, s'y amasse par troupe dans les endroits de l'Amerique soumis aux Espagnols, & niche sur ces arbres à la maniere des Hérons ou des Corneilles dans nos païs. Cet oiseau n'est gueres plus gros qu'un pigeon ordinaire de Hollande. Il a le plumage d'un beau jaune-clair; les plumes des aîles, & du milieu de la queuë, gris-foncé; le bec court






TAB. LXI.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.








Fig. 4.
Fig. 1.
Fig. 3.
Fig. 2.



ſaturatè griſeus tingit color. Roſtrum craſſum, & breve, ex cinereo flavet. Pedes dilutè griſei ſunt. Oculi prægrandes rubent.

Num. 2. *Aquila, minor, ſpecies Corvi,* Ytzquauhtli *dicta, ex Nova Hiſpania.*

Corvorum Familiæ proximè accedit, exceptis pennis; quippe quæ, ex ruffo cineritiæ, intermiſtis coloris dilutioris pennis variegantur. Alæ & cauda, ſaturato virore elegantiſſimo ſuperbæ, pennarum nonnullas ex dilutè ruffo obumbratas, & quaſi fimbriatas, oſtentant. Roſtrum, ſubincurvum, in apicem deſinit acutiſſimum, cinereo-flavum. Rapaces inter aves referenda, Leporibus, Cuniculis, aliiſque feris inhiat.

Num. 3. *Avis* Ocotzinitzcan, *Columbæ magnitudine.*

Amœnè lutea hæc Avis, capite, colloque, nigris conſpicua, pennas alarum remiges pariter nigricantes, ex dilutè luteo adumbratas, gerit. Corpori, ſupra & infra dilutè flavo, umbram offundit flavedo ſaturatior. Per caudam protenſam, flavam, nigricans & lata tænia curvo ductu decurrit. Roſtrum acuminatum flavet. Pedes griſei ſunt. Hujus quoque Speciei nonnullas ex Americâ accepimus, ibi *Niſorum ex flavo variorum* nomine inſignitas.

Num. 4. *Mellivora Avis, criſtata, cum duabus pennis, longis, in caudâ; ex Novâ Hiſpaniâ.*

Avicula, amœno rubore picta, alas cœruleas gerit. Criſta, ratione magnitudinis animalculi habitâ, inſignis admodum, per totum collum porrigitur. Color ejus jucundiſſimè ruber eſt; binæque è caudâ pennæ, elegantiſſimæ, uti in Avibus Paradiſiacis, longè protenduntur. Roſtrum longum & incurvum eſt, fiſſâque donatum linguâ, quâ è floribus mel ſugit, vel lambit, pari ratione, ac aviculæ floriſugæ Americanæ. D. *Hans Sloane*, ex equeſtri Ordine Baro, ejusmodi aviculam, non criſtatam, ſed collari ornatam, *Tab.* 264 *Tom. II* deſcripſit & repræſentavit.

Num. 5. *Avis,* Hoitzillin, Papilio *vocata, colore cœruleo & nigro venuſtiſſima.*

Avicula hæc, quâ elegantiorem vix inveneris, Novæ Hiſpaniæ incola eſt. Pennarum remigum fines, & cauda ferè in totum nigricant. Vid. *Fr. Hernandes Hiſt. Avium Novæ Hiſpan. pag.* 26.

TABULA SEXAGESIMA ET SECUNDA.

Num. 1. *Serpens,* Phyticus, *Africanus, prodigioſus, ab indigenis Divino honore cultus.*

E portu Africæ Moſambicenſi delatus, maculis elegantiſſimis, ex atro-fuſco, albo, & flavo-cinereo, variis, marmoris inſtar, per totum corpus diſtinguitur. Caput Canini ferè elongati æmulum eſt, naſusque itidem,

court & épais, cendré-jaune; les pieds d'un gris-lavé; les yeux grands & rouges.

N°. 2. *Aigle de la Nouvelle Espagne, petite, eſpece de Corbeau. On l'appelle* Ytzquauhtli.

Elle approche aſſez du Corbeau, excepté par le plumage qu'elle a d'un roux-cendré. Ses aîles & ſa queuë ſont d'un verd-foncé ſuperbe, & laiſſent voir quelques-unes des petites plumes ombrées d'un roux-clair, & comme découpées. Son bec eſt recourbé, très-pointu, cendré-jaune. On doit mettre cette Aigle au nombre des Oiſeaux de proie, car elle ſe jette ſur les Lievres, les Lapins, & d'autres animaux.

N°. 3. *Oiſeau nommé* Ocotzinitzcan, *de la grandeur d'une Colombe.*

Il eſt d'un beau jaune. La tête & le col ſont noirs; les grandes plumes des aîles noirâtres, & ombrées d'un jaune-pâle. Le corps deſſus & deſſous eſt du même jaune, avec quelques nuances d'un jaune plus foncé. Une large bande noirâtre parcourt en ſerpentant ſa longue & jaune queuë. Il a le bec jaune, pointu, & les pieds gris. Nous avons reçu d'Amerique quelques oiſeaux de cette espece. On les appelle là bas du nom *d'Oiſeaux colorés de different jaune.*

N°. 4. *Oiſeau de la Nouvelle Espagne, hupé, ſuçant le miel des fleurs, & portant une longue queuë.*

Sa couleur eſt d'un rouge charmant. Ses aîles ſont bleuës. Sa crête, à raiſon de la grandeur qu'a ce petit oiſeau, eſt très-conſiderable, car elle s'étend ſur tout le col. Il a comme les Oiſeaux de Paradis, deux plumes de ſa queuë extremement belles, & trainantes. Son bec eſt long & crochu. Sa langue fendue pour mieux ſucer, ou lécher le miel des fleurs, de la même maniere que font ces petits oiſeaux d'Amerique qu'on nomme Suce-fleurs. Le Chevalier Baronnet *Hans Sloane* a donné au *Tom. II, Planche* 264 de ſon *Hiſt. Natur. de la Jamaiq.* écrite en Anglois, la figure & la deſcription d'un pareil petit oiſeau, qui n'a point de crête, mais qui eſt orné d'un collier.

N°. 5. *Oiſeau nommé* Hoitzillin, *ou* Papillon, *charmant par ſa couleur bleue & noire.*

Ce petit oiſeau qui a à peine ſon égal en beauté, eſt de la Nouvelle Eſpagne. L'extremité des grandes plumes de ſes aîles, eſt de même que ſa queuë presque partout noirâtre. Voy. Fr. Hernandes *Hiſt. des Oiſeaux de la Nouv. Eſpag. page* 26.

PLANCHE SOIXANTE-DEUXIEME.

N°. 1. *Serpent d'Afrique, prodigieux, à qui les habitans Idolâtres rendent un culte Divin.*

On l'a apporté de la côte de Mozambique en Afrique. Il eſt marbré par tout le corps de très-belles taches blanches, jaune-cendrées, & d'un brun noir. La tête a quelque reſſemblance avec

itidem, pulchrè variegatus, aliquid Canis gerit. Supremum capitis minutæ tegunt squamulæ, rotundæ. Rictus oris quasi fimbriatus est; & lingua, bifida, non, uti in aliis plerisque, nigricat, sed rubet. Cauda in acumen breve terminatur. Indigenæ plurimi æstimant hunc Serpentem, & vel Divino cultu afficiunt: id, quod & verum est de mox sequente.

Num. 2. *Serpens,* Phyticus, *Orientalis, alter,* Gerende *dictus, tortuosus, itidem Divinis honoribus cultus.*

Ambo quidem contorti valdè sunt & crispati; at hicce picturæ tamen venustate priorem superat. Minutas cutis squamulas, admodum tenues, rhomboideas, ex cinereo subluteas, lemnisci distinguunt ex nigro spadicei, qui acu quasi Phrygiâ miro artificio picti, & catenatim sibi mutuò intertexti, per omnem corporis supernam regionem, modernæ instar tæniæ versicoloris, pulcherrimè distribuuntur. Caput oblongum, Canis venatici æmulum, supernâ parte ex cinereo dilutissimè flavum, tenuibus tegitur squamulis; quarum quæ naso incumbunt, multò majores sunt. A naso, ad cervicem usque, per medium capitis, litura decurrit saturatè spadicea, catenulam referens: huicque similis obscura linea ab oculis juxta maxillas porrigitur. Retorridi labiorum limbi, interceptis quasi porulis, complicati sunt. Breves & minuti sunt dentes; oculi vividi, lucidi; amplæque nares. Squamæ ventris transversales ex cinereo dilutè flavent. Squamularum, seu macularum dilutè cinerearum centra saturatior obumbrat, ad ruffum vergens, flavedo. *Simon de Vries, pag.* 1326, 1327, & alii Auctores referunt, quod vel hodiernum usque in diem hi Serpentes, quum noceant Hominibus, à Samogetis & Japonensibus magno honore adficiantur. Calecutii quoque incolæ maximi illos æstimant, autumantes quippe, quod bestias hasce creaverit Omnipotens ad ulciscendos, divexandosque, homines. Malabarici pariter eousque venerantur & timent hosce Serpentes, ut vel ab iis liberos & bruta sua domestica denominent: quin & eos educando sibi familiares reddunt, ne ab iis lædantur. Incolæ Regni *Zenega* miram quoque de Serpentibus alunt superstitionem: siquidem plurimæ ibi, eæque venenatissimæ, reperiantur species; quæ tamen haud nocent homini, sed Glires, Mures, Columbas, & Gallinas aucupantur, &, quia columbariis præsertim inhiant, sub tectis ædium amant delitescere. Credunt illius Regni incolæ, quod defuncti ipsorum parentes, & agnati, in ejusmodi Serpentes transmutentur; unde nec interficiunt unquam, nec ab aliis interfici patiuntur talem Serpentem, & mortis vicissim supplicio dignum judicant, quicunque hanc cædem patraverit.

Num. 3. *Avis Porphyrio, Amboinensis; seu Ardea rubra, Corallina,* Ibidis *species.*

Collum ejus longum est; rostrum paulisper incurvatum, ex ruffo luteum; pedes, & digiti, longis armati sunt unguibus. Dorsum exceperis, quod dilutioris paulò coloris est, cætera corporis saturatissimus tingit rubor. Apices pennarum remigum colore hypocyaneo nitent. Victum huic Avi suppeditant Serpentes, Lumbrici, & insecta alia, paludibus inhabitantia.

Num. 4.

avec celle du chien, & le nez qui est joliment marqueté tient aussi un peu de celui du chien. De petites écailles rondes couvrent le dessus de la tête. L'ouverture de la gueule paroit comme échancrée. La langue est fenduë en deux, & n'est pas noirâtre, ainsi que dans la plupart des serpens, mais rouge. La queuë finit en une petite pointe. Les habitans de Mozambique estiment si fort ce Serpent qu'ils lui rendent un culte Divin, ce qui est également vrai du serpent qu'on va décrire.

N°. 2. *Autre Serpent Oriental, nommé* Gerende, *tortueux, qu'on honore d'un culte Divin.*

Il se forme comme le précedent en divers plis & replis, mais le tacheté de sa peau est plus beau. Elle est couverte de petites écailles, minces, Rhomboïdes, d'un cendré jaunatre, distinguées par des bandelettes d'un roux enfumé, qui semblent brodées avec art, & qui étant entrelassées les unes aux autres en façon de chaine, se distribuent sur tout le dessus du corps d'une maniere très-jolie, & n'imitent pas mal nos rubans modernes. La tête de ce Serpent est oblongue, approchante de celle du Chien de chasse, d'un jaune fort pâle cendré, garnie de petites écailles, qui deviennent plus grandes sur le nez. Depuis le nez jusqu'au chignon du col, décourt par le milieu de la tête une raïe d'un roux foncé faite en chainons: une autre raïe peu differente de celle-ci regne des yeux aux machoires. Les bords des levres sont tournés en dehors, plissés, & comme parsemés de divers pores. Ses dens sont minces & petites, ses yeux vifs & brillans, ses narines larges. Les écailles transversales du ventre sont cendréjaunes. Les petites écailles ou taches dont la couleur est d'un cendré-clair, sont mouchetées au milieu, d'un jaune-foncé qui tire sur le roux.

Simon de Vries pag. 1326, 1327, & d'autres Auteurs racontent que ces Serpens sont encore fort honorés des Samogettes & des Japonois, parcequ'ils nuisent aux hommes. Les originaires de Calicut en font aussi beaucoup de cas, & s'imaginent qu'un Etre Tout-puissant a créé ces animaux pour tourmenter & pour punir les hommes. Les Malabarois pareillement craignent & venerent ces bêtes à un tel point, qu'ils qualifient leurs enfans & leurs animaux domestiques du même nom que portent ces Serpens, s'attachant de plus à les élever & à les apprivoiser pour n'en être pas mordus. Enfin les habitans de Zenega ont une étrange superstition sur le compte de ces Serpens. On en trouve dans ce lieu-là en quantité & des plus venimeux, mais qui ne font aucun mal à l'homme, s'ataquant seulement aux Loirs, aux Rats, aux Pigeons, aux Poules, & se cachant pour cela sous les toits des maisons; les habitans de ce Royaume croient que leurs parens se transforment après la mort en ces sortes d'animaux, d'où vient qu'ils ne les tuent jamais, ni ne soufrent qu'on les tuë, mais ils jugent au contraire dignes de mort quiconque s'en aviseroit.

N°. 3. *Oiseau Rouge d'Amboine; ou Heron d'un rouge de Corail, espece* d'Ibis.

Il a le col long, le bec un peu crochu d'un jaune roux, les doigts des pieds garnis de grands ongles. Son corps est d'un rouge-ponceau, horsmis le dos qui est d'un rouge plus pâle. Le bout des grandes plumes des aîles est d'un bleu-celeste. Cet oiseau vit de serpens, de vers, & d'autres insectes habitans des marais.

N°. 4. *Petit*






TAB. LXIII.
Fig. 1.
Fig. 3
Fig. 2.
Fig. 4.



Num. 4. *Avicula, Amboinensis, canora.*

Elegans hæcce Avicula Lusciniis accensetur ob cantûs suavitatem, quem à naturâ edocta, Conditoris sui in gloriam, gestit intonare. Libidinosa pulcherrimam, longamque, caudam suam supinat. Caput ejus, collum, & corporis facies superior, ex fusco rubent; dum pectus & ventrem diluta tingit flavedo, alasque lutea distinguit macula. Quæ ex uropygio porriguntur, pennæ longiores, aurei sunt coloris, supernâ parte verò ex fusco rubicundi.

TABULA SEXAGESIMA ET TERTIA.

Num. 1. *Avis Paradisiaca Aroësica, maxima, subrubra; mas.*

Ex insulâ plerumque Ceilanensi, nonnunquam & ex Ternatanâ, hæc ad nos Avium species transfertur. Haud diu quidem est, ex quo binas hasce accepimus, integras penitus & illibatas. Has inter, quam hîc volantem repræsentamus, marem exprimit binis illis suis longissimis pennis, quæ circa uropygium cuti infixæ, inde ad plusquam cubitalem protenduntur longitudinem, crassitie & nigritudine ferè fila sutorum piceata referentes, utrinque pilis quasi hispidulæ: earum apices extremi ad plusquam digiti longitudinem plumulis ornantur, dimidium ferè digitum latis, in acutum convergentibus; quod sexûs masculini est indicium. Dorsi & alarum pennæ supernâ facie dilutè spadiceæ sunt. Rostrum longum, durum, plumbei est coloris. Caput, respectu trunci, admodum exile est, oculique valdè parvi. Citrinus color capitulum, collique superiora, tingit. Rostri ambitum tenuissimæ plumulæ, quasi pilosæ, Coracino colore splendentes, obsident. Sub collo plumæ eminent subtiles, saturatè virides, tono vividissimo Holosericum, pigmento Smaragdino dives, provocantes. Pennæ plumatiles, longæ, in acumen convergentes, ex griseo, albo, luteo, & subruffo, variegantur; atque tenuibus admodum cauliculis, conjugatis, utrinque sub alis oriundæ, fasciculum plumarum efficiunt elegantissimum; qui vel ideò tantò adhuc concinnior est, quod pennarum, eum constituentium, nonnullæ aliis sint breviores. Authorum quidam, minus experti, Avium huic speciei deesse pedes, perhibent; quod falsum esse, nos docuit experientia. Veram eorum formam hæc nostra icon exprimit. D. *Fr. Valentinus*, *Tom. III*, *pag.* 306, ubi de Avibus Amboinensibus agit, exactissimam dat historiam hujusce Avis *Paradisiacæ*, sive *Solaris*, quo cognomine à Lusitanis, & Aroëtis, insignitur.

Num. 2. *Avis Paradisiaca; fœmina.*

Prioris hæc Fœmella, externo habitu, & colore, à Mare suo nil discrepat, nisi, quod pennæ illæ binæ, longissimæ, in apices desinant, haud ita latè plumatos, sed rudimentum saltem paniculæ plumatilis ostendentes. Raro ex Indiis Orientalibus hæc Avium Paradisiacarum species huc transfertur, quarum elongata illa filamenta plumatis, uti in hisce, gaudent apicibus.

Num. 3.

N°. 4. *Petit Oiseau d'Amboine, d'un chant mélodieux.*

Ce charmant petit oiseau égale le Rossignol par la douceur du chant que la nature lui a donné en partage. Quand il est en amour, il releve sur le dos sa longue & magnifique queuë. La tête, le col, & le dessus du corps sont d'un brun rouge, la poitrine & le ventre d'un jaune clair. Les aîles ont aussi des taches jaunes. Les plus grandes plumes du croupion sont couleur d'or, & par dessus d'un rouge obscur.

PLANCHE SOIXANTE-TROISIEME.

N°. 1. *Oiseau de Paradis, d'Aroës, Mâle, très-grand, rougeâtre.*

On nous apporte cette espece d'oiseau le plus souvent de l'Isle de Ceylon, & quelquefois de Ternate. Il n'y a pas long tems que j'ai reçu celui-ci & le suivant, tous deux en très-bon état. Celui que nous representons ici comme s'il voloit, montre qu'il est un mâle par les deux grandes plumes qu'il a vers le croupion, qui sont de la longueur de plus d'une coudée, ressemblent assez par leur grosseur & leur noirceur au fil enduit de poix dont se servent les Cordonniers, & paroissent comme un peu herissées de poils de chaque côté. Elles sont garnies vers l'extremité à la hauteur d'un bon doigt, de plumes larges de près d'un demi-pouce, & finissant en pointe; ce qui est une des marques du mâle. Les plumes du dos & des aîles sont d'un chatain-clair par dessus. Le bec est long, dur, de couleur de plomb. La tête & les yeux sont fort petits à proportion du corps. Le haut de la tête & du col sont couleur de citron. Le contour du bec est garni de plumes très-deliées qui semblent des poils, & qui sont d'un noir de corbeau. Sous le col regnent des plumes d'un verd foncé, mais si brillant, qu'elles le disputent à une soie teinte d'un verd d'émeraude éclatant. Les plumes qui servent à couvrir cet oiseau sont longues, pointues au bout, grises, blanches, jaunes, & roussâtres. Elles sortent du dessous des aîles par de petits tuyaux fins, qui se réunissant forment un fort joli faisceau de plumes, & d'autant plus beau que ces plumes sont d'une grandeur differente. Quelques Auteurs mal informés ont écrit que cette espece d'Oiseau n'avoit point de pieds, ce que l'experience nous a apris être faux, quoique nous ne les aïons pas ici representé. *Fr Valentin* au *Tom. III*, où il traite des Oiseaux d'Amboine, y donne *pag.* 306 une histoire très-exacte de cet Oiseau de Paradis, autrement Oiseau *du Soleil*, comme le nomment les Portugais & les habitans d'Aroës.

N°. 2. *Oiseau de Paradis, femelle.*

Cette femelle du precedent a la même forme & la même couleur de son mâle, & n'en differe que parceque ses deux grandes plumes du Croupion, n'ont point les bouts fournis de plumes si larges, & ne laissent apercevoir qu'un commencement de petit panache couvert de plumes. On nous aporte rarement des Indes Orientales cette espece d'Oiseau de Paradis ayant ces deux longues plumes autant garnies à l'extremité que ces deux-ci.

N°. 3. Oiseau

Num. 3. *Avis* Tſioei, *Indica Orientalis.*

Kakopit aliàs quoque vocatur, quæ vox Florum quaſi Regulum denotat. Eſt enim veſte induta, quam elegantiſſima ornat, & vividiſſimè radians, ex aureo, argenteo, viridi, aliisque pluribus conflata coloribus pictura. Truncus corporis, & remigum pennarum extrema, è ſaturatè fuſco ferè nigricant. Exile caput, longo, incurvoque, inſigne eſt roſtro ſubalbicante. Pedes, & unguiculi, nigri ſunt. Tenellis veſcitur hæc Avicula Erucis, quas, intra flores excluſas, inde educit. Ex Makaſſer & Bali iſthanc Avium oriundam eſſe ſpeciem referunt, qui eas huc transportarunt.

Num. 4. *Alcedo, Amboinenſis, criſtata; mas.*

Tohorkey vocatur, & *Hito* ab iis, qui Amboinæ oras incolunt, juxta *Fr. Valentinum* in *Tom. III*, *pag.* 319. Omnem ejus ſuperficiem venuſtiſſima, ex viridi, luteo, cœruleo, & aliis, miſta pictura variegat. Color cœruleus, dilutiſſimus, Turcoidem imitatur. Roſtrum ejus longum, latum, rectum, & coloris lutei eſt, quale Picorum. Pedes, breves, in ungues abeunt dilutè flavos. Menſurâ corporis, & caudâ, noſtrati Paſſeri proximè accedit.

TABULA SEXAGESIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Avis* Ococolin; *ſeu Perdix montana, Mexicana.*

Corvum noſtratem magnitudine æquans iſthæc Avis prolixam in capite criſtam, elegantem, gerit. Roſtrum ſubrubens, breve, & craſſum eſt, Perdicum indigenarum roſtris ſimile, at majus multò. Oculos hujus Avis lucidos palpebræ ambiunt ſanguineo penitus colore ſuffuſæ, exilibusque, & quaſi ſpinoſis, in ambitu munitæ excreſcentiis: unde amœniſſimum viſu exoritur ſpectaculum; ſiquidem non plumæ ſolum, criſtam conſtituentes, quarum nonnullæ roſtro imminent, ſed & reliquum corpus omne, ex viridi, cœruleo, & aureo, reſplendeat. Alas diluta tingit purpura; coſtarumque plumæ, & apices pennarum remigum, & caudæ, penitus nigricant. Femora longiuſculæ tegunt plumæ: pedes, valdè breves, & groſſi, in digitos abeunt, longis armatos unguibus.

Num. 2. *Ardea, Mexicana; ſeu Avis* Xoxouquihaactli.

Saturatè purpureæ ſunt plumæ, quæ corpus ejus veſtiunt. Caput, dilutè ſpadiceum, per medium verticem ad cervicem usque ex nigro diſtinguitur. Roſtri mediocris eſt longitudo. Pectus cæterùm, venter, & cauda, dilutioris coloris plumis undulata ſunt. Pedes quoque, ratione digitorum, breves ſunt & craſſi. Pennas remiges ſaturatè ſpadiceus obumbrat color.

Num. 3. *Ardea, Mexicana, altera.*

Capitis pars ſuperior, & lateralis utrinque circà auriculas, ſanguineo penitus rubore ſuffuſa eſt; dum reliquam ejus ſuperficiem, collumque, cum ingluvie, & pectus, ex dilutè viridi & luteo permiſta ornat variegatio.

N°. 3. *Oiſeau* Tſioei, *des Indes Orientales.*

On l'appelle autrement *Kakopit*, comme qui diroit le petit Roi des Fleurs; car ſon plumage varié de jaune doré, de blanc argentin, de verd, & de pluſieurs autres couleurs, jette un œil auſſi éclatant que ſuperbe. Le milieu du corps & le bout des maitreſſes plumes des aîles, ſont d'un jaune enfumé. Sa tête eſt petite; ſon bec eſt long, gros, crochu, & blanchâtre. Ses pieds & ſes petits ongles ſont noirs. Cet oiſeau ſe nourrit de jeunes Chenilles qu'il tire des fleurs où elles naiſſent. Ceux qui apportent ici ces Oiſeaux, diſent qu'ils ſont originaires de Macaſſar & de Bali.

N°. 4. *Alcyon mâle, d'Amboine, qui porte une Crête.*

Les habitans d'Amboine le nomment *Tohorkey* & *Hito*, au raport de *Fr. Valentin*, *Tom. III*, *pag.* 319. Le plumage de ſon corps eſt mêlangé très-joliment de verd, de jaune, de bleu, & d'autres couleurs. Le bleu dont il eſt peint eſt un bleu-mourant qui imite celui de la Turquoiſe. Son bec eſt long, large, droit, jaune comme dans les Pics. Ses pieds ſont courts, fendus en ongles d'un jaune-pâle. Il a la queuë, & le corps aprochant de la groſſeur de nôtre moineau.

PLANCHE SOIXANTE-QUATRIEME.

N°. 1. *Oiſeau qu'on nomme* Ococolin; *ou Perdrix Montagnarde, du Mexique.*

Cet oiſeau qui eſt de la taille de nôtre Corbeau porte ſur la tête une longue & belle crête. Son bec eſt rougeâtre, court, gros, ſemblable à celui des Perdrix de ce païs, mais beaucoup plus grand. Ses yeux ſont brillans, defendus par des paupieres auſſi rouges que le ſang, lesquelles ſont fortifiées dans leur contour par de petites éminences pointuës. Cela plait d'autant plus à la vuë que non ſeulement les plumes de la crête dont quelquesunes s'étendent ſur le bec, mais auſſi le plumage du corps eſt brillant d'or, de bleu, & de verd. Les aîles ſont peintes d'un pourpre-clair. Les plumes des côtes, le bout des maitreſſes plumes, & de la queuë ſont tout-à-fait noirâtres. Les cuiſſes ſont couvertes de plumes aſſez longues. Les pieds gros & courts, ſe fendent en doigts garnis de grands ongles.

N°. 2. *Heron du Mexique. Ou l'Oiſeau nommé* Xoxouquihaactli.

Le plumage de ſon corps eſt d'un pourpre foncé. La tête eſt d'un rouge-bai clair, & marquée de noir depuis le milieu du ſommet jusques au col. Le bec eſt d'une longueur ordinaire. La poitrine, le ventre, & la queuë ſont nuancés de plumes d'une couleur plus lavée. Les pieds ſont gros & courts à proportion des doigts. Les groſſes plumes des aîles ſont d'un rouge-bai foncé.

N°. 3. *Autre Heron du Mexique.*

Il a le deſſus de la tête & les deux coins des oreilles d'un rouge de ſang, tandis que le reſte de la tête, le col, le jabot, & la poitrine ſont mêlangés de jaune & de verd-pâle. Le dos eſt d'un verd






TAB. LXIV.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 2.
Fig. 3.






TAB. LXV.
Fig. 1.
Fig. 4.
Fig. 2.
Fig. 3.

variegatio. Dorſum colore herbeo ſaturatiore tinctum eſt. Alarum pennæ, ſpadiceæ, albis maculis, Tigrino ferè more, variegantur. Pennæ autem, caudam conſtituentes, herbido rurſum colore infectæ, ex nigro maculantur: at quæ ſupernè caudam veſtiunt, plumæ dilutè flavi ſunt coloris, amœniſſimi. Femora, pedes, cumque unguibus digiti, proportionatæ ſunt longitudinis.

Num. 4. *Avis* Cocho; *Pſittaci Mexicani ſpecies.*

Elegantiſſimâ induta veſte Avis hæc caput præ ſe fert dilutè rubicundum, cui collum ſuccedit ex rubro Arantii coloris. Dorſum & caudam diluta flavedo diſtinguit. Alas, virides, alii ſimul diverſi colores variegant: quod & in caudâ longiuſculâ obtinet. Tab. XLIX prægreſſâ aliam quoque *Cocho* Pſittaci exhibuimus ſpeciem, colore ab hâc diſcrepantem.

Num. 5. *Merula Mexicana.*

Aves iſtæ, obſcurè griſeæ, ex ruffo relucent. Subtùs dilutè griſea, flammæ quaſi æmula, regnat variegatio; qualis & omnem alarum ſuperficiem ornat. Turdos noſtrates magnitudine multùm ſuperant, roſtroque in omnem dimenſionem grandiore gaudent.

Num. 6. *Pica Mexicana.*

Roſtrum ejus grande, latum, extuberante ſuprà gibbere, acuto, inæquale, albicat. Caput, & corporis ſuperna facies, nigerrima ſunt: at capitis utrique lateri albæ inhærent plumæ; quales & Thoracem, totumque veſtiunt abdomen, ex rubro tamen obfuſcatæ. Alarum ſuperiora albæ itidem plumæ obſident; remiges verò, & caudæ, pennæ ex nigro & albo variegantur.

TABULA SEXAGESIMA ET QUINTA.

Num. 1. *Avis, Mexicana, grandis, rubra; Paſſeris ſpecies.*

Quæ caput, thoracem, & dorſum ejus veſtiunt, pennæ ſanguinei ſunt coloris; dum pennæ remiges, & cauda, prorſùs nigricant, rubedine tamen aliquâ ſupernam partem obtegente.

Num. 2. *Ardeæ Mexicanæ ſpecies ſingularis.*

Minutum ejus caput roſtro gaudet rectà protenſo, &, quàm vulgarium Ardearum, longè breviori. Avem hanc captis inter volandum piſcibus vivere, noſtratium inſtar Cepphorum, forma ejus prodit affatim. Pedibus eſt admodum curtis, craſſiſque, in digitos tamen abeuntibus valdè grandes, validiſque unguibus, quaſi Aquilinis, armatos. Tota nigra eſt, exceptis ventre & alis, ex dilutè griſeo, flammæ ſpecie, variegatis.

Num. 3.

verd d'herbe obſcur. Les aîles ſont d'un rouge-bai tacheté de taches blanches à la façon du Tigre. La queuë eſt d'un verd d'herbe moucheté de noir, mais le haut de la queuë eſt d'un jaune-clair très-agréable. Les jambes, les pieds, les doigts des pieds, & leurs ongles ſont bien proportionés.

N°. 4. *Oiſeau* Cocho; *Eſpece de Perroquet du Mexique.*

Le plumage de cet Oiſeau eſt fort beau, car il a la tête d'un rouge pâle, le col d'un rouge orange, le dos d'un jaune mourant, les aîles & la queuë mêlangés de verd & d'autres couleurs. Nous avons repreſenté à la Planche 49 qui précede une autre eſpece de *Cocho*, different en couleur de celui-ci.

N°. 5. *Merle du Mexique.*

Ces Oiſeaux ſont d'un gris-brun mêlé de roux; Le deſſous du corps, & les aîles ſont diverſifiées de couleur de feu, & d'un gris lavé. Ils ſurpaſſent en grandeur les Grives de nôtre païs, & ont le bec plus large & plus long.

N°. 6. *Pie du Mexique.*

Elle a le bec long, large, blanchâtre, relevée en une boſſe inégale & pointuë. La tête & le deſſus du corps ſont d'un grand noir, varié de plumes blanches aux deux côtés de la tête. La poitrine & le bas ventre ſont gris-de-lin. Le haut des aîles eſt blanc, mais leurs groſſes plumes ſont noires & blanches, de même que la queuë.

PLANCHE SOIXANTE-CINQUIEME.

N°. 1. *Oiſeau du Mexique, rouge, & grand, qui eſt une Eſpece de Moineau.*

Les Plumes de la tête, de la poitrine, & du dos, ſont d'un rouge de ſang. Mais la queuë, & les groſſes plumes des aîles tirent entierement ſur le noir, avec quelque mêlange de rouge à la partie d'enhaut.

N°. 2. *Eſpece ſinguliere de Heron du Mexique.*

Sa tête eſt petite, ſon bec va tout droit, mais eſt de beaucoup plus court, que dans les Herons ordinaires. La figure de cet oiſeau montre aſſez qu'il ſe nourrit en volant de poiſſons qu'il atrape, à peu près comme nos Hirondelles de mer. Il a les pieds gros, courts, fendus en de très-grands doigts, lesquels ſont armés d'ongles robuſtes, à peu près comme les Aigles. Il eſt noir par tout le corps, excepté au ventre & aux aîles qui ſont d'un gris lavé, mêlé d'une eſpece de couleur de feu.

Num. 3. *Avicula, Mexicana, Cyaneo colore venustissima.*

Minusculo è capitello rostrum porrigitur longum, incurvum, quali Mellivoræ gaudent.

Num. 4. *Turdus, niger, Mexicanus.*

Rostrum flavus, plumas verò, sub caudâ hærentes, albus pingit color. Cæterùm nostratibus sat propè accedit Mexicanus iste; nisi quod multò procerior longam, latamque gerat caudam, uti in Hirundinibus, bifidam. Dorsum, & cauda, cœruleo quasi tono oblita sunt.

TABULA SEXAGESIMA ET SEXTA.

Num. 1. *Pica, Brasiliensis.*

Amœnissimis mirum in modum picta coloribus Avis isthæc caput, thoracem, ventrem, & femora, mollissimis plumulis, lanuginosis, Rubini fulgore conspicuis, vestita ostentat. Pedes, cum digitis, rostrumque longum, subincurvum, & acuminatum, flava sunt. Alæ extus, è fusco & nigro variæ, introrsum dilutè luteæ, vestitricibus supra saturatè rubicundis prætexuntur pennis. Remiges verò pennæ, & cauda, dilutè cœrulei sunt coloris.

Num. 2. *Cuculus, Brasiliensis, venustissimè pictus.*

Rostrum ejus dilutè rubrum, breve, & incurvum est, quale Pseudo-Psittacorum. Caput, pariter dilutè rubrum, cristâ ornatur saturatius rubente, ex nigro variegatâ. Dorsum quoque saturatè rubicundum est: at dilutiorem ventris ruborem nonnullæ distinguunt plumulæ flaventes. Alas dilutè rubentes suprà investiunt pennæ, flaventibus etiam aliis interstinctæ. Pennas remiges, longamque caudam, saturatè flavo conspicuas colore, umbra quasi nigricans obfuscat. Utrum & Avis hæcce, instar Cuculorum nostratium, voce sua nomen ipsi inditum exprimat, ignoramus.

Num. 3. *Avis Paradisiaca, Americana, elegantissima.*

Missam hoc sub nomine accepimus Avem hanc ex insulis Barbicensibus. Caput, & collum, aureus tingit color: hisque & rostrum concolor est, incurvum, acutissimum, nonnullisque simul prætextum plumulis, rubicundis. Flavi etiam cum digitis pedes sunt. Pectus, & dorsum, dilutè Aurantiâ nitent flavedine. Idemque color, at saturatior, in rubrum vergens, pennas remiges, & caudam ornat.

Num. 4. *Hirundo marina, indigena.*

Aves istæ æstuante Oceano inde ad littora sese conferunt, mihique aliquoties & vivæ, & mortuæ, Zandvoordiâ allatæ sunt. Odorem verò Ambari grisei adeò fortem spirant, ut vel una tantum viva, aut mortua,

N°. 3. *Petit Oiseau du Mexique, tout-à-fait joli par sa couleur qui est d'un bleu-celeste.*

Sa tête très-petite s'étend en un long bec recourbé, tel que l'ont ces Oiseaux qui succent le miel.

N°. 4. *Grive noire du Mexique.*

Elle a le bec jaune, & les plumes du dessous de la queuë blanches. D'ailleurs elle approche assez des Grives de nôtre pais, à l'exception qu'elle est plus grande, & qu'elle porte une longue & large queuë, fenduë en deux comme les Hirondelles. Cette queuë & le dos semblent peints de bleu.

PLANCHE SOIXANTE-SIXIEME.

N°. 1. *Pie du Bresil.*

Cet oiseau est peint de diverses couleurs très-jolies, & singulierement diversifiées. Sa tête, sa poitrine, son ventre, & ses cuisses sont couvertes d'un duvet, fort doux, cotonneux, & qui jette un éclat de Rubis. Ses pieds & ses doigts sont jaunes, de même que le bec qui est long, crochu, & pointu. Les aîles sont variées exterieurement de chatain & de noir: elles sont interieurement d'un jaune-pâle, & ont leurs petites plumes d'un rouge foncé par dessus. Mais leurs grosses plumes & la queuë sont d'un bleu-clair.

N°. 2. *Coucou du Bresil, coloré magnifiquement.*

Son bec est d'un rouge-pâle, court, & crochu, comme dans les Faux-Perroquets. Sa tête qui est aussi d'un rouge-pâle, est ornée d'une Crête d'un rouge-foncé, varié de noir. Son dos est également d'un rouge-foncé; le ventre est d'un rouge plus pâle, parsemé de quelques plumes jaunes; les petites plumes des aîles sont par dessus d'un rouge mourant, mêlangé par-ci, par-là de jaune. Mais les grosses plumes, de même que la longue queuë de cet Oiseau sont d'un jaune foncé comme ombrée de noir. Nous ignorons si cet Oiseau prend son nom du cri qu'il exprime, à la maniere des Coucous de nos païs.

N°. 3. *Oiseau de Paradis, de l'Amerique, qui est très-beau.*

C'est sous ce nom que nous avons reçu cet Oiseau des Isles Barbades. Il a la tête & le col couleur d'or, de même que le bec qui est recourbé, très-pointu, & garni de quelques petites plumes rouges. Les pieds & les doigts des pieds sont jaunes; la poitrine & le dos d'un jaune orangé pâle. Mais les grosses plumes des aîles avec la queuë jettent un jaune orange qui tire sur le rouge.

N°. 4. *Hirondelle de Mer, de ce païs.*

Ces sortes d'Oiseaux se rendent sur nos rivages quand la mer est agitée; l'on m'en a quelquefois apporté de mortes, & de vivantes, de Zandvoordt. Elles ont si fort l'odeur de l'Ambre gris, que si l'on en met une seule morte ou vivante dans une chambre



x Cuv. R.An. Note (2) P. 155






TAB. LXVII.
Fig. 1.
Fig. 4.
Fig. 3.
Fig. 2.

mortua, concluso in cubiculo asservata, illud totum eo repleat. Admodum pusillo sunt, & tenello, corpusculo: præprimis autem capitis, rostri, pedumque, excellunt gracilitate. Alæ & cauda maximam molis constituunt partem. Plumæ earum ex obscurè griseo in nigrum vergunt. Verosimile est, Aviculas hasce suaveolentibus vesci animalculis, aut ipso forsan Ambaro; unde fragrantem illum odorem contrahunt.

Num. 5. *Fringilla, Brasiliensis.*

Magnitudine equidem Batavas haud superat Fringillas, at picturæ elegantiâ. Binæ è caudâ ejus protenduntur pennæ, longiores, exemplo rarissimo, nec minoribus in aviculis adeò occurrente. Coloris est ex cinereo obscurè grisei; pennasque caudæ protractas, toti quidem concolores, dilutè spadicei finiunt apices. Rostrum rubellæ succingunt plumulæ: alas verò diluto rubori intermista variegat flavedo.

TABULA SEXAGESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. *Phœnicopterus, Americanus.*

Vivum Curassaviâ ad nos delatum, per aliquot dies, retrò ædes nostras asservavimus, postmodùm in Principis cujusdam aulam transmissum. Neque certè inelegans est animal, Ciconiâ quidem paulò minus, at collo, femoribus, pedibusque præditum multò longioribus. Pedum digiti, ratione trunci corporis, pusilli sunt: caput minusculum quoque, at longum, rostro gaudet mirabili, pollicem circiter longo & crasso, anteriùs nigricante, deorsum incurvato, reliquâ parte flavo. Huic supra & infra insident plurimi dentes, exiles, quibus suum prehendit, dividitque Avis pabulum, ob rostri alias curvaturam rursus elapsurum. Cæterùm vorando, aut bibendo occupata caput in latus alterutrum inclinat, tantò ut facilius victum ingerere queat. Picturæ elegantiâ nulli exoticas inter Aves cedit. Trunci totius, capitis, femorum, & pedum plumæ diluto quasi Minio infectæ sunt, pennis remigibus exceptis, utpote penitus nigricantibus. Plinius, aliique veterum scriptorum, Phœnicopteros Ciconiarum accensent familiæ: Aristoteles verò inter *Ibides* eos enumerat. Interim neutri harum specierum verè accedunt, peculiare potius sibi formantes genus. Quin & Plinius *Phalacrocoraces*, singularem Avium familiam, *Ardeis* adnumerat; quod quidem haud secus factum videtur, quam si quis Gallinas & Columbas, aut Anseres atque Anates, ad idem genus referat. Verùm haud immorabimur huic diutius rei; sed nostrum prosequemur pensum. Oculato testi potior in his habenda fides.

Num. 2. *Avis* Motmot, *Brasiliensis, coloris spadicei.*

Columbæ est magnitudine, crasso capite, collo curto, rostro pariter brevi & crasso, vulgaris instar Gallinæ nostratis, cui & pedum accedit formâ. Pennæ alarum remiges ex Cyaneo in viride vergunt. Rostrum nonnullæ prætexunt plumæ nigricantes. Avem hanc, ritè præparatam, gratum præbere ferculum, testantur, eam qui gustarunt.

Num. 3.

chambre fermée, elle la remplit de cette odeur. Leur corps est mince & petit, & surtout la tête, le bec, & les pieds sont extrêmement grêles. Les aîles & la queuë forment presque toute la grosseur de ces Oiseaux. Leur plumage est d'un gris obscur tirant sur le noir. Il est vraisemblable qu'ils se nourrissent de petits animaux d'une odeur fort douce, ou peut-être de l'Ambre même dont ils tirent l'odeur agréable qu'ils repandent.

N°. 5. *Friquet du Bresil.*

Ils ne surpassent pas en grosseur les Friquets de Hollande, mais par la beauté de leurs couleurs. Il sort de leur queuë deux grandes plumes, ce qui est extremement rare dans d'aussi petits Oiseaux; sa couleur est d'un cendré gris obscur. Les plumes de la queuë sont de la même couleur, ayant l'extrémité d'un roux clair. Le bec est garni de petites plumes d'un rouge-pâle. Les aîles sont du même rouge, mêlangé de jaune.

PLANCHE SOIXANTE-SEPTIEME.

N°. 1. *Phœnicoptere d'Amerique.*

On nous l'a apporté vivant de Curaçao, & après l'avoir gardé quelques jours dans nôtre maison, nous l'avons envoyé à la Cour d'un certain Prince. Cet oiseau qui n'est rien moins que laid, est un peu plus petit de corps que la Cicogne, mais il a le col, les cuisses, & les pieds beaucoup plus longs. Les doigts des pieds sont petits à raison de la grosseur du corps. La tête n'est pas grosse, mais longue. Son bec est singulier, étant à peu près de l'épaisseur & de la longueur d'un pouce, noirâtre par devant, recourbé en bas, & du reste jaune. Il est garni dessus & dessous de plusieurs petites dens, avec lesquelles cet Oiseau prend, divise & retient sa nourriture, qui d'ailleurs s'échaperoit aisement à cause de la courbure du bec. Quand il boit ou mange, il panche sa tête de l'un & de l'autre côté, pour mieux faire passer ses alimens. Il ne le cede à aucun des Oiseaux étrangers pour la beauté du plumage. Les plumes du corps, de la tête, des jambes, & des pieds, sont d'un rouge de Minium pâle. Celles des grosses aîles sont tout-à-fait noirâtres. Pline, & d'autres anciens Ecrivains, mettent les Phœnicopteres au rang des Cicognes, & Aristote les range parmi les Ibis. Cependant on ne sauroit avec verité les raporter à l'une ou à l'autre de ces especes, ils font plûtôt eux-mêmes un genre particulier d'oiseaux. Pline n'a pas moins erré en plaçant les Cormorans qui forment un ordre d'oiseaux à part, au rang des Herons, car cela revient à la même chose, que si quelqu'un rangeoit les Poules, les Pigeons, les Oyes, & les Canards sous une même classe. Je n'insisterai pas davantage sur cet article. Dans de pareils sujets il faut principalement ajouter foi aux temoins oculaires.

N°. 2. *Oiseau* Motmot, *du Bresil, d'un Rouge-bai.*

Il est de la grandeur d'un Pigeon. Sa tête est grosse, son col court, son bec petit & épais, fait comme celui des Poules ordinaires de nos païs, dont il aproche aussi par la figure de ses pieds. Les maitresses plumes des aîles sont d'un bleu verdâtre. Le bec est bordé de quelques plumes noirâtres. Cet oiseau bien aprêté, est fort bon au goût, au raport de ceux qui en ont mangé.

N°. 3. *Moi-*

Num. 3. *Passer, Americanus.*

Ex insulis Barbicensibus nobis transmissus iste Passer mirè venustis gaudet plumis. Supina ejus superficies nigerrima est; dum caput & thoracem Cyaneus tingit color, ventre interim albicante. Alarum pennæ, cum cauda, suavi nitent nigritudine, ad latera in dilutam purpuram tendente. Retrò saturatus viror caudæ superiora distinguit.

Num. 4. *Alcedo, cristata, Orientalis, elegantissimè picta.*

Caput, collum, & supernam corporis faciem, pigmentum Cyaneum, amœnissimum, ipso cœruleo, *Ultramarino* dicto, præstantius, purpureo coruscans tono, investit. Dilutiore Turcoidis quasi colore alæ infectæ sunt; pennæque harum remiges ex nigro & cœruleo variegatæ. Pectus saturatè flavum est; rostrumque, sat longum & latum, dilutè rubet. Cauda admodum brevis est. Nautæ, & alii per mare iter facientes, visis hisce avibus tranquillum sibi mare, auramque serenam, promittunt; unde ejusmodi tempora Latinis *Alcedonia* audiunt: septem enim diebus ante & post Solstitium hyemale, sudo cœlo, in mari nidificare hasce aves, communis est inter nautas traditio. Neque tamen ipsis inædificant aquis nidos suos, sed vel eminentibus in mari scopulis, salebrisque arenariis, vel algæ densè concretæ: prout testantur, longa qui mari itinera confecerê. Tabulâ LXIII, Num. 4, ejusmodi quoque Avem, at ab hâc discrepantem, descripsimus.

Hic esto finis historiæ Avium, ne ultra instituti nostri evagemur limites. His enim si addere foret animus, quas præterea possidemus, Aves, integrum adhuc volumen possemus exstruere: tanta adfluit earum copiâ nostrum Musæum. D. *Albinus* vastum librum, in folio, ut ajunt, de Avibus exoticis, Virginiæ præsertim, Londini edidit, ubi icones earum quàm nitidissimè ad vivum sculptæ exhibentur. Cæterùm subjunctâ nunc tabulâ, nidos Avium peregrinarum sistente, inde ad alia progrediemur animantia.

Lit. A. Capitis & rostri Phœnicopteri nativam magnitudinem repræsentat.

TABULA SEXAGESIMA ET OCTAVA.

Num. 1. *Nidus Avis, Mexicanæ,* Perkiet Cocho *dictæ, Tabula LIX, pagina* 94, *descriptæ.*

Is unà cum aliis plurimis nidorum speciebus nobis transmissus est. Neque certe operam videbamur ludere, conficiendo Tabulam, quæ varios exhiberet Avium nidos; ut scilicet inde eximia pariter & admiranda Dei elucescerent opera. Aves Ille tantâ impertivit dexteritate, pro sua ut singulæ specie & indole suos sibi artificio singulari nidos nôrint construere, & præmeditato quasi studio in formam debitam compingere, elaborare, & contexere è tenui, longoque, gramine arefacto, hujusque culmis, quorum ad firmitatem, & requisitam in longum & latum extensionem, juxta regulas quasi Geometricas nido conciliandam, usus est. Ecquis mortalium tantæ opus artis fabricare sustineat, mirumque adeo in ordinem cogere?

N°. 3. *Moineau d'Amerique.*

Ce Moineau dont le plumage est magnifique nous a été envoié des Isles Barbades. Le dos est d'un grand noir, pendant que le ventre est blanc, la tête & la poitrine d'un bleu-celeste. Les plumes des aîles & de la queuë jettent un beau noir, qui se change dans les côtés en un pourpre clair. Le dessus de la queuë est d'un verd foncé.

N°. 4. *Alcion Oriental, hupé, superbe par ses couleurs.*

La tête, le col, & le dessus du corps de cet Oiseau, sont peints d'un charmant bleu-celeste, beaucoup plus beau même que ce bleu qu'on nomme Outre-mer, nuancé de pourpre. Les aîles sont de la couleur de la Turquoise, mais d'un bleu plus lavé. Leurs grosses plumes sont noires & bleuës. La poitrine est d'un jaune foncé. Le bec est large, assez long, d'un rouge pâle. La queuë est fort courte. Les Matelots & ceux qui navigent se promettent un tems calme & serein, quand ils apperçoivent les Alcions sur mer; d'où vient que les Latins ont appellé *Jours Alcedoniens*, des Jours calmes & paisibles. Car c'est une tradition commune chez les Matelots, que sept jours avant, & sept jours après le Solstice d'Hyver, ces oiseaux font leurs nids sur mer à la faveur d'un Ciel serein. Cependant ce n'est pas sur les eaux que les Alcions bâtissent leurs nids, mais ou sur des rochers élevés, ou sur des bancs de Sable, ou sur une Mousse très-épaisse, selon le temoignage de ceux qui ont longtems couru les Mers. Nous avons représenté à la Planche LXIII N°. 4. un autre Alcion different de celui-ci.

Je finis par la description que je viens d'en faire, mon Histoire des Oiseaux, pour ne point passer les bornes que je me suis prescrites. Si j'avois dessein de décrire tous les autres Oiseaux, que j'ai encore, je remplirois un gros volume. M. *Albin* a fait imprimer à Londres un ouvrage considerable *in folio* comme on s'exprime, sur les seuls Oiseaux Etrangers & principalement ceux de la Virginie, dont il a donné de magnifiques representations copiées d'après nature: J'ajouterai ici uniquement dans la Planche suivante la description des nids de quelques Oiseaux étrangers, avant que de parler d'autres Animaux.

La lettre A de ce N°. représente la grandeur naturelle de la tête & du bec du Phœnicoptere, autrement dit Oiseau *Flamant*.

PLANCHE SOIXANTE-HUITIEME.

N°. 1. *Nid de l'oiseau du Mexique nommé* Perkiet Cocho, *& décrit à la Planche LIX, pag.* 94.

Il nous a été envoié avec plusieurs autres sortes de nids. Ce n'est point sans raison que nous rassemblons en une même Planche divers nids d'Oiseaux, puisqu'ils serviront à mieux faire sentir la beauté des Ouvrages de Dieu, qui a doué ces animaux chacun selon sa nature & son espece d'une dexterité extraordinaire pour bâtir avec un art singulier leurs differens nids, auxquels ils semblent n'avoir donné l'arrangement & la figure convenable qu'après une étude premeditée. En effet ils font leur nid d'une herbe seche longue & menuë, dont ils emploient les côtes pour le soutenir, l'étendre, & l'élargir autant qu'il est necessaire, comme s'ils avoient dessein de le former suivant les regles de la Géometrie. Quel mortel pourroit faire un ouvrage avec cet artifice, & l'arranger d'une maniere aussi merveilleuse? cela seul ne suffit-il pas






TAB. LXVIII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig 5.
Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 9.
Fig. 10.
Fig. 11.
Fig. 12.
Fig. 14.



cogere? Nonne vel inde convincimur infinitæ Conditoris ſapientiæ atque potentiæ? Dum Animantium cuivis, pro ſua ſingulis naturâ, id videmus inditum, ſtudioſè ut earum rerum ſatagant, quibus ad ſuî opus eſt ſuſtentationem. Ulterius verò eâ veluti prudentiâ utitur hæc Avium ſpecies, ſuum ut nidum tali in loco reponat, quò haud pertingere poſſe alia Animantia rapacia ipſi videtur: extremo enim tenuiſſimi ramuli proceræ admodum arboris illum ſuſpendit per binas ſetas longiuſculas, è muſcario, aut alius feræ caudâ, depromptas; quas utrinque & nido medio, & ramulo, ope roſtri ſui, tam firmiter illigat & adfigit, ut integras inde rurſum ſeparare nemo poſſit. Id primum nidi fundamentum eſt: tum vero quatuor pilorum dependentium fines, prius ſibi mutuò implexos, majoris mobilitatis gratiâ, extremo ramuli infigit; reliquos verò quatuor fines circa longum & robuſtum graminis, arundinisve, culmum fortiter convolvit, firmando nido inſervituros. Huic autem componendo craſſiores primò eligit ſtipulas, quibus arrectis figura nidi ſtabilitur; eadem prorſus methodo, ac in navium conſtructione coſtæ, ſeu ſtamina, prius digeruntur, ut præſcripta navis figura emergat. Illas poſtmodum tenuioribus aliis culmis, & feſtucis gramineis, denſè pertexit ad ſoliditatem demum atque firmitudinem nidi parietibus conciliandam. Et certè mari æquè ac fœmellæ ea ineſt acies, ut eligant exactè id, quod ad nidi perfectionem requiritur, nec quicquam adferant, niſi quod conſtruendo ſuo ædificio aptum natum eſt. Quemadmodum verò faber lignarius, quali materie ad domum, vel navim, conficiendam opus ſit, novit, nec ligna ponderoſiora ſupremis, ſed infimis impendit partibus, ut ſtabile habeatur fundamentum; ita haud abſimilem diſcernendi facultatem, & quaſi judicium, avibus, præ omni alio animantium genere, ab omnipotente Conditore inditum licet conſpicere. Mas & fœmella, ambæ impigerrimæ, mutuam inter ſe operam conferunt; ſiquidem ſolo unius labore perfici nequeat opus. Alterâ nimirum materiem, nido conſtruendo neceſſariam, dum adfert, altera interim nidificat, rejecto inhabili conquirentes id, quod inſervire poteſt. Neque aliis utuntur inſtrumentis, quàm roſtro quælibet ſuo, cujus adminiculo omne perficiunt opus, foraminula terebrant, in quæ ſtipulas trajiciunt, ſic nido denſitatem conciliantes, omnemque deinde ſuperficiem compungendo arctè adeò compingunt, nuſpiam ut rima aut hiatus pateat. Tam hisce, quàm aliis in oris plurimæ reperiuntur Aves oſcines, uti hîc locorum ſunt Alaudæ, Luſciniæ, aliæque plures, quæ ſtimulo quodam, à Naturâ indito, excitantur, verno ut tempore, ſummo mane, ſuaviſſimâ voce ſuâ cantilenam quaſi modulentur, inque ſui Conditoris laudes altiore aliæ, aliæ depreſſo magis tono erumpant; unde ſymphonia naſcitur amabiliſſima. Id verò plerumque obſervatur, quod, primâ quæ aurorâ cecinerê Aviculæ, per diem inſequentem ſtruendis nidis occupatæ ſint, ſeſe ſocient, & ſuam propagare ſpeciem ſtudeant. Quando autem incubandis detinentur ovis, tum equidem à cantu feriantur, neque prius eundem repetunt, quàm adultis demum pullis, beneficii quippe, ipſis à ſupremo Numine præſtiti, tum gratè memores. Quâ certè in re hominum plurimos antecellunt: quemadmodum & aliis in virtutibus haud raro obtinet, Hominem, non ſolum ad imaginem Dei fabrefactum, ſed vel divinâ etiam præditum mente, à brutis, ratione carentibus, ad pudorem usque confundi. Huc & adjungi meritò poteſt, *rei cujuslibet minimi habitæ jacturam eſſe maximam.* Nos tamen hisce, ab inſtituto noſtro alienis, haud immorabimur diutius. Avicula quælibet ſuam ſuo modulatur tono cantilenam, eâque, quaſi dulciſſimâ, ſibi placet. Suum cuique pulchrum. In libro quodam canticorum, linguâ Teutonicâ compoſitorum, carmen reperitur in vernum tempus, ſeu menſem Majum, quo hujus gratia & jucunditas, Homini, cunctisque animantibus, acceptiſſima, deprædicatur, adjectâ ſimul Avium dulcè canentium deſcriptione.

Carminis

pas pour nous convaincre de la Puiſſance & de la ſageſſe infinie du Créateur? C'eſt lui qui a donné à chaque animal conformement à ſa nature cet inſtinct, ce ſoin de ſe pourvoir de tout ce dont il a beſoin pour le maintien de ſon être. L'eſpece particuliere d'oiſeau dont je parle ici, a de plus la prudence de conſtruire ſon nid dans un lieu inacceſſible aux animaux de rapine. Car il le ſuspend à l'extremité de la plus fine branche d'un arbre extremement haut, par le moyen de deux longues ſoyes de la queuë d'un Cheval ou de quelque autre bête. Il fiche ces ſoyes, & les attache avec ſon bec ſi fermement de part & d'autre, au milieu du nid, & à la branche de l'arbre, qu'on ne pourroit enſuite les ôter ſans les rompre: ce fondement du nid poſé, notre oiſeau prend quatre bouts des ſoyes qui pendent, & qu'il avoit entrelaſſé auparavant pour les lier à l'extremité de la branche, après quoi il entortille fortement autour de la plus longue & la plus robuſte côte de l'herbe, les quatre autres bouts des ſoyes qui ſervent à appuyer & à affermir le nid. Il a ſoin de choiſir d'abord les plus groſſes pailles qu'il dreſſe en haut pour lui donner la figure, preciſement de la même maniere qu'on pratique dans la conſtruction des Vaiſſeaux pour leur donner la forme qu'ils ont. Enſuite il entrelaſſe ces groſſes pailles, d'autres pailletes ou côtes d'herbes d'une maniere preſſée & ſerrée, afin de raſſurer & de ſoutenir les parois du nid. Au reſte le Mâle & la Femelle ont une égale habileté à choiſir exactement & ſans erreur tout ce qui convient de mieux à la ſtructure de leur nid. De même qu'un Charpentier connoit les materiaux dont il a beſoin pour bâtir une maiſon ou un vaiſſeau, & que pour en faire le fondement durable, il ſe ſert du bois le plus peſant, ainſi le Créateur a doué les oiſeaux au deſſus de tout autre animal d'un diſcernement aſſez ſemblable. Le Mâle & la Femelle ſe prêtent tous deux avec une pareille activité le ſecours mutuel qui leur eſt entierement neceſſaire. Pendant que l'un aporte des materiaux pour la conſtruction du nid, l'autre le bâtit, en prenant ce qui y eſt le plus propre, & rejetant le reſte. Ils ſe ſervent, pour unique outil, de leur bec, avec lequel ils font de petits trous; Ils paſſent dans ces trous, des pailles dont ils garniſſent le nid de toutes parts, & d'une façon ſi preſſée, qu'on n'aperçoit ni fente ni petite ouverture.

On trouve dans ces Contrées-là comme ailleurs quantité d'Oiſeaux de chant tels que ſont ici les Aloüettes, les Roſſignols & divers autres, qui ſe portent de grand matin dans le Printems par un inſtinct naturel à former à l'envi les plus aimables & les plus doux concerts à la louange du Créateur. L'on a obſervé fort ſouvent que ceux de ces oiſeaux qui ont aujourd'hui chanté de bon matin, s'occupent le jour ſuivant à conſtruire leurs nids, à faire l'amour, & à s'apareiller pour conſerver leur eſpece. Quand ils couvent leurs œufs ils s'abſtiennent de tout chant, & ne le reprennent que lorsque leurs petits ſont gros, ſemblant vouloir alors marquer à l'Etre ſuprême la reconnoiſſance de ce bienfait. En quoi ils ſont au deſſus de beaucoup de gens, & certes à pluſieurs autres égards les bêtes deſtituées de jugement font honte à l'homme qui a été créé à l'image de Dieu, & qui a ſeul la Raiſon en partage. L'on peut bien dire à cette occaſion, que ce dont on fait le moins de cas eſt juſtement ce qui a le plus de prix; Mais je ſuprime des réflexions qui m'éloigneroient trop de mon but. Chaque oiſeau a ſon chant particulier qui lui eſt propre, qui lui plait, & qu'il ne change point. On lit dans un Livre de Cantiques écrits en Allemand, une belle deſcription en vers des douceurs du Printems, & des ſons melodieux dont les oiſeaux font retentir les airs dans cette ſaiſon-là.

Carminis hoc est principium. *Wie lachet der Himmel, &c.*

Die Vögel in Lüfften mit lieblichem singen
Auf bebenden Asten mit Freüden umspringen;
Die Nachtigal kämpfet mit frölichem schall
Mit ihren Gespielen im grünenden Thal.
Die Hirschen, die Bären, die Gemsen, und Rinder,
Die Schaffe, die Ziegen, die Hirten, und Kinder,
Die springen, die singen, die schertzen mit Freüd,
Vergessen des Winters verdrieszliche Zeit.
Die Hertzen der Frommen, erfüllet mit Wonne,
Erfreüen sich über die gläntzende Sonne,
Und sagen: wie lieblich wierd immerdar seyn
Der Himlische Frühling in ewigen Schein!

Quæ verba huc quadrantia idiomate Latino ferè ita sonant: „ Aëriæ Aves dulci sub cantu per „ tremulos arborum ramos ovant: Luscinia suis cum sociis de vocis suavitate viridantibus in vallibus cer„ tat. Cervi, Ursi, Damæ, Boves, Oves, Capræ, suisque cum liberis Pastores tripudiant, cantuque „ & ridente joco sese delectant, austeræ tædia hyemis obliti. Piorum corda, gaudio plena, radiante „ Phœbi jubare sese reficiunt, inque hæc verba erumpunt: O quam immensa erit illius dulcedo Veris, „ quod tandem in cœlo dabitur nunquam cessaturum!"

Num. 2. *Nidus Avis* Hoitzitzillin, *Americanæ, Papilio alias vocatæ, supra descriptæ.*

Nidus hic adeo mirabilis est fabricæ, ut similem vix viderimus alibi. Longo illum pilo suspendit Avis de extremo ramuli tenuissimi, quem facillimè mobilem levis aura huc, illuc, continuò impellit. Res est admiratione dignissima, tantam tenellis hisce Animalculis à naturâ impertitam esse prudentiam atque dexteritatem in conficiendis nidis, ut sese in his recondere, sua incubare ova, pullosque educare queant, tuta interim à grandioribus Araneis, Lacertis, aliisve insectis, quæ admodum numerosa istis in regionibus reperiuntur, nec ovula tantum exsugunt, sed vel ipsi Avi insidias struunt, hujus, si assequi potuerê, sanguine sese satiatura. Horum igitur ut hostium injurias eludant Aves istæ, nidos ideò suos è rigidis, atque tenacibus graminum culmis, foliisque, in formam rotundam, aut oblongam, prout hæc vel illa commodiorem dederit introitum & exitum, construunt, eosque æquabiliter adeo in omnem ambitum, ad normam quasi Geometricam, distendunt, ut intropremi, aut collabi nequeant. Introitui via patet pedem longa, quam excipit à posticâ parte saccus rotundus, deorsum propendens, qui nidus ipse est, mollique lanugine intus vestitus ponendis & incubandis inservit ovulis, pullisque educandis: ibi quippe securæ delitescunt, & immunes ab allapsu hostium suorum, grandium præsertim Araneorum. Hi enim uncinatis præditi pedibus, unguibusque, tam tenui sese ramulo nequaquam committere, multòque minus nidum audent impetere, utpote qui extus tenuibus stipulis exasperatus ipsorum ungues irretiret ita, ut inde rursum sese extricare non possent. Pendet ex ramuli apice nidus in æquilibrio, longumque ingressûs canalem à latere

Ce Poëme commence ainsi: *Wie lachet der Himmel* &c.

Die Vögel in Lüfften mit lieblichem singen
Auf bebenden Asten mit Freüden umspringen;
Die Nachtigal kämpfet mit frölichem schall
Mit ihren Gespielen im grünenden Thal.
Die Hirschen, die Bären, die Gemsen, und Rinder,
Die Schaffe, die Ziegen, die Hirten, und Kinder,
Die springen, die singen, die schertzen mit Freüd,
Vergessen des Winters verdrieszliche Zeit.
Die Hertzen der Frommen, erfüllet mit Wonne,
Erfreüen sich über die gläntzende Sonne,
Und sagen: wie lieblich wierd immerdar seyn
Der Himlische Frühling im ewigen Schein!

C'est-à-dire à peu près dans notre langue. „ Les aimables oi„ seaux habitans des airs chantent amoureusement leurs triom„ phes. Le Rossignol au milieu des vertes prairies dispute de la „ douceur de son chant avec ses égaux. Les Cerfs, les Ours, „ les Daims, les Brebis, & les Chevres viennent bondir dans la „ campagne. Les Bergers & leurs enfans oublians les ennuis du „ cruel Hiver, s'abandonnent aux ris, aux danses, & aux chan„ sons. Les cœurs des personnes pieuses, épris de joie, & re„ chausés par les doux raïons de Phebus, s'écrient, O quels ne „ seront point les charmes de ce printems dont on joüira dans „ le Ciel à toujours!

N°. 2. *Nid de l'Oiseau* Hoitzitzillin, *d'Amerique, nommé autrement Papillon, & décrit ci-dessus.*

Ce nid est d'une structure si merveilleuse, qu'à peine en avonsnous vû qui l'égale. Cet oiseau le suspend à l'extremité d'une des plus fines branches d'arbre de telle maniere que le moindre vent le fait mouvoir de côté & d'autre C'est une chose digne d'admiration que de si petits animaux soient doués naturellement d'une prudence & d'une dexterité si grande, qu'ils sachent bâtir leurs nids, s'y renfermer, y couver leurs œufs, & élever leurs petits dans un lieu choisi, où ils puissent être à l'abri des Lezards, des grosses Araignées, & autres insectes pareils fort communs dans ces païs-là, qui non seulement cherchent à succer les œufs de ces oiseaux, mais leur tendent des pieges à eux-mêmes pour les atraper, & se nourrir de leur sang. Ainsi ces sortes d'oiseaux pour éviter les embuches de tels ennemis, construisent leurs nids de chaumes d'herbes forts & tenaces, ou de feuilles à qui ils donnent une forme ronde ou oblongue selon que cela est plus commode pour leur conserver une entrée & une sortie: Et afin que leurs nids ne puissent tomber, ni être comprimés, ils les étendent également de toutes parts, pour ainsi dire selon les regles de la Géometrie: Un sentier de la longueur d'un pied conduit à l'entrée du nid; derriere paroit un sac rond, suspendu, qui est le nid même, tout garni interieurement d'une laine molle, douce, propre à contenir les œufs & les petits de ces oiseaux. Là ils sont en fureté & à couvert des insultes de leurs ennemis & en particulier des grandes Araignées. Car avec leurs pattes & leurs ongles crochus, elles n'osent se confier sur une branche très-mince, beaucoup moins attaquer un nid défendu exterieurement par des pailles qui les arrêteroient & les retiendroient si bien qu'elles ne pourroient s'en débarasser. Le nid que je viens de décrire pend en équilibre de l'extremité d'une fine branche de l'arbre, & laisse à l'oiseau un chemin libre de chaque

latere porrigit, ut libera foret per hanc utrobique via. En jam hîc Naturæ miraculum, artis opus, tam pusillis ab Animalculis elaboratum, stuporem cuicunque etiam incutiens Artifici! Id verò justa cum admiratione qui contemplatur, nonne compellitur, ut sapientissimo coram Naturæ Architecto profundissimâ cum veneratione sese prosternens ab hoc fonte, è quo omnia, veros avidus Sapientiæ latices sibi petat & promittat?

Num. 3. *Nidus Avis, Mexicanæ,* Guira *dictæ.*

Brasiliæ incolæ *Tupinambi* vocant. Est autem Avis, Turdo magnitudine par, elegantissimo pennarum versicolorum apparatu superba. Nidus, mira quoque arte extremis adfixus ramulis, horum & folia sibi illigata, & supernæ suæ parti, instar sacci pecuniarii, cujus ora patens reflexa est, conformatæ, implexa gerit; unde crassus hoc contextu nascitur firmusque limbus, qui foramen, ingressui patens, æque semper amplum conservat. Subtus è subtili vimine contextus cernitur fundus, qualis in sportula, superiora versus accuratè implexus; ita ut ab omni parte probè prospectum sit. Interna superficies lanugine mollissima est vestita: neque certè verbis exprimi potest, quanto huic artificio subtexta sint asperiora variarum graminis specierum foliola; nec & exactam hujus nidi imaginem ita licet æri incidere, uti is verè constitutus est, & à me demonstrari potest.

Num. 4. *Nidi alia species, ab ignotâ nobis Ave constructi.*

Nullo indicio patet, nidum hunc, instar priorum, è ramulo suspensum fuisse: potius verò inter ramorum arboris divaricationes videtur hæsisse. Superior ejus ora introitui patens, uti in præcedente, reflexa est, & crasso veluti limbo prætexta: at illo tamen minus profundum est ejus cavum, & latius diductum; externusque paries latior, durior, magisque resistens, è foliis graminum implexis constat; dum superficiem internam mollis è musco pulvinus obducit.

Num. 5. *Alia Nidi, Americani, species.*

Nidus hic è molli musco, in uliginosis, aut paludosis, locis crescente, conflatus, ramulo arboris adglutinatus est mediante musco, ibi tam firmiter infixo, dimoveri ut nidus nequeat. Foramen ingressui & exitui destinatum, uti sportula operculo prædita, valvâ gaudet, quam demittunt Aves istæ, incubandis ovis occupatæ; ne quid ab aliis animantibus tum patiantur mali. Valva hæc altero latere fixa, mobilis altero, aperiri facile & claudi potest. Quin & in medio nidi exiguum quoddam patet spiraculum, raris musci filamentis temerè tectum. Mirum rursus & singulare hoc inventum est. Unde elucescit, aves singulas peculiari in construendis nidis suis fabricâ delectari; quemadmodum vel in nostratibus etiam Avibus quotidiana nos docet experientia.

Num. 6. *Nidus in senticeto repertus.*

E tenuibus & molliculis fœni culmis, loco commodo, tres aut quatuor Dumeti ad ramulos defixis, conflatus iste nidus ab Homine pariter ac feris immunem sistit avem suam; siquidem veprium spinæ accessum

chaque côté pour y entrer. Quel est l'ouvrier le plus habile qui ne soit saisi d'étonnement à la vuë d'un ouvrage si merveilleux exécuté cependant par d'aussi petits animaux? Qui est-ce qui peut y reflechir sans admiration, & sans les sentimens de la plus profonde veneration pour le sage & souverain Architecte de la Nature, duquel seul découlent les vraies sources de la sagesse?

N°. 3. *Nid de l'Oiseau du Mexique qu'on nomme* Guira.

Les habitans du Bresil l'appellent *Tubinambi.* Cet oiseau qui est de la grosseur de la Grive, brille par la magnifique varieté de son plumage. Son nid est attaché aux extremités des petites branches d'arbres, & entrelassé aux feuilles de ces branches, formant comme une poche dont l'ouverture seroit ouverte & retournée en dehors. Cette structure en rend les bords plus épais, plus solides, & en conserve toûjours l'entrée également large. Le fond du nid est tissu d'un osier très-fin, à peu près comme sont faites les petites Corbeilles: ce tissu s'étend jusqu'au haut du nid qui est situé de maniere que l'oiseau peut l'apercevoir de toutes parts. Le dedans est garni d'un duvet extremement doux. Il n'est certainement pas possible d'exprimer par des paroles avec quel art les petites feuilles de diverses sortes d'herbes sont entrelassées dans ce nid, & il n'est pas moins difficile d'en faire graver une figure qui le représente tel qu'il est veritablement, & tel que je puis le faire voir à l'œil.

N°. 4. *Autre Espece de Nid d'un Oiseau qui nous est inconnu.*

Il ne paroit pas que ce nid-ci ait été suspendu comme les précedens à quelques branches d'arbre, & il semble plûtôt avoir été bâti au milieu de plusieurs branchages: son ouverture superieure est grande, retournée en dehors de même que dans le nid qui précede, ce qui rend sa bordure épaisse. D'ailleurs il n'est pas si profond, mais plus large. Ses côtés sont aussi plus étendus, plus forts, plus solides, formés de feuilles d'herbes entrelassées ensemble. Une mousse molette tapisse l'interieur du nid.

N°. 5. *Autre espece de Nid d'un Oiseau d'Amerique.*

Il est fait d'une mousse fine qui croît dans les lieux humides ou marécageux, & il est si bien collé à une branche d'arbre au moien de cette mousse, qu'il n'est pas possible de le détacher. Le trou qui sert à l'oiseau pour entrer dans ce nid & pour en sortir, a un couvercle comme est celui d'une corbeille, attaché par une espece de charniere. Ces oiseaux font tomber ce couvercle quand ils veulent couver, afin de ne recevoir aucun dommage des autres animaux; ce couvercle fixe d'un côté & mobile de l'autre, peut aisément s'ouvrir & se fermer. Il y a au milieu du nid comme un soupirail legerement couvert de filamens de mousse. Cette invention est aussi singuliere qu'admirable, & fait bien voir que chaque oiseau se plait à une façon qui lui est propre de bâtir son nid, comme l'experience journaliere nous en convainc encore évidemment dans les oiseaux de notre Europe.

N°. 6. *Nid qu'on a trouvé dans un Halier.*

Ce nid est fait de tiges de foin minces & tendres; il est placé commodément entre divers branchages de buisson, à couvert des attaques des hommes ou des bêtes, étant defendu tout autour par les

acceſſum faciant difficillimum. Inde eſt, quod avium iſta ſpecies patenti ſemper nido inhæreat, molli intus lanugine veſtito. Ovula cœrulea ſunt.

Num. 7, 8 & 9. Nidos hoſce cum ſuis ſingulos aviculis ex Americâ, per Curaſſoam, ſingulari munificentiâ nobis, in augmentum noſtri Muſei, transmiſit Nobiliſſ. D. Fredericus Eck, Amſtelædami jam nunc habitans, cujus de optatiſſimâ mecum familiaritate eſt quod impenſè mihi gratuler. Minima hæc eſt Avium cognitarum ſpecies, exceptis illis, quarum ſub Num. 13 hujus Tabulæ nidus repræſentatur: hæ enim parvitate omnibus palmam præripiunt. Interim ad idem genus ambæ videntur ſpecies pertinere, ſoloque plumarum diſcrepare colore. Vocantur autem horum nidorum Aviculæ *Colobrietjes*, ſeu *Floriſugæ*, aut *Melliferæ*; quum melle ſeſe nutriant, ope linguæ ſuæ è floribus educto: lingua enim ipſarum longa, in binos quaſi dimidiatos tubulos, parte concavâ ſibi mutuo congruentes, fiſſa eſt, quàm profundè adeò in flores dimittunt, ut apice in mellis utriculum pertingente hunc penitus emungere ſuctu queant. Apum ſic æmulæ de flore ad florem transvolant. Attamen haud in favos reponunt mel; neque & plus exſugunt, quàm quo in victum quotidianum opus eſt. Elegantiſſimis autem & mirè fulgentibus ornantur Aves hæ coloribus. Caput colliique ſuperiora ſaturatus Rubini tingit color: pronam colli faciem, & pectus, ſaturatè igneus quaſi Topaſii lapidis fulgor, auro miſtus, perfundit: Smaragdino alæ virore ſplendent: abdomen verò & caudæ pennæ ex griſeo albicant. Totum corpuſculum anteriorem digiti auricularis Domicellæ articulum magnitudine æquat, cui caput proportionatum eſt, longo donatum roſtro, non incurvo, ſed rectâ porrecto. Fœmellæ harum Avium ſupinam corporis faciem, & pectus, colore Smaragdino, aureum emittente tonum, tincta oſtentant: alæ autem ipſarum ſaturatè griſeæ ſunt; & cauda ex ſaturatè viridi refulget. In malo Aurantiâ, aut Limoniâ, vel Tamarindo, ſuos defigunt nidos, qua bini, aut terni, juxta ſe mutuo ramuli exoriuntur; hos enim inter collocatus, implexusque, nidus firmâ ſtat baſi. Materies, è qua nidus conſtat, ſingularis eſt, mollique ſeminum pappo remixta: ex hâc in molliſſimam quaſi alutæ ſpeciem denſè contextâ ſaccum conflant, ſubtus in acumen convergentem; cujus ferè dimidia cavitas inferna tenero repleta eſt tomento: in hoc ſua hæ Aviculæ ovula, minutis piſis luteis forma pariter ac magnitudine ſimilia, reponunt, pulloſque inde excludunt. Aranei ipſis maximè inſidiantur. Tres hujusmodi nidos hîc repræſentamus.

Num. 10. *Avicula, cantu Carduelem referens, Mexicana, cum nido.*

Hiſpanis *Cocotzli* vocatur, juxta teſtimonium Fr. Hernandeſii, eſtque ex luteo, ruffo, aliisque coloribus pulchrè variegata. Nidus vaſculi Theani Indici formam gerit, mollique materie muſcoſâ conſtat. Utrum verò Aviculæ hæ arboribus, an fruticibus, ſuos implantent nidos, haud determinaverim, qui nil de hac re certi ſum compertus. Ovula ipſarum oblonga dilutè cœruleſcunt.

Num. 11. Nidi hujus Aviculam non poſſidemus, ſed nomen ejus Hiſpanicum *Tlopaltototl* eſſe novimus. Magnitudine priori Carduelí æqualis eleganti è plumis verſicoloribus veſtitu gaudet. Nidus, non admodum profundus, villoſo è muſco confectus, figuram catilli æmulatur.

Num. 12. Nidus hic formâ priori, Num. 11, ſimilis, at minor eſt, minutisque è granulis, tomentoſis, conſtructus: unde neceſſariò ſequi videtur, eum ab aliâ Avium ſpecie fabrefactum eſſe.

Num. 13.

les épines, mais étant en même tems fort ouvert pour que l'oiſeau en ait l'entrée libre. Le dedans eſt garni d'un duvet mol & cotonneux. Les œufs de cette espece d'oiſeau ſont bleus.

N°. 7. 8. & 9. M. Frederik Eck dont l'amitié m'eſt extremement précieuſe, m'a fait la faveur de me faire avoir ces trois nids avec leurs oiſeaux d'Amerique par la voie de Curaçao. Ces oiſeaux ſont de la plus petite espece qui ſoit connue excepté ceux dont nous avons repréſenté le nid au N°. 13 de cette Planche, lesquels ſurpaſſent effectivement tous les autres en petiteſſe. Cependant ces deux especes ſemblent apartenir à la même claſſe, & ne differer que par la couleur du plumage. On nomme ceux dont il s'agit ici *Colubrietjes*, ou *Suce-Fleurs*, ou bien *Suce-Miel*, parce qu'ils ſe nourriſſent de miel qu'ils tirent des fleurs avec leur langue. Ils ont la langue longue, fendue en deux demi-tuyaux qui ſe joignent enſemble par leur partie concave, & ils l'enfoncent dans la fleur pour en ſucer le miel, volant comme l'Abeille de fleur en fleur, à cette difference près qu'ils ne forment aucun raïon de miel, & n'en ſuccent qu'autant qu'ils en ont beſoin pour leur nourriture journaliere. Ces oiſeaux ont un plumage qui jette un éclat magnifique. La tête & le deſſus du col ſont d'un rouge de Rubis; le deſſous du col & la poitrine ont le brillant du Topaſe melé d'or; les aîles brillent d'un verd d'Emeraude; le bas ventre & la queuë ſont d'un gris blanchâtre. Leur corps auquel la tête eſt proportionnée n'eſt que de la groſſeur d'une des articulations du petit doigt d'une Dame; mais leur bec eſt long, droit, & point du tout crochu. Les femelles ont le deſſus du corps & la poitrine d'un verd d'Emeraude nuancé d'or, avec les aîles d'un gris obſcur, & la queuë d'un verd de mer.

Ces oiſeaux font leurs nids ſur des Orangers, des Citronniers, des Tamarins, dans un endroit où deux ou trois branches de ces arbres ſe trouvent entrelaſſées, afin de donner à leurs nids une ſituation ſolide & ſure. Ils les bâtiſſent d'une matiere ſinguliere, ſavoir de ce tendre cotton qui s'attache aux ſemences duquel ils forment une espece de ſac extremement ſerré, pointu par deſſous, & ne reſſemblant pas mal à un ſac d'une peau de Chamois, fort douce. Une partie du fond du nid eſt garnie d'un duvet encore plus fin. C'eſt là que ces oiſeaux poſent leurs œufs qui ſont de la groſſeur & de la figure de menus pois jaunes, & ſervent de coque à leurs petits avant que d'éclorre. Les Araignées ſont les animaux qu'ils ont le plus à craindre. Les trois nids que nous repréſentons ici ſont de cette espece d'oiſeaux.

N°. 10. *Petit Oiſeau du Mexique qui imite le chant du Chardonneret: On l'a ici repréſenté avec ſon nid.*

Cet oiſeau eſt nommé *Cocotzli* par les Espagnols au raport de Fr. Hernandes, & a le plumage agréablement varié de jaune, de roux, & d'autres couleurs. Son nid a la figure d'une Théiere des Indes; il eſt fait d'une fine mouſſe, douce au toucher. Je ne ſaurois aſſurer s'il bâtit ſon nid ſur des arbres ou ſur des arbriſſeaux. Ses œufs ſont oblongs, d'un bleu-clair.

N°. 11. Nous n'avons pas l'oiſeau de ce nid, nous ſavons ſeulement que les Espagnols nomment cet oiſeau *Tlopaltototl*. Il eſt de la groſſeur du Chardonneret, & porte un joli plumage de diverſes couleurs. Son nid n'eſt pas profond, mais il approche de la figure d'un petit plat, & eſt conſtruit d'une mouſſe cotonneuſe.

N°. 12. Ce nid-ci reſſemble pour la forme au précedent, mais il eſt plus petit, & d'ailleurs il eſt fait de graines menues, lanugineuſes, d'où il ſuit qu'il doit être d'une espece d'oiſeau differente.

N°. 13. *Nid*






TAB. LXIX.
Fig. 5.
B
Fig. 6.
Fig. 4.
Fig. 4.
Fig. 3.
Fig. 2.
A
Fig. 7
A
Fig. 7.
Fig. 1.
Fig. 8.



Num. 13. *Nidus minimæ omnium hactenus cognitarum Avium speciei.*

Melliferæ sunt hæ Aviculæ, & ovula ponunt grano Piperis albi haud multò majora. Nidus eadem constat materie, quâ priores sub Num. 7, 8, 9. Tabula LIX ipsam Aviculam repræsentat, quæ à patriæ suæ incolis *Ronkje* vocatur.

Num. 14. *Nidus Aviculæ, Brasiliensis.*

Ejus figura nido, Num. 10 descripto, congruit: materies mollis est & tenuis muscus.
Ita & huicce Nidorum historiæ finem imponimus; quem difficulter certè daretur invenire, si ulterius hoc thema prosequi foret animus.

TABULA SEXAGESIMA ET NONA.

Num. 1. *Aranea, maxima, Ceilonica, insigne gerens.*

Aranearum familia admodum multiplex est: quævis ferè regio peculiares earum species tam figurâ quàm ornatu colorum diversas profert. Hæcce inter maximas, quas unquam vidimus, referenda, in Thesauro D. *Jacobi ten Kate*, summi & peritissimi rerum naturalium æstimatoris, invenitur; cujus permissu rari hujusce insecti icon hanc in Tabulam transfluxit. Quantumvis vivens adspectu sit horridissima, mortua tamen in liquore conservata necquicquam detestabilis præ se fert; sed potius elegantissimam se monstrat insculptis dorso insignibus circularibus, quæ decem pedes oblongos, pilis hispidos, tegunt: pedes hi in septem articulos fracti longiusculos, haud æquè magnos, sed uti in Astacis inæquales, scutis prominulis subtus ad ventrem muniuntur; extremi pedum articuli ungulæ sunt incurvis unguiculis instructæ. Caput breve rotundo sub scuto quoque delitescit, binos gerens forcipes, pilis crassis obsitos, incurvatos, acutisque extremis suis ad se invicem contractiles: quidquid hisce in pabulum prehendit Animal, elabi vix patietur. Pars corporis posterior crassa & ovalis, in binos apices pilosos, tanquam caudulas, desinens, in medio sui oblongam gerit maculam, limbis quasi nigris fimbriatam: cætera ex nigro marmoris instar variegata sunt. Pedes quoque nigricantes tæniæ in longum protensæ distinguunt.

Num. 2. *Aranea, Ceilonica, insigne gerens; altera.*

Hujus generis Araneæ nobis suppetunt permultæ. Isthæc Ceilonica insculptum dorso circulare gerit insigne, seu scutum, haud tamen adeo concinnum ac prioris. Corporis postica pars, nonnisi dilutè rufis obsita pilis, ornatu caret. Cætera cum priore in omnibus convenit. Longi capilli, totam qui ejus superficiem obsident, saturatè spadicei, Soli obversi vividissimè resplendent. Telas haud conficit grande hoc Aranearum genus, quippe ob magnitudinem & pondus ipsis ferendis impares futuras: at verò altis super arboribus hærentes dum sese demittere conantur, filum crassum trahunt, juxta quod lentè descendunt, instar Erucarum; quas & hac in re imitantur, quod ovalem nidum de textis suis elaborent, in quo delitescentes ova

N°. 13. *Nid de la plus petite espece d'Oiseau qui soit encore connue.*

Ces sortes d'Oiseaux sont ceux qu'on appelle succe-Miel, dont les œufs ne surpassent gueres en grosseur un grain de Poivre blanc. Leur nid est construit de la même matiere que les nids décrits aux N°. 7. 8. 9. La Planche LIX. donne la représentation de l'Oiseau même nommé *Ronckje* par les habitans du lieu.

N°. 14. *Nid d'un petit Oiseau du Bresil.*

La figure de ce nid convient avec celui qui a été décrit au N°. 10. il est fait d'une mousse fine & douce au toucher.
En voilà assez pour ce qui regarde la Description des nids d'Oiseaux que nous aurions bien de la peine à épuiser, si notre intention n'étoit de nous restraindre dans cet Ouvrage.

PLANCHE SOIXANTE-NEUVIEME.

N°. 1. *Araignée très-grande, de Ceylan, munie sur le dos comme d'un bouclier.*

Il y a beaucoup d'especes d'Araignées, & presque chaque païs à ses especes particulieres qui different tant en figure qu'en couleur. Celle-ci est des plus grandes que j'aie jamais vu. Elle se trouve dans le Cabinet de Mr. *Jacob ten Kaate*, homme également curieux & versé dans l'Histoire Naturelle, & qui m'a permis d'en faire graver ici la figure. Quelque horrible que soit cette Araignée étant en vie, quand elle est morte & conservée dans une liqueur, elle ne montre rien de si hideux, au contraire elle paroit fort belle par les boucliers circulaires qu'elle porte gravés, sur le dos, & qui couvrent dix pattes longues & velues. Ces pattes sont formées de sept articulations inégales comme dans les pattes d'Ecrevisses, & sont couvertes jusques sous le ventre d'une croute dure relevée en bosse; leurs extremités inferieures sont munies de petits ongles crochus. La tête est petite defenduë comme par un bouclier, & armée de deux pinces, garnies de poils, crochues, que l'Araignée peut serrer ensemble & desserrer. Cet animal laisse rarement échaper ce qu'il a une fois saisi avec ces deux pinces pour lui servir de nourriture. La partie posterieure du corps est ovale, épaisse, terminée par deux appendices revetues de poils. Au milieu du corps paroit une tache oblongue & noire dans les bords qui semblent éfilés. Le reste du corps est marbré de noir. Les pattes sont noiratres raiées de bandelettes mises en long.

N°. 2. *Autre Araignée de Ceylan, couverte aussi comme d'un bouclier.*

Nous possedons plusieurs Araignées de cette espece. Celle-ci ne differe gueres de la précedente. Le bouclier rond dont elle est munie sur le dos paroit mieux fait. La partie posterieure de son corps est couverte de poils d'un roux-clair sans autre ornement. Tout le dessus du corps est herissé de longs poils, chatains, très-brillans quand ils se rencontrent exposés aux raïons du soleil. Ces sortes de grosses Araignées ne font point de toiles; elles ne sauroient gueres en filer d'assez fortes pour supporter le poids de leur corps. Mais si elles se trouvent sur de grands arbres, elles devident un gros fil au moyen duquel elles descendent lentement, à la maniere des Chenilles, qu'elles imitent aussi en formant de leur fil un nid ovale, où elles posent leurs œufs & les cou-

ova ponunt & excludunt, uti cruciatæ Araneæ nostrates: inserunt autem nidos hosce tam firmiter inter ramos arborum, ut inde avelli haud facile possint. *Joh. Nieuhovius* venenatos ipsis aculeos adscribit, quorum tamen nullam mentionem facit D. *Merian* in descriptione Insectorum Surinamensium. Homini, vel aliis animalibus, raro nocent, proprio duntaxat, quo se sustentent, inhiantes pabulo, Muscis nimirum, Culicibus & Formicis. D. *Merian* octonis ipsas oculis gaudere asserit: nobis tamen haud plures binis observati sunt, qui in antica scuti rotundi facie quàm distinctissimè patent. Nonnullæ quidem maculæ albicantes aliquando in iis occurrunt, præcipuè ubi rarioribus pilis obsitæ sunt; has tamen oculorum numero nemo legitimè accenseat.

Num. 3. *Aranea, Americana.*

Harum plurimæ Surinamo nobis transmissæ sunt majores & minores, unà cum nidis, lit. A exhibitis. Cedunt magnitudine Orientalibus, quibuscum alioqui prorsus ferè conveniunt, excepto corporis postremo, quod in hisce multò exilius est. Cauda binis extuberat crassis pilosis excrescentiis, quasi nodis, è quorum utroque hispidus prominet apex, partes generationis recondens.

Num. 4. *Aranea, Africana.*

Hæcce *Tarantulæ*, in Italiâ propè Tarentum urbem reperiundæ, perfectè similis est. Secundum D. *Levini Vincentii*, & plurimorum Itineratorum testimonium, homines, ab isthoc Aranearum genere morsi, vel puncti miris affliguntur symptomatibus; dum alii in cursus continuos, in cachinnos alii, alii in lacrymas, aut ejulatus effunduntur; alii rursus vigiliis, stertendo alii, cantando, saltando, tripudiando sese fatigant; nonnulli variis delectantur coloribus, Musicâ alii; deliquium animi passuri, nisi, quod cupiunt, adipiscantur: nobis tamen hæc omnia haud adeò veræ morsûs Tarantulæ sequelæ esse videntur, quam quidem dolosa vaframenta, comparandi nummos ergo inventa; quum homines ejusmodi datâ tantum pecuniâ conspiciendi proponantur. Credant ergo, qui volent: nos saltem nunquam percepimus, ab hisce, vel aliis Araneis majoribus, homines læsos esse; quin potius fugiunt eos & aversantur. Hæc species, rufula, non tam longis & asperis vestita capillis est ac præcedens: cauda brevi tuberculo prominet. Aliam adhuc Aranearum speciem minorem hîc exhibemus, quæ aranea texit aucupando victui suo accommodata. De his prolixè egit D. *Merian*. Videatur & Historia Surinami data per *J. D. H. L. Cap. X, pag.* 181. Dantur inter has, quæ à Nigritis in cupediis habentur, & alicubi in transitu deprehensæ avidè degluttiuntur.

Num. 5. *Avis, Ceilonica, omnicolor.*

Est hæc è maximâ specie Avicularum, quas *Colubri* vocant, virore suffusa elegantissimum omnifarii coloris tonum evibrante, aurique quasi mistura divite. Has quoque pulchellas bestiolas suis è nidis exulare cogunt insignes illæ Araneæ, ut sanguine pullorum exsucto pabuli penuriam sarciant, aut palato forte blandiantur. Nidum cum pullis lit. B indicat.

Num. *6.*

couvent, à peu près de même que font les Araignées de nos païs. Celle de Ceylan enchasse son nid si fermement entre des branches d'arbre, qu'il est difficile de l'en tirer. *Jean Nieuhof* donne à ces sortes d'Araignées des aiguillons venimeux, dont cependant Mlle. *Merian* dans sa Description des Insectes de Surinam ne fait aucune mention. Du moins elles nuisent rarement soit à l'homme, soit aux autres animaux, ne faisant la guerre qu'aux Mouches, aux Moucherons, & aux Fourmis, qui leur servent de pâture. Mlle. *Merian* prétend que cette espece d'Araignées a six yeux, mais nous n'en avons pu observer que deux, qui paroissent très-distinctement placés à la partie anterieure du bouclier dont elle est couverte. Car il ne faut pas compter pour des yeux quelques taches blanchâtres qui se voient quelquefois dans ces insectes, surtout dans ceux qui sont peu garnis de poils.

N°. 3. *Araignée d'Amerique.*

On nous en a apporté plusieurs de Surinam grandes & petites avec leurs nids indiqués sous la lettre A. Elles ne different presque des Araignées des païs Orientaux que par la partie posterieure du corps qui est beaucoup plus petite dans celles de Surinam; leur queuë est composée de deux excroissances ou especes d'articulations herissées de gros poils, dont l'extremité contient les parties de la generation.

N°. 4. *Araignée d'Afrique.*

Cette Araignée ressemble parfaitement à la Tarentule, qu'on trouve en Italie près de Tarente. Suivant le témoignage de M. *Levin Vincent*, & de plusieurs autres Voiageurs, les personnes qui ont été piquées ou mordues de cette espece d'Araignée, sont attaquées de Symptomes vraiment étranges, les uns se mettant à courir, les autres à ronfler, ceux-ci riant à gorge deployée, ceux-là se fondant en larmes & en lamentations, quelques-uns s'épuisant à force de chanter, de sauter, de veiller, de batre des pieds, & quelques autres se plaisant surtout à la varieté des couleurs, & aux sons de la Musique, tous tombant en foiblesse s'ils n'obtiennent ce qu'ils desirent. Cependant pour nous, nous ne croïons pas que ces symptomes soient tant un effet de la morsure de la Tarentule, que de vraies fourberies inventées pour attraper des dupes, puisque ces sortes de personnes qui disent en être attaquées ne se font voir en public que pour de l'argent. Les croira donc qui voudra, mais du moins n'avons-nous jamais vu d'homme, qui aît été mordu de ces Araignées ni d'autres Araignées plus grosses, qu'au contraire ces insectes se détournent de l'homme & le fuient. Cette espece d'Araignée-ci est rouſsâtre, & couverte de poils plus courts & moins rudes que la précedente. Sa queuë se termine par une courte appendice relevée. Nous représentons encore ici une autre espece d'Araignée plus petite, qui fait sa toile en cherchant sa nourriture: Mlle. *Merian* s'est fort étendu sur ces insectes. On peut aussi consulter l'Histoire de Surinam donnée par *J. D. H. L. Chap. X, pag.* 181. Il y a de certaines Araignées que les Negres estiment être un mets très-delicat, & qu'ils mangent avec avidité.

N°. 5. *Oiseau de Ceylan qui paroit peint de toutes sortes de couleurs.*

Cet oiseau est de la plus grande espece de ceux qu'on nomme *Colubri*. Son plumage est d'un verd nuancé de toutes sortes de charmantes couleurs, parmi lesquelles la couleur d'or semble dominer. Les grosses Araignées chassent ces mignonnes petites bêtes de leurs nids, pour sucer le sang des petits, soit qu'ils le fassent par volupté, ou manque de nourriture. La lettre B denote le Nid de cet oiseau avec ses petits.

N°. *6. Branche*






Fig. 13.
Fig. 3.
Fig. 5.
Fig. 1.
Fig. 4.
B
Fig. 10.
Fig. 7.
Fig. 9.
Fig. 8.
A
Fig. 12.
Fig. 6.
B
Fig. 2.



Num. 6. *Ramus* Fasnoki; *seu* Namra, *Japonica.*

Ligno constat resinoso duroque hæc Planta, & folia promit, *Salicis nostratis* ferè æmula, latiora tamen, crassisque & tenacibus nervis suffulta. Japoniæ incolæ Majo mense extimum hujus arboris corticem findunt, quo de vulnere circa Junium effluit gummosa substantia nigricans, spissum syrupum, brunum, referens: hanc collectam ollis, seu cupis mundis recondunt, affuso desuper è fructibus expresso oleo, olivo simili; quo multos in annos conservatur. Utuntur autem eo Japonii loco Laccæ, uti vocant, quâ tabulata imbuuntur. Primò nimirum innatans ei oleum accuratè decapulant, tumque de Gummate quidquam super Porphyritem eousque terunt, donec pellicularum & grumorum nulla supersint vestigia; quin ne sic quidem contenti, præparatum ita gummi per linteum subtile trajiciunt. Quo facto tabulæ hoc illinunt, lentissimè exsiccandum: recens verò illitum dilutè spadicei est coloris, at ubi vento expositum siccescit, in saturatam nigredinem vergit. Quando figuras animalium aliarumve rerum distinctis coloribus simul in tabula exprimere animus est, has super eâdem Gummi iam incrustatâ pingunt, pictamque auro dein obducunt, & versicolore metallicæ materiei limatæ pulvere (*Bronze* vocant Galli) conspergunt, tumque reponunt, donec exsiccetur. Quandoque & ubi vividissimam desiderant picturam, bis terve novis eandem coloribus imbuunt. Quin & iterato novi pigmenti illitu, quas volunt, picturæ partes eminere faciunt, auro dein obducendas. Siccissimum dein opus hoc fricando lævigant, perpoliuntque eousque, donec splendore debito coruscet. Tantum de hac arte per literas, ex Japonia transmissas, nobis innotuit. *Namrak* istud, à N. Societate Indiæ Orientalis ita appellatum, in cupis, aut bisectis doliis hùc transfertur, ligneo, crasso tectum operculo, tenacique semper obductum pelle, de ipsâ Gummi materie concreta, sub qua illud spissi instar Bituminis hæret. Eo, quasi Laccâ, obduci Charta Augusta potest, ut literas haud transmittat, prout experimento capto nobis constat. Arboribus etiam carie cancrove exesis Gummi hoc usui est, dum iis illitum tollit quidquid morbosum est.

Num. 7. *Formicæ, maximæ, Americanæ.*

Dum arbores hæ conscendunt, Aranearum, quæ venantur eas, fiunt pabulum.

Num. 8. *Formicæ, volantes, Americanæ.*

Harum plurimæ dantur species, sucto è floribus arborum fructibusque pabulo, Apum instar, sese sustentantes. Quin & araneolas insectantur, quas vel propriis in telis prehendunt, hacque occasione à grandioribus rursum araneis sæpiuscule obrutæ, harum vicissim in prædam cedunt. Alis autem primitus orbæ hæ Formicæ per terram repunt, & postea demum in Scarabæos volantes transformantur.

TABULA SEPTUAGESIMA.

Num. 1. *Scorpio, maximus, Brasiliensis.*

De his prolixè egimus in Prolegomenis. Secundum inter & postremum caudæ articulum bina eminent

N°. 6. *Branche de l'Arbre du Japon nommé* Fasnoki *ou* Namra.

Cet Arbre a le bois dur, resineux, & porte des feuilles approchantes de celles du saule de nos païs, mais plus larges, & à côtes fortes & épaisses. Les Japonois fendent au mois de Mai l'écorce exterieure de cet arbre, & le mois de Juin il découle de ces incisions une gomme noirâtre ressemblant à un Sirop brun & épais. Ils ramassent cette gomme dans quelque utencile propre, & versent par dessus de l'huile du fruit de l'arbre tirée par expression, qui ressemble à de l'huile d'Olive, & qui sert à conserver cette gomme plusieurs années. Les Japonois s'en servent en place de la Gomme Laque dont on teint les ouvrages de menuiserie. Premierement ils ôtent avec soin cette huile qui surnage, après quoi ils broïent la Gomme sur le Porphyre, jusques à ce qu'il ne paroisse aucune pellicule ou partie grumeleuse, & ensuite pour la mieux épurer, ils la passent à travers un linge fin; Alors ils frottent des tables & autres pareils utenciles de cette gomme ainsi preparée, & qu'on doit faire secher très-lentement. Le bois qui vient d'en être enduit fraichement paroit d'un chatain-clair, mais étant seché à l'exposition du vent, il se change en un grand noir. Quand ils ont dessein de tracer sur quelque table des representations d'animaux ou d'autres choses pareilles, ils les peignent sur la même table qui est déja enduite de cette gomme, ensuite ils couvrent d'or la peinture, jettent par dessus de la limaille de Bronze, & laissent le tout dans cet état jusqu'à ce qu'il soit sec. Pour rendre leur peinture plus vive, ils passent diverses fois des couches de couleurs sur le même objet, & par ce moyen le relevent en bosse autant qu'ils le souhaitent, ayant soin de le couvrir d'or ensuite Dès que l'ouvrage est bien sec, ils le frotent, le lissent, & le polissent, jusqu'à ce qu'il ait aquis le brillant & l'éclat qu'il doit avoir Voila du moins ce que j'ai pu apprendre de cet Art par des lettres que j'ai reçu du Japon. *Namrak* est le nom que la Compagnie des Indes Orientales a donné à l'Arbre qui produit cette Gomme. On la transporte ici couverte d'une peau faite de ses parties les plus grossieres, dans des cuves ou de petits tonneaux coupés, & fermés exactement par un bon couvercle de bois; elle nous parvient de cette maniere en forme d'un bitume assez épais. J'ai experimenté que le papier d'Allemagne frotté de cette gomme ne boit point, & on enduit aussi de cette gomme avec beaucoup de succès les arbres qui sont cariés & vermoulus.

N°. 7. *Araignées très-grosses, d'Amerique.*

Lorsqu'elles montent sur des Arbres elles deviennent la proie d'autres Araignées qui les poursuivent.

N°. 8. *Fourmis d'Amerique qui volent.*

On en compte de plusieurs Especes, qui vivent comme les Abeilles de fleurs & de fruits qu'elles sucent. Elle vont aussi à la chasse des petites Araignées qu'elles tâchent de surprendre dans leurs propres toiles, d'où il arrive qu'assez souvent elles deviennent elles-mêmes à leur tour la proie de plus grosses Araignées: Ces sortes de Fourmis n'ayant point d'aîles en naissant rampent sur la terre, & ce n'est qu'ensuite qu'elles prennent la forme d'Escarbots aîlez.

PLANCHE SOIXANTE ET DIXIEME.

N°. 1. *Scorpion très-grand du Bresil.*

Nous avons traité au long de ces Insectes dans nos Prolegomenes. Il paroit entre le second & le dernier nœud de la queuë deux

eminent tubercula, quorum in medio foramen hiat, sub lit. A, in supino Num. 2 conspicuum.

Num. 3. *Scorpio, Brasiliensis, caudâ bifidâ.*

Binæ hæ caudæ, uti & pedes, pilis hispidæ sunt: cætera ad amussim cum præcedente conveniunt.

Num. 4. *Scorpio, Ceilonicus.*

Et hic Brasiliensi similis est, præterquam, quod illo minor sit, & saturatioris ex atro spadicei coloris per dorsum.

Num. 5. *Scorpio, Surinamensis.*

Multò hic minor aliis, tenuibus longisque Chelis armatos gerit pedes anticos: flavescentis autem coloris est.

Num. 6. *Duo Scorpiones, Africani; mas & fœmina.*

Qui Chelas gerit maximas, mas est, alter, cui graciliores sunt, fœmella. Corporis superna facies spadiceo, uti in majoribus, colore tingitur; pedesque, & cauda, pilis carent, instar Surinamensium, quibus tamen & minores, & breviores sunt.

Num. 7 & 8. *Scorpiones duo, Africani, ex Guineâ.*

Hi aliam omninò, quàm priores, præ se ferunt faciem, prout eorundem in descriptione in Prolegomenis data memoravimus. Num. 7 fœmellam, Num. 8 marem indicat. Fœmellæ venter ob contenta ovula admodum turget. Glabri sunt, & pilis carent.

Num. 9 & 10. Scorpionum minima species est, è tractu Tyrolensi & Italiâ proveniens, in Pharmacopœis maximè usitata. Inde paratur oleum Scorpionum, surditati & aurium tinnitui apprimè conveniens, si methodo *Mathioli* conficitur. Sunt autem Scorpiones hi pilis plurimis obsiti, ejusdemque habitus & coloris, ac majores Num. 1 & 2.

Qui subsequuntur, *Fullonum*, aut *Scolopendrarum*, uti à *Plinio* vocantur, æmuli, nostris in oris quàmplurimi reperiuntur, magno plantarum, florum, fructuumque detrimento, quum suum inde nutrimentum quærentes illa lædant & conficiant. Scorpionum verò & familiæ accenseri queunt.

Num. 11. *Scorpionum omnium minimi, in Hollandiâ.*

Majoribus formâ similes sunt, exceptâ caudâ, quæ minor est, & deorsum versus ventrem adductilis. In veteris ligni, & murorum antiquorum fissuris delitescunt, è quibus vel egomet ipse, tempestate calida, illos protraxi. In majorem nunquam excrescunt molem, quàm quâ hic repræsentati sunt.

Num. 12.

deux petits boutons, percés au milieu d'un trou, qui est représenté d'un côté sous la lettre A, & de l'autre sous le N°. 2.

N°. 3. *Scorpion du Bresil, dont la queuë est fourchuë en deux.*

Cette queuë ainsi fenduë est de même que les pattes herissée de poils. Du reste ce Scorpion ne differe en rien du précedent.

N°. 4. *Scorpion de Ceylan.*

Celui-ci ressemble au Scorpion du Bresil, à cela près qu'il est plus petit, & d'un roux sur le dos plus obscur & plus foncé.

N°. 5. *Scorpion de Surinam.*

Ce Scorpion est de beaucoup plus petit que les autres. Ses pattes de devant sont armées de pinces longues & menuës. Sa couleur est jaunâtre.

N°. 6. *Deux Scorpions d'Afrique, l'un Mâle, & l'autre Femelle.*

Celui qui a les grosses pinces est le Mâle, l'autre dont les pinces sont plus menues est la Femelle. Ils ont le dessus du corps roux comme les gros Scorpions, mais ils n'ont point de poils tant aux pattes qu'à la queuë non plus que les Scorpions de Surinam qui d'ailleurs surpassent ceux-ci en grosseur & en grandeur.

N°. 7 & 8. *Deux Scorpions Afriquains, de la Guinée.*

La figure de ceux-ci est tout-à-fait differente des précedens ainsi que nous l'avons deja remarqué en faisant leur description dans les Prolegomenes. Le N°. 7. denote la femelle, & le N°. 8. indique le mâle. Le ventre de la femelle paroit fort enflé à cause des œufs qu'il contient. Ces sortes de Scorpions sont sans poils.

N°. 9 & 10. représentent la plus petite Espece de Scorpions qui vienne du Tyrol & d'Italie, & qui est très-usitée chez les Apothicaires. On en prépare l'huile de Scorpion fort convenable pour le tintement d'oreille & la surdité, surtout si cette huile est faite selon la methode de *Matthiole*. Au reste ce genre de Scorpions est couvert de poils, & a la figure & la couleur des Scorpions qui sont dépeints aux N°. 1 & 2.

Ceux qui suivent tiennent de la nature des Escarbots ou Scolopendres de *Pline*, & sont en grand nombre dans ces païs au grand dommage des plantes, des fleurs, & des fruits, qu'ils gâtent & qu'ils ruinent pour en tirer leur nourriture. On peut aussi mettre ces insectes sous la classe des Scorpions.

N°. 11. *Les plus petits Scorpions de Hollande.*

Ils ressemblent de figure aux gros Scorpions, excepté pour la queuë qu'ils ont plus petite, & qu'ils peuvent recourber vers le ventre. Ils se tiennent cachés dans des fentes de vieux bois, & de vieilles murailles, d'où je les ai moi-même tiré déhors dans des tems chauds; ces animaux ne deviennent jamais plus gros, qu'ils sont ici dépeints.

N°. 12. *Vipere*




TAB. LXXI.
Fig. 7.
Fig. 6.
Fig. 5.
Fig. 1.
B
A
B
C
Fig. 4.
Fig. 3.
Fig. 8.
Fig. 9.
B
Fig. 2.
C
B

Num. 12. *Vipera, Indica, ex Java; seu Coluber de Jararaka.*

Pigmentum ex fusco subrufum, intermixto albo variegatum, per corpus regnat. Squamæ, dilutè albicantes, majusculæ, minoribus aliis, spadiceis, intertextæ, catenam veluti formant per dorsum protensam. Caput, latè tumens, lucidis oculis, vultuque feroci horret. Medicato tamen usui inservit: plerumque autem Viperarum hocce genus sub *Acaciæ* subsequentis frutice delitescit, quam ideo subjunximus.

Num. 13. Acacia, *cornuta, Indiæ Orientalis.*

Planta hæc in Indiis Orientalibus, unde ramulus hîc nobis transmissus est, in maximam excrescens altitudinem, procera arbor evadit, plurimis armata spinis, acutis, Boum cornua referentibus, quarum maximæ ramorum basin obsident eâ, quâ sub lit. A, B, exhibemus, formâ: minores in apicem desinunt acutissimum, acui ferè, aut majorum Scorpionum aculeo, similem. *Abrah. Muntingius Fol.* 54 hanc plantam describit: & *Franciscus Hernandez, Nov. Plant. Mexican. pag.* 86, nomine *Hoitzmamaxali*, seu *Rami arboris cornigeræ, Acaciæ similis, Tamarindi flore*, eam insignit, addens, in Ægypto quoque illam provenire.

TABULA SEPTUAGESIMA ET PRIMA.

Num. 1. *Rana, Americana, vesicaria.*

Nomen hoc gerit, quia utrinque ad maxillam inferiorem positas habet binas vesicas, instar tibiæ utricularis, lit. B hîc notatas; quas aëre replet, dum ferventibus æstatis diebus, post solis occasum, consuetum melos suum coaxat: aërem enim tunc alternatim in has attrahit, rursusque efflat, ut vocem suam tanto magis intendat, & sono huic harmoniæ speciem conciliet. Amant cantilenam hanc ruricolæ, quum auram serenam præsagiat utplurimum. Frigidâ & pluviosâ tempestate silent hæc animalia, inque fundo latitant. Molestissimus interim est clamor hicce calidarum regionum incolis. Nec Ranis omnibus dati sunt hi utriculi: attamen & hisce in regionibus est reperire, his quæ gaudent, licet minoribus multò, quàm sunt Americanarum, quas & elegantior ornat pictura præ nostratibus. Hæcce dilutè lutea, rubris distincta maculis, latos gerit ungues, Cochleariæ foliis similes, extremos qui digitorum articulos terminant. Lingua maxillæ inferiori accreta est, ad rictûs partem anteriorem, uti lit. A notat, libera interim à parte posteriori, tantò ut melius verum in coaxando sonitum formare possit: ita certè reperitur constituta in toto Ranarum genere. Aures indicat lit. C.

Num. 2. *Rana, Americana, similes habens utriculos; mas prioris.*

Quoad formam & colorem vix quidquam datur in hâc discriminis, nisi quod longior sit & magis extensa.

Num. 3.

N°. 12. *Vipere des Indes de l'Isle de Java. Ou Couleuvre de Jararaka.*

Elle est par tout le corps d'un brun-roussâtre, varié de blanc. Ses écailles sont blanchâtres, assez grandes, entremêlées d'autres écailles plus petites, bai-rouges, disposées sur le dos en façon de chaine. Sa tête grosse & enflée, & ses yeux étincelans lui donnent un air hideux & feroce. Elle sert dans la Medecine. Cette sorte de Vipere se cache ordinairement sous les réjetons d'un Arbre qu'on appelle *Acacia Cornu*, que je vais décrire par cette raison au N°. qui suit.

N°. 13. *Acacia Cornue des Indes Orientales.*

Cette plante des Indes Orientales, d'où l'on m'a envoïé la branche ici représentée, parvient à une grande hauteur, & devient un arbre très-élevé, qui est tout garni d'épines pointues, d'une figure approchante des cornes de bœufs. Les plus grandes de ces épines environnent le tronc des branches de la maniere qu'on les a dépeintes sous les lettr. A.B. Les petites épines finissent en une pointe très-fine, presque semblable à une aiguille ou à l'aiguillon des gros Scorpions. *Abrah. Munting* a donné la description de cet Arbre à la page 54 de son Hist. des Plant. *Fr. Hernandez* l'a aussi décrite à la page 86 de son Hist. des Nouv. Plant. du Mexique, sous le nom de *Hoitzmamaxali*, ou *d'Arbre Cornu, ressemblant à l'Acacia, & portant des Fleurs de Tamarins*; Il ajoute que cette plante croît aussi en Egypte.

PLANCHE SOIXANTE ET ONZIEME.

N°. 1. *Grenouille d'Amerique, portant deux Vessies attachées de chaque côté de ses Ouïes.*

Cette Grenouille porte de chaque côté vers la machoire inferieure deux vessies en forme de Musette, & indiquées ici par la lettre B. Elle remplit d'air ses vessies lorsque dans les chaleurs de l'été après le coucher du soleil, elle prend son plaisir ordinaire à croasser melodieusement. Pour obtenir donc ce genre d'harmonie dans son croassement, elle reçoit l'air dans ses vessies & le repousse alternativement. Les Laboureurs aiment ce cri en ce qu'il leur présage le plus souvent un tems beau & serein, car ces animaux se taisent & se cachent au fond des étangs dans les jours froids & pluvieux. D'un autre côté ce cri devient très-incommode aux habitans des païs chauds. Au reste ces vessies ne se rencontrent pas dans toutes les grenouilles, mais on en trouve quelquefois dans nos païs qui en ont, quoique plus petites que celles des Grenouilles d'Amerique, & d'ailleurs moins joliment colorées. La grenouille qu'on représente ici, est d'un jaune pâle, mouchetée de taches rouges, armée d'ongles larges, semblables de figure aux feuilles de l'herbe à Cuillier, & placés aux extremités des pattes. La langue est accruë à la machoire inferieure vers la partie anterieure de la gueule, ainsi que le marque la lettre A, & libre cependant dans la partie posterieure, afin de pouvoir d'autant mieux former leur son de croassement. Cette position de la langue se trouve la même dans toutes sortes de Grenouilles. La lettre C indique les oreilles.

N°. 2. *Grenouille d'Amerique, Mâle, qui a aussi de semblables Vessies.*

Elle differe à peine de la précedente en figure & en couleur, & a seulement le corps plus long.

Num. 3. *Rana, Surinamensis.*

Prioribus similis hæcce, utriculis duntaxat caret. Pictura per dorsum dilutè flava regnat, ex ruffo quasi obumbrata. Oculi protuberant; auriumque hiatus ampli sunt. Ranulis junioribus victitat, raro equidem exemplo; quum contrariari naturæ videatur, ejusdem quod speciei animantia sese mutuò devorent. Attamen propriâ manu Ranulas minores è ventre illarum extraximus: unde hoc respectu piscium, quibuscum valdè conveniunt, mores æmulantur, qui sibi mutuò in pabulum & vitæ sustentaculum cedunt.

Num. 4. *Rana, Surinamensis, marmorata.*

Hæc minor species pulchrè per dorsum æquè ac femora, tibias, pedesque ex cinereo-luteo & dilutè rubello variegatur.

Num. 5. *Eadem inversa.*

Sic melius abdominis potest conspici pictura, quæ dilutè flavo super fundo, nigris undequaque maculis adornata, Tigrinam refert variegationem.

Num. 6. *Bufo, Brasiliensis, Margaritis veluti conspersus,* Aquaqua *dictus.*

Inter alia rariora hæc quoque Bufonum species ex Brasilia, nuperque etiam ex Portugalliâ, nobis transmissa est, quæ mira certè & haud vulgaris est. Capite pollet triangulari, supernè quadrato ferè, limbis acutis munito, mitræ sacerdotali haud absimili, oculisque igneis conspicuo. Corporis superni pictura ex fusco rubra granulis dilutius rubellis, ceu totidem margaritis, undique dispersis, varia est. Per dorsum à naso ad anum usque tænia decurrit alba, artificio singulari elaborata. Femora pedesque diluta flavedo marmoris in modum variegat. A naso utrinque supra caput, juxta ventris latera, chorda tenuis, candida, protenditur. Pedes cum unguibus crenati quasi, & Margaritis conspersi sunt.

Num. 7. *Idem inversus.*

Favet hic situs abdominis conspectui. Rictûs pars inferna triangularis, subrotunda anterius est, & limbo tenui albo succingitur. Venter tumidulus candicat, & totum corpus granulis, veluti margaritis, dilutè cæruleis, tam per pedes, quàm crura, & clunes, distinguitur. Mirandum certè, contemptum adeo animal tam eleganti vestitu esse ornatum.

Num. 8. *Bufo, Brasiliensis, granis veluti conspersus.*

Ejusdem hic speciei, sed dilutè luteus, granulis rubris supra & infra obsitus est. Antici pariter ac postici hujus pedes quinquefidi sunt; cum priorum antici pedes non nisi quatuor in digitos findantur. Clunium quoque latitudine hic vincit alios.

Num. 9.

N°. 3. *Grenouille de Surinam.*

Celle-ci n'a point de vessies, mais ressemble pour le reste aux précedentes. Sa couleur sur le dos est d'un jaune-clair qui paroit comme ombré de roux. Ses yeux sortent de la tête. Les trous de ses oreilles sont amples. Elle vit d'autres grenouilles plus petites, par un exemple rare qui semble contraire au cours de la nature que des animaux d'une même espece se devorent mutuellement. Cependant le fait est certain, car nous avons tiré de nos propres mains de petites grenouilles du ventre de celles que nous décrivons ici. De sorte qu'elles tiennent en cela comme à plusieurs autres égards du naturel des poissons qui se mangent reciproquement.

N°. 4. *Grenouille d'Amerique, marbrée.*

Cette petite espece de Grenouille est joliment marbrée sur le dos, les cuisses, les jambes, & les pieds, d'un cendré-jaune mêlé d'un rouge très-pâle.

N°. 5. *La même Grenouille couchée sur le dos.*

L'on peut mieux voir dans cette situation la couleur du bas ventre, dont le fonds jaune-clair est partout marqueté de taches noires, à la maniere du Tigre.

N°. 6. *Crapaud du Bresil, nommé* Aquaqua, *qui semble perlé.*

Cette espece de Crapaud qui est aussi singulier que peu commun nous a été envoyé avec d'autres raretés du Bresil, & encore dernierement de Portugal. Sa tête est triangulaire, couverte au dessus comme d'un bonnet quarré à bords pointus, approchant de la figure du Bonnet des Prêtres. Ses yeux sont pleins de feu. Le dessus de son corps est brun-rouge, tout parsemé de petits grains d'un rouge-mourant, & qu'on prendroit pour autant de perles. Une bande blanche faite très-artificieusement décourt sur le dos, depuis le nez jusqu'à l'anus. Les cuisses & les pattes sont marbrées d'un jaune-pâle. Il nait du nez un cordon blanc, qui en passant sur la tête s'étend de chaque côté du ventre. Ses ongles sont entaillés aux pattes, qui paroissent aussi parsemées comme de perles.

N°. 7. *Le même Crapaud renversé.*

Cette position découvre mieux la vuë du bas ventre: la partie inferieure de la gueule est triangulaire, ovale par devant, & entourée d'une bordure blanche. Le ventre est un peu gonflé, blanchâtre. Tout le corps est marqueté de petits grains comme de perles d'un bleu-mourant. Il est certes étonnant que cet animal soit tacheté si magnifiquement, & néanmoins si meprisé.

N°. 8. *Crapaud du Bresil, tout marbré comme de petits grains.*

Il est de la même espece que le précedent, mais d'une couleur jaunâtre & parsemé dessus & dessous le corps de petits grains. Ses pattes de devant & de derriere sont terminées en cinq doigts, au lieu que les pattes de devant dans les crapauds décrits ci-dessus ne se fendent qu'en quatre doigts. Il a aussi les fesses plus larges.

N°. 9. Cra-






TAB. LXXII.
Fig. 8.
Fig. 9.
Fig. 7.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 5.
Fig. 1.
Fig. 4.



Num. 9. *Bufo, Brasiliensis, minor; maculatus.*

Totus ferè hic candicans, ex nigro & fusco maculatur. Caput perbreve, intropressum gerit minutumque nasum, illi similem, quo domicellarum placent caniculæ: huic proximè adstant oculi protuberantes. Clunes quoque & hic latos habet.

TABULA SEPTUAGESIMA ET SECUNDA.

Num. 1. *Bufo, cornutus, & spinosus, Virginianus; mas.*

Mira hæc & peregrina bestia curta est & crassa, binis acutis cornubus, capiti impositis, conspicua, quibus oculi protuberantes, proximè ad caput, insiti sunt. Cutim, supra & infra ex cinereo flavam, obscurè griseæ lineæ variegant. Per dorsum lata decurrit tænia, alba, à capite orta, indeque versus posteriora per clunes attenuata, punctisque exiguis, veluti margaritis, adspersa. Totum præterea corpus spinis pungentibus horret, caput, ex albo variegatum, si exceperis, & totum ventrem ex ruffo saturatius flavum. Pedes ceu lemniscis circumdantur, unà cum unguibus, seu digitis, qui hominum fere referunt digitos, anterius quaterni, quini posticitus; hique postici tunicis intermediis connectuntur. Caput insigne, & crassum, latè patulo in rictu linguam monstrat crassam, latamque, Ostreæ ferè similem, anterius maxillæ inferiori accretam, parte verò posteriore liberam, uti in Ranis, cujus dorsum papulis consitum est. Utrinque ad latera capitis, supra os amplum & oculos, macula conspicitur nigra, fundo candicanti inusta.

Num. 2. *Bufo, cornutus, & spinosus, Virginianus; fœmina.*

Convenit ferè in omnibus cum priore, excepto ore, quod latius est, & magis diductum. Pictura quoque frontis quid habet differentiæ: oculos inter lata protenditur tænia, nasum versus magis attenuata: sub oculo quolibet macula cernitur, quæ oculum alterum mentitur, nec tamen est. Pedes posteriores hujusce Bufonis, veræ manui similes, pollice, & quatuor digitis, haud per ligamenta connexis, constant: quod tamen haud prohibet, quo minus latis hisce pedibus natare queat.

Num. 3. *Rana, Virginiana, exquisitissima.*

Ex Carolina missam hanc accepimus, unà cum aliis animalibus, quorum de numero & præmemorati Bufones erant. Rana hæc ruffula, variis simul aliis coloribus picta, & miro artificio variegata est, maculisque supra & infra distincta. Femora cum pedibus longa & gracilia, per ipsos etiam ungues, duplicatis fasciis annulata sunt. Ungues antici & postici membranis colligantur; cum raro tamen reperiantur Ranæ, quarum antici ungues hoc habent.

Num. 4. *Rana, Virginiana, altera.*

Et hæc Carolinæ incola, pulcherrimâ dives picturâ, per dorsum, ex cinereo dilutè griseum, variis coloribus

N°. 9. *Crapaud du Bresil, plus petit, tacheté.*

Sa peau presque blanchâtre, est couverte de taches brunes & noires. Son nez est court, petit, aplati, assez semblable au nez de ces petites chiennes si mignardées des Dames: A peu de distance près sont situés les yeux qui semblent sortir hors de tête. Les fesses sont grosses & larges.

PLANCHE SOIXANTE ET DOUZIEME.

N°. 1. *Crapaud Mâle, de Virginie, Cornu, & herissé d'épines.*

Cet étrange animal est gros, ramassé, portant sur la tête deux Cornes pointues, où sont situés les yeux à fleur de tête. Il a la peau dessus & dessous cendré-jaune, raiée de lignes d'un gris-brun. Il regne depuis la tête jusqu'au derriere du corps une bande large, blanche, qui décourt sur le dos, s'étrecissant sur les fesses, & qui paroit comme perlée ou picotée de petits points; D'ailleurs tout le corps de ce Crapaud est herissé d'épines, à l'exception de la tête qui est variée de blanc, & du ventre qui est roux & jaune. Les pattes sont entourées de bandelettes conjointement avec les doigts, qui ressemblent assez à des doigts d'homme, & qui sont au nombre de quatre aux pattes de devant, & de cinq aux pattes de derriere. Les doigts des pattes de derriere sont joints ensemble par des membranes placées entre chaque doigt.

La tête de cet animal est fort grosse, la gueule très-grande, la langue épaisse & large, approchante de la figure d'une Huitre, accrue par devant à la machoire inferieure, libre par derriere comme dans les Grenouilles, & toute couverte de petits boutons sur le dos. On apperçoit au dessus des yeux de chaque côté de la tête une tache noire marquée sur un fonds blanchâtre.

N°. 2. *Crapaud Femelle de Virginie, Cornu, & herissé d'épines.*

Il differe du précedent à peu d'égards. Sa gueule est plus large & plus étenduë; son front est marqué de couleurs un peu differentes que dans le mâle. Entre les deux yeux décourt une large bande, qui s'étrecit insensiblement vers le nez. Sous chaque œil regne une tache, qu'on prendroit pour un œil, mais qui cependant n'en est pas un. Ses pattes de derriere ressemblent à une vraie main, étant fendues en quatre doigts & un pouce, qui ne sont unis par aucun ligament; ce qui néanmoins n'empêche pas cet animal de s'en servir pour nager.

N°. 3. *Grenouille de Virginie, merveilleusement tachetée.*

Nous l'avons reçue de la Caroline avec d'autres animaux, du nombre desquels étoient les Crapauds décrits ci-dessus. Cette Grenouille est roussâtre, mais papillonée en même tems avec un artifice singulier de diverses autres couleurs, & mouchetée de taches dessus & dessous. Les cuisses & les pattes sont longues & menues, jointes aux ongles par de doubles bandelettes; De plus les ongles des pattes de devant & de derriere sont attachés ensemble par des membranes; ce qu'on observe rarement dans les pattes de derriere des Grenouilles.

N°. 4. *Autre Grenouille de Virginie.*

Elle vient aussi de la Caroline, & est superbement tachetée. Son dos est d'un cendré-grisâtre agréablement mêlangé de diverses

loribus & maculis elegantiſſimè variegatur. Oculi inſignes protuberant. Ungues ubique liberi nullis nectuntur ligamentis.

Num. 5. *Lacerta, Virginiana, lepida.*

Duplicem hæc in capite pectinem gerit, tenuesque albas tænias à capite ad longam usque & gracilem protenſas caudam. Corporis ſquamulæ, luteæ, rubris lemniſcis transverſalibus per dorſum & pedes ſunt diſtinctæ. Venter dilutè flavet. Ranarum antagoniſtæ ſunt.

Num. 6. *Serpens, Virginiana, maculis notata.*

Ex cinereo flava obſcuris maculis inſignibus per dorſum, minoribus tamen utrinque juxta ventrem, variegatur. Ventris ſquamæ transverſæ prorſus candicant. Caput pulcherrimè pictum eſt; corpusque, cum cauda, longum & gracile. Victum dant aves.

Num. 7. *Avis, Virginiana, Phœnicea,* de Atototl *dicta.*

Color ejus ex obſcuro reſplendet: roſtrum, longum, acuminatum eſt: forma Paſſerculi æmula: vox dulciſona, dum canit.

Num. 8. *Alga, marina, Africana, ramoſa, fruteſcens, foliis oblongis & ſpinoſis.*

Folia ejus, Serpentino flexu intorta, ſaturatè rubrum tonum emittunt; fructus minuti, teretes, longis nituntur pedunculis, foliorum ex alis oriundis.

Num. 9. *Alga, marina, Africana, altera, ramoſa, Millefolii foliis.*

Radices ejus exiguæ, filamentoſæ, infra coloris ſunt Thalaſſini, ſupra ex flavo ſaturatè virent. Cauli adnatæ cernuntur quædam ſquamulæ, calcariæ, partim albæ, partim rubentes.

TABULA SEPTUAGESIMA ET TERTIA.

Num. 1. *Bufo, Braſilienſis,* de Aguaquaquan *dictus, orbiculatus.*

Bufonum hæc ſpecies ex Americæ proinſulâ Cubâ delata eſt. Craſſi, teretesque ſunt, & benè paſti. Cutis, ex ruffo lutea, maculis umbroſis ſubnigricantibus, & granulatis, ſeu eminentibus punctis, tanquam granulis, per totum corpus ſupernum diſtinguitur. Maculæ undequaque à capite ad pedes usque quaſi flammas mentiuntur. Curti quæ colli guttur ornat pictura, elegans collare refert. Oculi inſignes ardent. Antici pedes quatuor gerunt digitos, quorum extremi articuli, uti in Ranis Surinamenſibus, latiuſculi ſunt. Poſtici

ſes autres couleurs, & moucheté de fort belles taches. Ses gros yeux ſemblent ſortir hors de la tête. Ses ongles ſont libres partout, n'étant liés par aucunes attaches.

N°. 5. *Lezard de Virginie, d'une jolie figure.*

Il porte ſur la tête comme une double herſe, & des bandelettes blanches qui s'étendent depuis la tête jusques ſur la queuë qui eſt longue & menuë. Les écailles du corps ſont jaunes, entrecoupées ſur le dos & les pattes par des rubans de traverſe. Le ventre eſt d'un jaune-pâle. Ils ſont ennemis des Grenouilles.

N°. 6. *Serpent de Virginie, tacheté.*

Ce ſerpent a la peau d'un cendré-jaune, marquetée ſur le dos de grandes taches brunes, qui deviennent plus petites ſur les deux côtés du ventre. Les écailles transverſales du ventre ſont tout-à-fait blanchâtres. La tête eſt marquetée magnifiquement. Le corps eſt de même que la queuë long & mince: Il ſe repait d'oiſeaux.

N°. 7. *Oiſeau de Virginie nommé* de Atototl.

Sa couleur eſt d'un brun éclatant; ſon bec long, pointu, fait comme celui d'un petit Moineau; ſon chant doux & melodieux.

N°. 8. *Algue Marine d'Afrique, rameuſe, pouſſant des rejettons, à feuilles oblongues & piquantes.*

Ses feuilles entortillées ſont nuancées d'un rouge-ponceau. Son fruit eſt rond, menu, attaché à de longues queuës qui naiſſent des aiſſelles des feuilles.

N°. 9. *Autre ſorte d'Algue Marine, d'Afrique, rameuſe, à feuilles de Millefeuille.*

Ses racines ſont petites, fibreuſes, par deſſous d'un verd de mer, & par deſſus d'un verd-foncé, mêlé de jaune. Il naît ſur la tige quelques petites écailles comme de chaux, en partie blanches, en partie rouges.

PLANCHE SOIXANTE ET TREIZIEME.

N°. 1. *Crapaud du Breſil qu'on nomme* Aguaquaquan, *tout rond.*

Ce Crapaud nous a été apporté de l'Isle Cuba en Amerique: Il eſt gros, rond, bien nourri. Sa peau d'un roux-jaune, eſt mouchetée par le corps de taches noirâtres, & toute picotée de petits points granuleux. Ces taches décourent depuis la tête jusque aux pattes en forme de flamme: Son col eſt court, & orné par deſſous comme d'un colier. Ses yeux ſont gros, étincelans. Les pattes de devant ſe fendent en quatre doigts, aſſez larges aux extremités, ainſi que dans les Grenouilles de Surinam. Les pattes de derriere ſe diviſent à la façon des pattes de l'Oie en cinq doigts,


TAB. LXXIII.
Fig. 3.
Fig. 1.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 2.
Fig. 4.






TAB. LXXIV.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 5.
Fig. 4.
Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 1.

Postici verò quinquefidi pedes anserinos æmulantur, membranis mediis ungues nectentibus: unde quidem Amphibios esse, & terrâ marique vivere, patet, dum latorum pedum remigio inter natandum se promovent.

Num. 2. *Idem inversus.*

Dorso incumbens inferiora conspicienda præbet, ubi venter, cinereo luteus, subruffis maculis, veluti flammis, ornatus nulla exhibet puncta, vel granula: dum cæteræ partes maculis parvis, & magnis, undique conspersæ sunt.

Num. 3. *Rana, Brasiliensis, gracilis.*

Macilenta hæc, strigosa, junceis pedibus, coloris ex aureo flavescentis, rarâ per dorsum rubedine variegatur.

Num. 4. *Vermis Aquaticus, seu Marinus, Brasiliensis, Millepedæ species.*

Longus & tenuis Millepedam refert: ad capitis anteriora bina gerit spinosa cornicula; dum pedes quoque omnes, tenuibus spinulis, pilisque, hispidi, elegantem variorum colorum tonum emittunt; qualis & è corpore, per juncturas diviso, refulget.

Num. 5. *Erica, Africana, flore rubro.*

Caulem copiosus arctè investit foliorum, Spicæ minoris æmulorum, numerus, ad summum usque fastigium; unde flores emergunt, longis innixi pedunculis, congregati, umbellam tamen expansione suâ formantes.

Num. 6. *Erica, Africana, altera, folio minutissimo.*

Flos ejus exiguus, purpureus, campaniformis, serrato margine coronam refert.

TABULA SEPTUAGESIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Rana, Brasiliensis, orbicularis, Pipæ species.*

Color ejus ex rufo cinereus est. Per dorsum, caput, & pedes, conspiciuntur extuberantes verruculæ, seu pustulæ dilutè luteæ, quarum quæ maximæ sunt, cervicem & crura obsident; minimæ vero per pedes posteriores & scapulas disseminantur. Caput, respectu totius sat grande, insignes oculos, amplumque rictum monstrat. Pedes antici in quatuor digitos sunt fissi, longos, acutos, asperos, & spinis veluti obsitos. Ventrem dilutè cinereum saturatè fuscæ marmoris in modum variegant maculæ. Bufonum præ se ferunt faciem, interque Pipas Americanas recensentur, quamvis vulgarium instar Ranarum speciem suam propagent.

Num. 2.

doigts, dont les ongles sont joints par des membranes mitoyennes. Il paroit de là que ces animaux sont Amphibies, & vivent sur la terre & dans l'eau, où leurs larges pattes leur servent de rames en nageant.

N°. 2. *Le même Crapaud renversé sur le dos.*

On voit dans cette posture tout le dessous du corps. La peau du ventre est d'un cendré-jaune, marbré de taches roussâtres semées comme de flammes, sans aucuns points ou petits grains. Les autres parties sont toutes couvertes de taches tant grandes que petites.

N°. 3. *Grenouille du Bresil, maigre, & menuë.*

Elle est fort menuë de corps & de pattes. Sa couleur est d'un jaune-doré, varié çà & là de rouge sur le dos.

N°. 4. *Ver Aquatique, ou de mer, du Bresil, Espece de Cloporte.*

Ce Ver long & délié ressemble à la Cloporte. Il porte au devant de la tête deux petites Cornes pointues. Tous ses pieds herissés de poils & de petites épines jettent un bel éclat de diverses couleurs, & semblable à celui qui paroit sur son corps quand on le divise en ses jointures.

N°. 5. *Bruyere d'Afrique, à Fleurs rouges.*

Sa tige est environnée jusques au sommet d'un grand nombre de feuilles, ressemblantes à celles du Stoechas. Ses fleurs naissent attachées à de longues queuës, par bouquets, & néanmoins disposées en forme de parasol.

N°. 6. *Autre Bruyere d'Afrique, à très-petites Feuilles.*

Ses fleurs sont petites, purpurines, rangées en façon de cloche, & représentant une Couronne par leurs bords dentelés.

PLANCHE SOIXANTE ET QUATORZIEME.

N°. 1. *Grenouille du Bresil, ronde, espece de Crapaud.*

Elle est d'un roux cendré. La tête, le dos, & les pieds sont couverts de petites verrues, ou pustules d'un jaune-pâle, dont les plus grandes tapissent la tête & les jambes, & les plus petites parsement les épaules & les pieds de derriere. La tête est assez grande par raport au reste du corps; les yeux sont gros, & la gueule large. Les pieds de devant se fendent en quatre doigts, longs, rudes, pointus, & comme garnis d'épines. Le ventre est d'un cendré-clair, marbré de taches d'un roux-brun. Elles ont l'air de Crapaud, d'où vient qu'on les range parmi les Crapauds d'Amerique, quoique cependant elles propagent leur espece à la maniere des Grenouilles ordinaires.

Num. 2. *Rana, Piſcatrix, Americana, marina, ex Curaſſoa.*

Geſner. *Lib. IV, pag.* 817, huicce ſpeciei varia impertit nomina: idiomate Belgico vocat *Zeetode, Zeequap, Wolkus.* Germanicè: *Torſch, Taſchemaul, Meerkrott, Meerteüfel,* id eſt *Bufo,* ſeu *Diabolus marinus, Platyſtomus.* Haud pauci arbitrantur, piſcem hunc è Bufone, vel Ranâ, verâ Metamorphoſi natum eſſe, quâ tamen in re falluntur: cum contra hæc Piſcatrix ſingularem Piſcium familiam conſtituat, & à primâ ſui origine ſub hâc Piſcis formâ producta & adulta nullæ transmutationi obnoxia ſit. Ob paucam carnis copiam haud edulis eſt: quum tota ferè ejus ſubſtantia oſſea ſit. Cutis undequaque acutis horret ſpinis. Caput Bufonium, vel Raninum, ſcuto oſſeo, antrorſum in acutum convergente, tegitur; hujus ad latera utrinque binæ emergunt oſſeæ veluti excreſcentiæ, cruriformes, pinnis ſtabilibus, tanquam pedibus, ad extrema inſtructæ: ſunt hæ anterius firmiter corpori accretæ, poſterius verò liberæ. E pectoris anticâ parte os eminet bifidum, cujus extremum terminat pinnarum æmula expanſio, loco pedum anteriorum inſerviens natatui. Cauda uti in Piſcibus pinnata eſt, in apice longam gerens acuminatam ſpinam. Lingua Piſcium quoque æmula.

Num. 3. *Rana Piſcatrix, Americana.*

Ejusdem hæc ſpeciei eſt, ſed formæ à priori diverſæ, oſſeum quippe cornu ſupra naſum gerens, quod apice acuto binas inter pinnulas prominet: labio ſuperiori tuberculum adhæret, unde emergit muſculus, verſus medium ſui bipartitus, ex albo & nigro variegatus, craſſi inſtar pili flexilis. Cæterum Piſciculus hic reſplendens per cutim albicat, ruffis undique maculis flammarum inſtar pictus per totum corpus, nigris verò per omnes pinnas. Ad latus capitis, propè oculos, macula cernitur Hyacinthum ſtellatum exprimens. Pedes quoque bini antici huic ſunt pinnati, & pectoralis illa eminentia, uti in præcedente, hîc cernitur.

Num. 4. *Rana Piſcatrix, Americana, cornuta, ſpinoſa.*

Et hæc quidem cornu ſpinoſum ſupra naſum gerit, at prorſus alius tamen eſt fabricæ, quàm prior; ſic ut diverſas dari hujusce generis ſpecies probabile ſit. Color cutis, tenuiter ſquamatæ, albus ſaturate rubris maculis undulatus quaſi, aut marmoris inſtar pictus, albis præterea maculis diſtinguitur, per ſpinoſas æquè pinnas, ac totum corpus. Squamulæ ventris punctis ſubruffis conſitæ apparent. Cauda eleganter picta ventilabri inſtar expanditur; & ſimili quoque modo ſe habent pedes. E pectore anterius oſſea protuberat ſubſtantia, in binos quaſi longos pedes, aut pinnas, diviſa, ſub quibus verrucæ quinque longæ cernuntur. Oris ſupremo binæ adhærent fibræ, barbulam referentes.

Num. 5. *Pullus Ranæ Piſcatricis, ſpinoſæ,* Num. 4.

Diſtincta huic picturæ elaboratio adhucdum deeſt.

Num. 6.

N°. 2. *Grenouille de Mer, ou Poiſſon Pêcheur d'Amerique, qui eſt de Curaçao.*

Gesner Livr. IV pag. 817. donne divers noms à cette espece d'Animal; il l'appelle en Hollandois, Zeetode, Zeequap, Wolkus: en Allemand Torſch, Taſchemaul, Meerkrott, Meerteüfel, c'eſt-à-dire, Crapaud ou Diable de Mer. Bien des perſonnes croyent, que cet Animal vient d'un Crapaud ou d'une Grenouille par une vraie metamorphoſe; ce qui eſt une erreur; car bien loin de là, le Pêcheur fait lui-même un genre particulier de Poiſſon, paroit dès ſa premiere origine ſous la forme de Poiſſon, croît & grandit ſous cette forme, & n'en revêt jamais aucune autre. On ne le mange point, parce qu'il eſt peu charnu, & presque partout oſſeux. Sa peau eſt heriſſée de pointes de toutes parts. Il a la tête d'une Grenouille ou d'un Crapaud, couverte d'un bouclier oſſeux, terminé en pointe par devant. De chaque côté naiſſent deux excroiſſances oſſeuſes, en forme de jambes, munies aux extremités de nageoires fermes, qui ſemblent être autant de pieds. Elles ſont accruës fortement au corps par devant, & libres par derriere. De la partie anterieure de la poitrine ſort un os fourchu, dont le bout eſt terminé par des especes de nageoires, qui lui ſervent à nager à la place de pieds de devant. La queuë eſt comme dans les autres Poiſſons étendue en façon d'aîle, portant au bout une longue arrête pointuë. La langue eſt formée de même que dans les autres Poiſſons.

N°. 3. *Autre Poiſſon Pêcheur d'Amerique.*

Il eſt de la même espece que le précedent, mais d'une figure differente. Car il porte ſur le nez une corne oſſeuſe qui s'avance en pointe entre deux petites nageoires. Sur la gueule eſt une éminence qui donne l'origine à un long muſcle de la figure d'un gros poil flexible, varié de blanc & de noir, & ſe diviſant en deux vers le milieu. Du reſte ce petit Poiſſon eſt d'un blanchâtre reluiſant, tout couvert ſur le corps de taches rouſſes en façon de flammes, & de taches noires ſur les nageoires. A côté de la tête près des yeux l'on aperçoit une tache qui reſſemble au Jacinte Etoilé. Il a auſſi les deux pieds de devant en forme de nageoires, & une pareille éminence ſur la poitrine à celle que nous avons décrite dans le précedent.

N°. 4. *Autre Poiſſon Pêcheur d'Amerique, Cornu, & garni de Pointes.*

La Corne garnie de pointes que porte ce Poiſſon ſur le nez, eſt faite d'une tout autre maniere que dans le Poiſſon qui précede, de ſorte qu'il eſt vraiſemblable qu'il y a diverſes especes de ce genre d'Animal. La peau de celui-ci eſt blanche, couverte de minces écailles, & ondée ou marbrée tant ſur le corps que ſur les nageoires, de taches d'un rouge-foncé & de taches blanches. Les nageoires ſont heriſſées de pointes. Les petites écailles du ventre ſemblent toutes piquées de points rouſſâtres. Sa belle queuë s'ouvre & s'étend en forme d'un Van, de même que les pieds. Il s'éleve de la partie anterieure de la poitrine une ſubſtance oſſeuſe qui ſe partage comme en deux longs pieds ou nageoires, ſous lesquelles on voit cinq especes de verruës longues. Au haut de la gueule ſont attachés deux poils en guiſe de barbe.

N°. 5. *Petit de la Grenouille ou Poiſſon Pêcheur du* N°. 4.

L'on voit que le Petit de cette Grenouille n'eſt pas encore marqué diſtinctement.

N°. 6. *Gre-*






TAB. LXXV.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 2.
A
Fig. 3.
Fig. 4.



Num. 6. *Rana Piſcatrix, Americana, quarta.*

Et hæc magis piſcem refert, pedibus inſtructum, uti priores: ſquamis caret, cute gaudens ex candido relucente, nigriſque maculis undulatis variegatâ, quæ albis rurſum punctis majoribus diſtinguuntur; dum cutis albedinem minima puncta nigricantia variegant. Caput & lingua Piſcium æmula: Branchiæ tamen haud uti in Piſcibus retrò patent, ſed clauſæ ſunt. Pinnæ leves, preſſulæ, ſibi mutuò incumbunt, uti & cauda. Bini pedes poſtici acutos gerunt ungues, membranis nexos, inſtar Raninorum.

Num. 7. *Pullus Ranæ Piſcatricis, quartæ.*

Monſtrat hic, ſpeciem hanc, totumque genus, in primo ſui ortu iam figuram Piſcium pedibus inſtructorum exprimere, nec è Bufonibus, vel Ranis, transformari. Similes poſſidemus pullos, dimidio adhuc minores, in unum quaſi glomerem convolutos, ubi ferè nec caput, nec caudam, diſtinguere licet.

TABULA SEPTUAGESIMA ET QUINTA.

Num. 1. *Rana, maxima, Virginiana, eximia, rara; fœmina.*

Præter alia hæc quoque ex Penſylvania nobis transmiſſa eſt, quæ elegantiſſimè per corpus dilutè cinereum picta cernitur. Supra dorſum lata decurrit tænia, à naſi apice ad nates usque, magnis parvisque maculis ſubruffis, tenuibusque venulis ſubflavis, mirum in modum variegata: quæ & pictura per totum corpus obtinet. Utrinque ad latus tæniæ dorſalis lineolæ albæ quaſi fimbriam faciunt: corporisque ſuperni latera maculæ circulares variæ, ceu totidem ocelli, ornant. Venter totus candicat. Caput, magnitudini totius proportionale, eleganter protuberantes monſtrat inſignes oculos: Auriculæ teretes, flavæ, in medio nigrâ maculâ circulari diſtinctæ, oculos mentiuntur tunicis quaſi obvolutos. Nates ampliſſimæ ſunt & tumidulæ. Femora quoque pulcherrimis lemniſcis, tanquam annulis, ſuccinguntur. Antici poſticique pedes in quatuor abeunt longos digitos, unumque pollicem, qui ſinguli unoquoque ſub articulo excreſcentiam gerunt, verrucæ longiuſculæ non abſimilem: id quod tantò habendum rarius, quum in nullâ aliâ hujusce generis ſpecie reperiatur.

Num. 2. *Lacerta, Virginiana, maculis & flammis adornata.*

Inſignis hæc, & longicauda, Lacerta, per dorſum ſaturatè viridis, ruffis, flammis, tenues ſquamulas diſtinguentibus, marmoris inſtar, variegatur: ſic etiam caput ſe habet. Porro reliquum corpus, femora, pedes, & caudam, dilutâ ſuper viriditate obſcurè rubellæ maculæ ornant. Supra caudam margo tenuis ſerrata protenditur. Auricularum locum ſupplent bini oblongi hiatus. Antici & poſtici pedes in quinque ungues fiſſi ſunt.

Num. 3.

N°. 6. *Grenouille ou Poiſſon Pêcheur d'Amerique, qui eſt le quatrieme qu'on repréſente ici.*

Il paroit que cet Animal eſt, comme les précedens, un vrai Poiſſon qui a des pieds. Il n'eſt point couvert d'écailles, mais d'une peau d'un blanc reluiſant picotée de très-petits points noirâtres, & marbrée ou ondée de taches noires lesquelles ſont auſſi mouchetées de points. Il a la tête & la langue du Poiſſon. Les Ouïes cependant ſont fermées, au lieu d'être ouvertes comme dans les autres Poiſſons. Les nageoires ſont unies, preſſées, couchées les unes ſur les autres, ainſi que la queuë. Les deux pieds de derriere ſont munis d'ongles pointus, attachés par des membranes comme dans les Grenouilles.

N°. 7. *Petit de cette quatrieme Grenouille, ou Poiſſon Pêcheur.*

Le Petit ici repréſenté prouve bien, que ſon Espece & tout le genre de ces ſortes d'Animaux ſont déja revetus dès leur premiere origine, de la figure de Poiſſons garnis de pieds, & qu'ils ne viennent d'aucune transformation de Grenouilles ni de Crapauds. Nous poſſedons encore d'autres Petits de ces Poiſſons, une fois moins grands que celui-ci, ramaſſés comme en un peloton, où l'on ne peut presque diſtinguer de tête ni de queuë.

PLANCHE SOIXANTE ET QUINZIEME.

N°. 1. *Grenouille Femelle de Virginie, grande, belle, & rare.*

On nous l'a envoyé de Penſylvanie avec d'autres raretés. Son corps eſt d'un cendré-clair très-joli. Il regne ſur le dos une large bande, qui décourt depuis la pointe du nez jusque aux feſſes; cette bande eſt variée d'une maniere ſinguliere de grandes & petites taches rouſſâtres, & de petites raies ou veines jaunâtres, ce qui a lieu pareillement ſur tout le reſte du corps. Chaque bord de la bande paroit comme effrangé par des lignes blanches. Le deſſus du corps eſt marbré dans les côtés de pluſieurs taches circulaires, qui ſemblent être autant d'yeux. Tout le ventre eſt blanchâtre. La tête eſt bien proportionnée au reſte du corps. Les yeux ſont grands, gros, & ſans néanmoins trop ſortir de leur orbite. Les oreilles rondes, jaunes, & ayant au milieu une tache circulaire noire, reſſemblent à des yeux qui ſeroient couverts de leurs tuniques. Les feſſes ſont larges & aſſez groſſes. Les cuiſſes ſont comme cerclées de bandelettes. Les pieds de devant & de derriere ſe fendent en un pouce, & en quatre longs doigts, qui ont tous par deſſous à chaque articulation une excroiſſance aſſez reſſemblante à une verruë un peu longue; ce qui eſt une choſe fort rare, & qu'on ne rencontre dans aucune autre ſorte de Grenouille.

N°. 2. *Lezard de Virginie, couvert de taches comme de Flammes.*

Ce grand Lezard à longue queuë, eſt muni de petites écailles minces, & eſt marbré ſur le dos de taches comme de flammes rouſſes d'un verd foncé. La tête eſt tachetée de la même maniere. Le reſte du corps, ſavoir les jambes, les pieds, & la queuë, ſont d'un verd-pâle, marqueté de taches d'un rouge obſcur. Il a au deſſus de la queuë une petite bordure dentelée. Deux ouvertures de figure oblongue lui tiennent lieu d'oreilles. Les pieds de derriere ſont fendus en cinq ongles.

N°. 3. *Serpent*

Num. 3. *Serpens, Virginiana, Ranis vescens.*

Id sectio ejus nos docuit, quando in ventre reperimus Ranam semicorruptam, lit. A indicatam. Est Serpens hæc squamis saturatè fuscis supernè tecta: versus medium fasciolæ luteæ, ordinatim digestæ, corpus ambiunt, quæ in parte, capiti proxima, & caudâ non occurrunt; ubi uniformis pictura regnat. Squamæ ventrales prorsus albæ sunt. Os acutis scatet dentibus; oculique cœrulescunt.

Num. 4. *Rana, Virginiana, maculis & lineis notata.*

Supernum ejus corpus subgriseum dilutis lineis, rubrisque maculis, distinguitur. Crura & pedes remissè flavescunt. Serpentum usui Ranarum hæcce species dicata est.

Num. 5. *Chamæcrista Pavonis, Americana, siliquosa.*

Frutex hic folia gerit, quorum plura uni pedunculo adnascuntur, Sennæ foliis minoribus similia. Flos venustus, rubicundus, quatuor vel quinque utplurimum petalis constat, in limbum circularem, crenatum, terminatis. Horum è medio oblongus emergit fasciculus, theculâ instructus longâ, capillamentis prominulis plenâ: unde dein insignes & latæ oriuntur siliquæ leguminosæ, quæ maturæ, extus coloris saturatè fusci sunt, ruffaque continent & plana semina. Fertilissima est hæc Planta. Vid. *J. Breynii Cent. I, Tab.* 24.

TABULA SEPTUAGESIMA ET SEXTA.

Num. 1. *Rana, Marina, Americana, rara; mas.*

En Ranam prodigiosæ magnitudinis, cui parem nuspiam videre mihi contigit! Ubi pedes ejus antici, & postici, extensi sunt, longitudine dimidium cubitum excedit; neque tamen extendi satis nunc potest, quia exsiccata est. Caput exceperis, reliquum dein corpus maculis eminentibus, ceu verrucis, magnis, parvis, obsitum est, quæ subtus dilutè griseæ, supra verò cinereo luteæ sunt; dum corpus ipsum colore ex cinereo saturarè griseo perfundatum est. Per dorsum, & scapularum interstitium, gibbosior est, & albescentibus lineis quasi distincta. Supra pedes anteriores utrinque scutum cernitur, alam ferè naviculæ referens, veluti desuper agglutinatum, dilutè cinereum, plurimis punctis nigris conspersum. Caput subruffis lineolis, hac illac decurrentibus, notatur. Oculi grandes, lucidi. Auriculæ teretes, nec prominulæ, sed leviter apertæ. Lingua lata maxillæ inferioris anticæ parti adhæret. Retro, inter nates & Coccygis os, quaterna reperiuntur tubera, teretia, oblonga, quæ equidem haud pro testiculis habemus, sed pro naturalibus excrescentiis. Pedes anteriores in quatuor fissi sunt digitos, singulos quatuor articulis instructos, quorum extremi latis unguibus muniuntur, infantum digitos sic referentes. Postici pedes digitis quatuor, unoque pollice, simili modo constructis, terminantur; hique ad radices suas mediâ membranâ tantillum colligantur. Videtur species hæc & terrâ marique victum quærere. Pro masculo hanc habemus.

Num. 2.

N°. 3. *Serpent de Virginie qui mange les Grenouilles.*

C'est ce que nous avons vu bien clairement en ouvrant son corps, car nous y avons trouvé une Grenouille à demi-corrompue, indiquée ici sous la lett. A. Ce serpent a le dessus du corps entouré de bandelettes jaunes disposées par ordre, lesquelles ne se voient point ni vers la tête ni vers la queuë, qui sont des parties colorées d'une maniere uniforme. Les écailles du ventre sont entierement blanches. La gueule est garnie de dents pointues; les yeux sont pers.

N°. 4. *Grenouille de Virginie, marquetée de taches & de raies.*

Le dessus du corps est grisâtre, barré de lignes, & marqué de taches rouges. Les jambes & les pieds sont d'un jaunâtre-pâle. Les Serpens mangent cette espece de Grenouille.

N°. 5. *Petite Poincillade d'Amerique, siliqueuse, à Fleurs de la beauté des plumes de Paon.*

Cet Arbrisseau porte des feuilles oblongues, attachées plusieurs à une queuë, & ressemblant aux petites feuilles du Senné. Ses fleurs sont d'une grande beauté, & de couleur rouge; chacune de ces fleurs est composée de quatre, ou, ce qui est le plus commun, de cinq feuilles, disposées en rond, & dentelées dans les bords Il sort du milieu d'elles quantité de petites étamines, renfermées dans un long calice. A la fleur succedent de grandes & larges siliques légumineuses, qui étant parvenues à leur maturité, sont d'un brun obscur en dehors, & contiennent des Semences plattes de couleur rousse. Cette plante est extrêmement fertile. Voyez J. Breynius Cent. I. Planche 24.

PLANCHE SOIXANTE ET SEIZIEME.

N°. 1. *Grenouille de Mer, d'Amerique, Mâle, très-rare.*

Voici une Grenouille d'une si prodigieuse taille, que je n'ai pas encore vu son égale, car ses pieds de devant & de derriere étant étendus, surpassent en longueur une demi-coudée, & néanmoins on ne peut leur donner toute leur étendue naturelle presentement que cet Animal est seché. Tout son corps, à l'exception de la tête, est d'un cendré gris-brun, marqueté de taches grandes & petites qu'on prendroit pour des verruës, qui sont par dessous d'un gris lavé, & par dessus d'un cendré-jaune. Le dos & l'interstice qu'il y a entre les épaules, sont relevés en bosse, paroissant comme separés par des lignes blanchâtres. Au dessus des pieds de devant, on voit des deux côtés une espece de bouclier qui semble comme collé par dessus, d'un cendré-clair, picoté de plusieurs points noirs, & d'une figure aprochante de l'aîle d'un petit bateau. La tête est barrée de petites raies roussâtres, qui décourent de côté & d'autre. Les yeux sont grands & brillans, les oreilles rondes, courtes, & peu ouvertes. La langue est large, adhérente à la partie de devant de la mâchoire inferieure. Il paroit entre les fesses & l'os Coccix quatre boutons ronds, oblongs, que je ne regarde pas pour être des Testicules, mais pour des excroissances naturelles. Les pieds de devant se fendent en quatre doigts, qui chacuns sont composés de quatre articulations, dont les dernieres sont larges, armées d'ongles, & ressemblent ainsi à des doigts d'enfant. Les pieds de derriere sont composés d'un pouce & de quatre doigts formés & terminés de la même maniere, & de plus attachés ensemble par une membrane mitoyenne. Cette espece de Grenouille semble vivre également sur terre & dans l'eau: Nous croions que celle-ci est un mâle.

N°. 2. *Lezard*






TAB. LXXVI.
Fig. 3.
Fig. 1.
Fig. 2.








Fig. 2.
Fig. 3.
A
A
B
B
Fig. 1.
Fig. 4.
P. Tanjé fecit.



Num. 2. *Lacerta, Virginiana,* de Taletec *dicta.*

Hæc per tenues ſquamulas ex cinereo griſea, ſuprà dorſum ex ruſo & albo eleganter variegatur: reliquum dein corpus albæ teſſellæ pingunt. Cauda longa, & in acumen deſinens, tæniis veluti circumdata & annulata eſt.

Num. 3. *Clematis, Daphnoides, major; ſive Laureola, arboreſcens, Americana, ramulis alatis.*

Arboris in modum excreſcit Planta hæc, tenuem porrigens truncum, inſtarque Convolvuli alias devinciens arbores. Folia, bina ſemper conjugata, è caule prodeunt, qui, ſingula inter foliorum paria, utrinque alatus eſt, tam in trunco, quàm ramulis; amœniſſimo certè ſpectaculo. Craſſa interim & viridia ſunt hæc folia, Laurinis ſimilia, per annos aliquot ſtabilia. De fructu & floribus ejus nil memoratum nobis eſt.

TABULA SEPTUAGESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. *Bufo, ſive Pipa, Americana, ova quàmplurima in dorſo habens; fœmina.*

Animal hoc fœdo Bufoni eſt ſimile, lato & plano corpore, brevi & rotundo capite, rictu amplo, & latè diducto, anterius in acutum convergente, inſtar oris Talpæ, fimbriâ quaſi reflexo: unde innoteſcit, illud, Porcorum in modum, terram fodicando, pabulum ſuum quærere. Cervicem à capite dividunt bini apices protuberantes. Laxa cervicis integumenta rugoſum veluti collare formant. Caput, coloris ſaturatè ſpadicei umbroſi, minutos gerit oculos. Dilutioris coloris dorſum, latum, ſphæricis ſcatet ocellis, æquidiſtantibus ferè, ut pullo cuilibet ſat detur ſpatii pro nutrimenti ſui attractione: ſunt enim ipſi hi ocelli ovula, teſtulis munita, prout ſub lit. A A notavimus; ubi inferna pariter ac ſuperna eorum facies exhibetur. Profundè hæc in cute latitant defoſſa, cruſtulâ quâdam membranaceâ tecta, aliquatenus extuberantia, ex ruſo lutea, reſplendentia: interſtitia horum ovulorum, reliquumque corpus ſupernum minutæ puſtulæ, margaritis ſimiles, obſident. Admiratione digniſſima eſt contemplatio inſoliti generandi modi hujusce animantis: pullos enim ſupra dorſum in cute propriâ procreat, exemplo Naturæ ordini ferè contrario; &, quod magis adhuc in ſtuporem rapit, eſt, quod ſemen maſculinum, oſſeo hoc ſuper dorſo, cutim inter & perioſtium per ſingulare pororum genus inſinuari, & inſinuatum parvis hisce in matricibus ad generationem diſponi & incubari poſſit: quando enim duriuſcula illa tunica ſuperincumbens aufertur, nuda remanent ovula, dorſo oſſeo inhærentia, teſtulis ſuis prædita, è quibus pulli iam maturi, præmiſſo capite, omnes prodeunt, uti Num. 3 indicat.

Crura ejus anteriora, cum pedibus, tenuia ſunt & gracilia, horumque ſimiliter digiti quatuor longi, in apices trifidos veluti unguiculos terminati. Femora poſteriora craſſa & carnoſa ſunt, pedesque oblongi in quinque longiuſculos acutos fiſſi ungues, ad extremum usque membranis inter ſe colligatos, pedum inſtar Anſerinorum. Surinamenſes, aliorumque Americæ locorum incolæ fœmellas horum animalium *Pipa*, mares verò

N°. 2. *Lezard de Virginie, nommé* de Taletec.

Il eſt d'un cendré-gris, garni de minces écailles, & joliment peint ſur le dos d'un mélange de blanc & de roux. Le reſte du corps eſt marqueté de petits Carreaux blancs. La queuë eſt longue, pointue, cerclée de bandelettes en forme d'anneaux.

N°. 3. *Lauréole d'Amerique, qui croît à la hauteur d'un Arbre, & dont les Rameaux ſe déployent en forme d'Aîles.*

Cette Plante croît à la hauteur d'un Arbre. Son tronc eſt délié, & comme le Lizeron embraſſe les arbres voiſins, & ſe lie à leurs branches. Ses feuilles ſortent de la tige, attachées deux à deux. La tige s'étend de chaque côté en forme d'aîles, & ſe ſubdiviſe en petits rameaux déployés de la même maniere, ce qui eſt tout-à-fait joli à voir. Les feuilles ſont charnues, vertes, ſemblables à celles du Laurier, & ſe conſervent quelques années. On ne nous a rien raporté touchant ſes fleurs & ſon fruit.

PLANCHE SOIXANTE ET DIX-SEPTIEME.

N°. 1. *Crapaud d'Amerique, Femelle, qui porte pluſieurs œufs ſur le dos.*

Cet Animal, autrement nommé *Pipa*, reſſemble effectivement à un hideux Crapaud. Son corps eſt plat & large; ſa tête eſt ronde & petite; ſa gueule ample & très-fendue, finit en pointe par devant, à la maniere du muſeau de la Taupe, & ſe recourbe; d'où il paroit que cette bête cherche ſa nourriture en creuſant la terre à la maniere des Cochons. Le col eſt ſéparé de la tête par deux pointes qui s'avancent en avant. Les integumens du col n'étant point tendus forment, comme un colier ridé. La tête eſt d'un chatain obſcur, les yeux ſont petits. Le dos eſt large, d'une couleur plus claire, & ſemble couvert comme de petits yeux ronds, poſés presque à égale diſtance, afin que chacun des Petits ait l'espace qui lui eſt néceſſaire pour prendre ſa nourriture. Ces especes d'yeux ſont autant d'œufs couverts de leurs coques, ainſi que nous les avons déſigné ſous les lettr. A A, où la partie de deſſous & de deſſus eſt en même tems repréſentée. Ces œufs ſont enfoncés profondément dans la peau, paroiſſant néanmoins un peu, & étant couverts d'une croute membraneuſe; ils ſont d'un roux-jaunâtre, reluiſant. L'intervalle qu'il y a entre chaque œuf, & le reſte du deſſus du corps, eſt rempli de petites puſtules qui reſſemblent à des perles. C'eſt une choſe bien digne d'admiration, que la façon extraordinaire dont cet Animal ſe produit; car il procrée ſes Petits dans ſa propre peau & ſur le dos, exemple qui eſt presque contraire au cours de la Nature. Mais ce qui ſurprend encore davantage, c'eſt que la ſemence du Mâle puiſſe percer le dos qui eſt oſſeux, s'inſinuer par un genre de pores ſingulierement faits entre la peau & le périoſte, & alors ſe diſpoſer inſenſiblement à la formation d'un Animal qui en ſort. En effet, quand on ôte cette membrane exterieure qui eſt couchée par deſſus, on voit ces œufs, garnis de leurs coques, enfoncés dans le dos, duquel ſortent les Petits qui veulent éclorre en montrant leur tête, comme la lettre B le repréſente.

Les jambes de devant de ces Animaux ſont grêles & menues, de même que les pieds, qui ſont compoſés de quatres longs doigts, fendus en trois pointes, & paroiſſant armés de petits ongles. Les cuiſſes de derriere ſont groſſes & charnues, terminées par des pieds oblongs, fendus en cinq ongles pointus, aſſez grands, attachés enſemble jusqu'au bout par des membranes, en façon de pieds d'Oyes. Les Surinamois, & les habitans des autres endroits de l'Amerique, appellent *Pipa* les Femelles de ces animaux, & les Mâles

verò *Pipal* appellant. Vid. Celeberrimi, in Naturæ operibus perſpicaciſſimi, & incomparabilis induſtriæ, Viri, D. Profeſſ. Freder. Ruyſchii *Theſ. Anim. P. I f.* 19. Primus Ille fuit, qui Pipas hasce huc locorum transmiſſas accepit, & cum orbe noſtro communicavit. Alii quoque Naturæ curioſi, hosque inter D. Livinus Vincent, iis potiti ſunt, hicque poſtremus opuſculum Latino & Gallico idiomate de iis conſcripſit, & liquori in vitro immerſas æri incidi curavit. Mihi pariter larga earundem copia, diverſæque ſpecies transmiſſæ ſunt, ſic ut & hoc in genere multiplex notetur varietas. Quum primam hancce ſpeciem perfectiſſimam poſſideremus, Naturæ ducti ſtudio, nullo nec vitro, nec liquore circumdatam hac in Tabulâ ad vivum repræſentavimus, tantò ut diſtinctius externæ omnes ejus partes viſui paterent.

Num. 2. *Pipa, Americana, ſecunda; fœmina.*

Hæc priori in omnibus ſimilis eſt, exceptis ovulorum, ex quibus pulli prodeunt, teſtis: harum enim opercula hîc pro parte iam ſemota ſunt, pullorumque nonnulli exitum moliuntur; dum alii capite præmiſſo emergunt; alii ſuis ſe unguiculis viſui exhibent; alii rurſum ſubfuſcâ adhuc & lucidâ membranâ, paulo magis in ambitum expanſâ, tecti cernuntur.

Num. 3. *Pipa, Americana, tertia; fœmina.*

Et hæcce tertia priores omni dote æmulatur. Patet hîc, quânam ratione pulli quàm paratiſſimi ſint, ad deſerendas in medio dorſi matrices ſuas; è quibus etiam aliqui iam de facto prorepſere, prout lit. BB indicant. Profundæ hinc foveæ, ad dorſi ſpinam relictæ, conſpiciuntur: quæ circum has ovula hærent, nondum partui matura ſunt; dum quorundam teſtulæ adhuc integræ & clauſæ ſunt, alia verò profundè in dorſo deliteſcunt. Unde equidem nobis videtur, quod maximus incubationis calor in medio dorſi excitetur; quum ibi citius contingat maturatio. Habet & hæc Pipa præ aliis id ſingulare, quod quatuor lineas punctatas ſupra caput gerat. Cæterum coloris eſt obſcurè nigricantis, umbroſi, per corpus ſupernum: inferiora dilutius tincta ex albo variegantur.

Num. 4. *Pipal, Americanus, maximus; mas.*

Eſt hic fœmellis ſuis per omnia major, & cute laxior, perque totum corpus ſuperius puſtulis, ſeu tuberculis, veluti margaritis, conſperſus; gerens binos ſimul teſticulos orbiculares, quæ ſolæ ſunt partes generationis, tam extus, quàm intus, hactenus viſæ. Venter totus, ex cinereo flavus, conſutus quaſi cernitur ſuturâ, ab inferiore oris parte protenſa usque ad nates, quas in deliciis habent nigri Americæ incolæ; ſimili prorſus modo, ac noſtratibus femora Ranarum, fungi edules, & Cochleæ, domunculas ſuas in tergo circumtrahentes, amantur, quas ipſi mihi ſæpiuſcule appoſitas fuiſſe Argentorati & Noribergæ memini.

TABULA

Mâles *Pipal.* Voyez le *Theſ. Anim. P. I. p.* 19. du celebre & incomparable Fred. Ruyſch. C'eſt lui qui le premier a reçu dans ces païs de ces ſortes d'Animaux, & nous les a fait connoitre. Quelques autres Curieux, & en particulier M. Livin Vincent, ont auſſi eû dans la ſuite de ces Animaux; ce dernier a même écrit un petit Ouvrage en Latin & en François ſur cette matiere, & après les avoir mis dans une liqueur, il en a fait graver la figure. On m'a auſſi envoyé diverſes Especes de ces Animaux, dont la varieté eſt fort conſiderable. Dès que nous avons eû entre les mains l'Espece dont il eſt ici queſtion, & qui nous a paru la plus parfaite, nous en avons donné une repréſentation fidelle dans cette Planche, & tirée d'après nature, ſans mettre cet Animal dans une liqueur, ni l'enfermer dans une bouteille de verre, afin qu'on en pût mieux copier toutes les parties exterieures qui s'offrent à la vuë.

N°. 2. *Autre Pipa d'Amerique, Femelle.*

Celui-ci eſt tout-à-fait ſemblable au précedent, excepté par raport aux coques des œufs d'où ſortent les Petits; ces coques ſont déja ſéparées en partie, & quelques uns des Petits cherchent à en ſortir, les autres pouſſent la tête dehors; il y en a qu'on voit s'élancer ſur leurs petits ongles, & on en aperçoit d'autres couverts encore d'une pellicule jaunâtre, transparente, & déployée davantage tout autour.

N°. 3. *Troiſieme Pipa d'Amerique, Femelle.*

Celui-ci reſſemble en tout aux deux précedens. Il paroit ici tous les Petits ſont que prêts à quitter la matrice où chacun eſt formé, & ceux qui ſont déja éclos ſe voyent repréſentés ſous les lettr. BB, de ſorte qu'on voit leurs matrices vuides, ſituées profondément à l'épine du dos. Tous les œufs qui adherent aux environs, ne ſont pas encore prêts à éclorre, quelques-uns ayant même leurs coques entieres & ſans la moindre ouverture. Pluſieurs de ces œufs ſont poſés fort avant dans le dos. D'où il nous ſemble que la plus grande chaleur doit être au milieu du dos, puisque c'eſt-là où ils viennent à éclorre le plus tôt. Cette espece de Pipa dont il s'agit préſentement, a cela de particulier qu'elle eſt rayée ſur la tête de quatre lignes toutes pointées. Du reſte, ſa couleur eſt par le deſſus du corps d'un noirâtre foncé; les parties inferieures du corps ſont d'un noir moins obſcur, varié de blanc.

N°. 4. *Pipal d'Amerique, très-grand, Mâle.*

Ce Mâle eſt en tout plus grand que les Femelles, & a auſſi la peau plus lâche, & moins tendue. Tout le deſſus de ſon corps eſt couvert de puſtules aſſez ſemblables à des perles. Il porte deux teſticules ronds, qui ſont les ſeules parties qui lui ſervent à la génération, qu'on ait pu découvrir jusqu'à préſent, tant exterieurement qu'interieurement. Tout le ventre qui eſt d'un cendré jaune, ſemble comme couſu par une future, laquelle commence à la partie inferieure de la gueule, & s'étend jusqu'aux feſſes. Les Negres de l'Amerique ſont leurs délices de cette derniere partie, de même que les cuiſſes des Grenouilles ſont eſtimées un excellent mets parmi nous, ou comme les Champignons, & les Escargots, autre manger que je me reſſouviens qu'on nous préſentoit aſſez ſouvent ſur la table à Strasbourg & à Nuremberg.

PLAN-






Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 9.
Fig. 10.
Fig. 11.
Fig. 12.
Fig. 13.
Fig. 14.
Fig. 15.
Fig. 17.
Fig. 18.
Fig. 19
Fig. 20.
A
Fig. 21.
B
Fig. 22.



TABULA SEPTUAGESIMA ET OCTAVA.

Num. 1. *Generatio & Transmutatio Ranarum nostratium, sive Europæarum.*

Quod hâc de re propria nobis suggessit experientia, edisseremus. Aliquot elapsi sunt anni, cum à D. Johanne Oosterwyk, Bibliopola Amstelædamensi, tum cogitante de Appendice quâdam tractatui *D. Merian* de Insectis Surinamensibus subnectendâ, rogaremur, auxiliatrices ut huic operi manus adferremus, transmutationem Piscium in Ranas, harumque rursus retrogradam in Pisces adjungendo. Cui equidem dum annuebamus haud inviti, factum ut pro nostrâ harumce rerum cognitione postulatum, quantum par erat, simus executi. Quum tamen ab illo tempore plura desuper & evidentiora tentaverimus experimenta, rem totam exactissimè, & quantâ valemus perspicuitate, nunc ob oculos ponemus; nil dubitantes, quin Curiosorum animi, hactenus a nobis forte dissentientes, sic convicti in nostram quoque sint ituri sententiam.

Num. 1. Primum exhibet Ranæ principium, quod speciem refert ovulorum, Piscium ovis haud absimilium: hæc primo vere à Ranis ejaculata graminibus, juncis, aliisve plantis per paludes & stagnantes aquas reperiundis adhærent; eadem prorsus ratione, ac Pisces ovula sua, in mari, cuidam quoque materiæ adfigunt, aut contra illam effundunt, hæc ut semine lacteo virili, seu lactibus ita dictis irrigari queant, & ex binorum unione speciei fiat propagatio. Ovula hæc magnitudine haud exsuperant tenuis aciculæ capitellum, & racematim congregata, instar seminis Papilionum, aut Animalium exanguium, membranæ cuidam tenui inclusa, gelatinoso quodam humore perfusa deprehenduntur, uti vitellus ovi in albumine hæret.

Postquam seminis masculini aurâ afflata sunt ovula, Ranæ his continuo adsident, ea fovendi gratiâ, donec augmentum capiant; tumque illa sponte secedunt à corpore, cui adhæserant, & in aquarum superficiem emergunt, ut à solis radiis justum incubatus calorem adipiscantur: sic dein ovula hæc, quasi à se mutuo separata, aliquatenus conjuncta tamen manent, inque rotundos globulos, quorum quilibet binis tunicis investitur, abeunt.

Num. 2. Punctum illud nigrum in centro hærens indicatur, quod primum Ranulæ est rudimentum, immersum tenui liquido Crystallino, rursus circumdato tunicâ quadam orbiculari, instar ocelli, in quâ hæret tenax & glutinosus humor, pro nutrimento Embryonis inserviens; donec hic vitâ donatus, inde prorepat, formâ minuti globuli nigri, tenui acutâque caudâ instructi, qui sensim accrescens, & parte caudæ propinquâ latior evadens, pisciculum refert, juxta Num. 3.

Num. 4. Fœtus hosce iam majores repræsentat, dum caudulas gerunt pinnis marginatas, oculosque specie nigrorum punctulorum visibiles: os quoque hîc iam cernitur, & tæniola in abdominis medio, funiculum referens umbilicalem, ex quâ paulò post protruduntur pedes posteriores, uti Num. 5 est videre.

Num. 6. Jam fere Ranæ faciem præ se ferunt parte capitis anticâ; cerniturque protuberantia, ubi primus pes anterior cutim perforat, & fermè perfectus iam prorumpit: hunc alter sequitur; qui bini cum posticis quando visibiles sunt, cauda interim eorum longa & acuta in dies abbreviatur, consumiturque insensibiliter, donec prorsus abolita sit, prout Num. 7 & 8 exhibetur: ubi iam perfectas in Ranas evasere & prosiliunt.

Hancce

PLANCHE SOIXANTE ET DIX-HUITIEME.

Génération & Transmutation des Grenouilles de l'Europe.

Nous ne parlerons ici que de ce que notre propre experience nous a apris sur ce sujet. Il y a quelques années que Jean Oosterwyck Libraire d'Amsterdam, ayant envie de donner quelques additions au Traité de Mlle. *Merian* sur les Insectes de Surinam, il me pria de l'aider dans son dessein, en ajoutant à cet Ouvrage, ce qui regarde la métamorphose des Poissons en Grenouilles, & réciproquement celle des Grenouilles en Poissons. Je ne refusai point mes soins à cette entreprise, que j'ai tâché d'exécuter autant que ma connoissance en ces matieres a pu me le permetre. Cependant comme depuis ce tems-là j'ai fait plusieurs nouvelles experiences à ce sujet, j'exposerai ici tout ce que j'en sai avec toute la clarté & l'exactitude possible, ne doutant point que les Curieux qui pourroient penser autrement que moi, ne se rangent à mon opinion sur cette matiere.

N°. 1. Marque le premier germe de la Grenouille, qui ressemble à de petits œufs, tels que sont des œufs de Poissons. Les femelles des Grenouilles jettent au printems ces œufs sur l'herbe, les Jones, & autres Plantes qui naissent dans les marais & les eaux croupissantes. Ces œufs s'attachent à ces herbes de la même maniere que le frai que pose les Poissons dans quelque endroit de la mer propre à le retenir; dès que ces œufs ont été fecondés par le sperme du mâle, il en resulte la propagation de l'Animal. Ces œufs de Grenouilles sont de la grosseur de la tête d'une fine aiguille, attachés en forme de grape, & renfermés dans une membrane mince, à la maniere des œufs de Papillon. Ils sont aussi environnés d'une humeur gluante, de même que le jaune d'un œuf est entouré du blanc.

D'abord que le sperme du mâle a fécondé ces œufs, la femelle les couve continuellement jusqu'à ce qu'ils soient venus au terme de leur accroissement; alors ils tombent d'eux-mêmes de l'endroit où ils étoient adhérans, & se soutiennent sur la superficie de l'eau, afin d'y acquerir le degré de chaleur des rayons du soleil qui est nécessaire pour les faire éclorre. Quoiqu'ainsi séparés les uns des autres, ils demeurent néanmoins encore unis en quelque façon, & se forment ensuite en de petites boules rondes, dont chacune est couverte de deux tuniques.

N°. 2. Indique ce point noir du milieu, le premier commencement de la Grenouille, qui nage dans une liqueur limpide comme le Cristal, contenuë dans une membrane ronde, laquelle membrane renferme encore une humeur tenace, visqueuse, destinée à la nourriture de l'Embrion, jusqu'à ce qu'il soit prêt à éclorre. Alors ce petit Embrion perce cette membrane, & en sort ayant la figure d'une petite tête noire, munie d'une queuë mince & pointue. Il s'accroît & se développe insensiblement; la partie qui est près de la queuë s'élargissant toujours davantage, il ressemble alors à un petit Poisson, ainsi que le désigne le N°. 3.

N°. 4. Représente ces Embrions déja plus grands, avec leur petites queuës bordées d'ailerons. Les yeux paroissent comme de petits points noirs. On aperçoit aussi la bouche, & une bandelette sur le milieu du bas ventre, laquelle ressemble au cordon ombilical; c'est de cette bandelette d'où sortent ensuite les pieds de derriere, comme il paroit par le N°. 5.

N°. 6. Ici ces Embrions ont presque déja la forme de la Grenouille par le devant de la tête. On y voit une éminence où la premiere patte de devant perce la peau, & sort à peu près entierement formée. L'autre patte sort ensuite, & puis paroissent celles de derriere. Alors il arrive que leur queuë longue & pointuë, s'acourcit de jour en jour & diminue insensiblement jusqu'au point qu'elle disparoit tout-à-fait, comme on le montre au N°. 7 & 8, où ces Embrions sont devenus de parfaites Grenouilles qui commencent à sautiller.

Nous

Hancce Ranarum indigenarum generationem ſedulo & laborioſo ſcrutinio obſervavimus, dum primò ſperma Ranarum ad quartum usque incrementi gradum, novâ quotidie aquâ refectum, demtis illis ejus particulis, quæ muſco inhærebant, aëri aperto expoſuimus: quæ tamen methodus haud adeò ex voto ſuccedebat. Unde anno inſequente aliam, eamque meliorem, invenimus, quæ manu duceret in operis totius cognitionem. Menſe nimirum Martio accuratè explorabamus locum, ubi Ranæ commorabantur; prima ut generationis earum initia expiſcaremur: hunc igitur deprehendimus foſſas eſſe minus profundas, aquis plenas ſtagnantibus, multâ plantarum aquaticarum, muſcique enatantis copiâ obſeſſis; ubi Ranarum majorum minorumque totas phalanges reperimus, quæ jugiter more ſuo vociferantes ſuam quælibet comparem alliciebant ſono hocce: *kwax kwax*; hasque dein adventantes ſalutabant aliâ rurſus voce, ſonante: *brekebex*, *brekebex*: tum verò toto grege convocato maſculus fœmellam conſcendit, pedibusque anticis humeros ejus, poſticis verò nates amplectitur. Neque tamen vel minimum cernitur veſtigium externarum quarumdam partium genitalium; dum interim neceſſe eſt coitûs quandam ſpeciem ab illis patrari, unde fiat fœcundatio. Hoc facto ovula ſua ejaculantur, eaque, modo ante memorato, in aquis alicubi vel ad muſcum, vel herbam aliam adfigunt. Terminus generationis à primo conceptu ad ſtatum usque perfectitudinis novem abſolvitur ſeptimanis, juxta noſtras obſervationes. In fine Martii ovula vidimus, graminis, aut herbarum fibris annexa, de die in diem majora eſſe reddita; quandoquidem hæc quotidie manè ſub ortum ſolis, per ſexaginta dies continuos, exhaurire curabamus: tumque dein nullam amplius inibi Ranam majorem natu, vel minorem erat reperire, ſed omnes iamiam ſe abſconderant, aut aliorſum divagabantur. Quotidiana mea obſervata in Tabulâ à Num. 1 ad 8 iam exhibui, additis deſcriptionibus neceſſariis. Cui volupe eſt, plura de Ranis pernoſcere, legat *Plinium* & *Ariſtotelem* inter antiquos, *Rajum*, verò inter recentiores, *Jonſtonum*, & alios.

Generatio & Transmutatio Ranarum Aſiaticarum.

Reſtat nunc breviter enarremus quædam de Ranis, ex Amboina nobis transmiſſis, quæ idem incrementum, eandemque ac indigenæ ſubeunt mutationem: at quia grandiores ſunt, omnia hæc multò exhibent diſtinctiora. Tres verò priores earundem ſtatus, ſeu principia, uti Num. 1, 2 & 3 habentur, nobis deſunt, in quibus tamen haud quidquam diſcriminis ab indigenis reperiri confidimus.

Num. 9. Primam delineat Amboinenſis Ranæ faciem, Piſciculi æmulam, pedibus hactenus nullis conſpicuis, ſed corpore craſſo, brevi capite, binis ocellis, & longâ caudâ.

Num. 10. Jam craſſior eſt & longior, binisque pedibus poſticis evolutis inſtructa.

Num. 11. Piſcem magis quàm Ranam refert: pedes hic tres iam prodiere; dum quartus anterior, adhuc ſub cute latens, hanc facit protuberare, & iamiam erupturus videtur. A capite ſupra dorſum, & ad utrumque caudæ latus, pellis quædam, ſeu fimbria protenditur membranacea, pinnarum ſupplens locum.

Num. 12. Hæc parum à perfectâ Ranâ differt, niſi, quod integram adhuc Piſcis caudam gerat, quæ à femoribus poſticis margine fimbriato, per totam caudam protenſo, oritur. Reliqua corporis ſuperna pars prorſus glabra eſt.

Num. 13. Hæc prioribus comparata, minor eſt: cauda ultra dimidium ſui contracta eſt, nec membranacei amplius limbi quidquam præ ſe fert.

Num. 14. Hæc Rana iam perfectiſſima totam demum caudam amiſit.

Transmutatio

Nous avons examiné avec des ſoins pénibles cette Génération des Grenouilles de ces païs. Pour cet effet nous avons d'abord expoſé à l'air le frai de ces Animaux jusqu'au quatrieme degré de leur accroiſſement, en renouvellant tous les jours l'eau, & en ôtant les parties étrangeres adhérantes à la mouſſe. Cependant cette méthode n'ayant pas réuſſi à nos ſouhaits, nous la changeames, l'année ſuivante, & nous en trouvames une autre, qui nous a conduit comme par la main à la connoiſſance de cet ouvrage. Ainſi au mois de Mars, nous avons examiné fort attentivement la demeure des Grenouilles, pour être mieux au fait du commencement de leur propagation. Elles habitent les foſſés peu profonds, remplis d'eaux croupiſſantes, & qui abondent en plantes aquatiques, & en mouſſe qui nage ſur l'eau. Là abordent des légions de Grenouilles grandes & petites, qui s'appellent ſans ceſſe les unes les autres par leurs cris de coaſſement, ſaluant celles qui arrivent du cri de *brekebex* repeté. Dès que les Grenouilles ſe trouvent toutes raſſemblées, le mâle s'acouple avec la femelle, embraſſant ſes épaules étroitement avec les pieds de devant, & ſes feſſes avec les pieds de derriere. On ne voit néanmoins aucune trace de parties exterieures de la génération, quoiqu'il ſoit pourtant neceſſaire qu'il y ait quelque eſpece de coït entre l'un & l'autre pour féconder les œufs que la femelle après cet acouplement jette ou poſe ſur la mouſſe ou quelqu'autre herbe qui croît dans ces foſſés. Le terme de la génération de ces Animaux depuis la conception jusqu'a l'entiere conformation, dure, autant que j'ai pu l'obſerver, le tems de 9 ſemaines. J'ai vu leurs œufs à la fin de Mars jettés ſur l'herbe, croitre de jour en jour, ayant eû ſoin tous les matins au lever du ſoleil de continuer mes obſervations pendant ſoixante jours. Depuis ce tems je ne vis plus de Grenouilles ni grandes ni petites, toutes ſe cacherent ou paſſerent ailleurs. Ce ſont mes remarques journalieres ſur ce ſujet, que j'ai déja expoſé dans cette Planche depuis le N°. 1 jusqu'au N°. 8, en y ajoutant les deſcriptions néceſſaires. Ceux qui ſeront curieux d'en ſavoir davantage doivent conſulter parmi les Anciens *Pline* & *Ariſtote*, & parmi les Modernes *Ray*, *Jonſton*, & leurs pareils.

Génération & Métamorphoſe des Grenouilles Aſiatiques.

Il nous reſte quelque choſe à ajouter ſur les Grenouilles qu'on m'a envoyé d'Amboine, lesquelles croiſſent & ſe métamorphoſent de la même maniere que celles de nos païs. Mais parceque les Grenouilles d'Amboine ſont plus groſſes, toutes leurs parties paroiſſent plus diſtinctement: les trois premiers degrez d'accroiſſement par où paſſent les Grenouilles d'Amboine (degrés que nous avons décrits touchant les Grenouilles de nos païs au N°. 1. 2. 3) nous manquent. Cependant nous nous perſuadons qu'il n'y a aucune difference à cet égard.

N°. 9. Repréſente la premiere forme de la Grenouille d'Amboine, imitant la figure d'un petit Poiſſon, ſans faire voir encore aucuns pieds, mais un corps ramaſſé, la tête courte, deux petits yeux, & une longue queuë.

N°. 10. Ici, elle eſt déja plus grande & plus groſſe, ayant auſſi deux pieds de derriere développés.

N°. 11. Ici, elle approche plus du Poiſſon que de la Grenouille, trois de ces pieds ſont déja ſortis, le quatrieme de devant caché encore ſous la peau, l'éleve, & paroit prêt à paroitre. Depuis la tête ſur le dos, & de chaque coté de la queuë, s'étend une eſpece de peau, ou bande membraneuſe qui tient lieu de Nageoires.

N° 12. Celle-ci differe peu d'une Grenouille parfaite, excepté par exemple qu'elle porte encore la queuë entiere du Poiſſon, qui nait des jambes de derriere par le moyen d'une bordure dentelée, étendue ſur toute la queuë. Le reſte du deſſus du corps eſt tout-à-fait pelé.

N°. 13. Celle-ci eſt petite en comparaiſon des autres. Sa queuë eſt diminuée de plus de la moitié, & n'a plus aucun bord membraneux.

N°. 14. Cette Grenouille-ci eſt tout-à-fait formée, & a perdu toute ſa queuë.

Métamorphoſe

Transmutatio Ranarum Americanarum in Pisces.

Retrogradam hîc exhibemus metamorphosin Ranarum Americanarum, quæ ex Ranis rursum in Pisces mutantur. Harum nobis sat magna suppetit copia, non Surinamo solum, sed & ex Curassoâ, aliisque Americæ portibus transmissarum. Quin videtur probabile, quod Ranæ, in quibuscunque orbis partibus & regionibus sese multiplicant, ibi & ex Ranis redeant in Pisces postea: attamen quia vix observantur, quando in metamorphosi suâ constitutæ sunt, nec cum curâ illo tempore investigantur; hinc luculentis caremus documentis ad stabiliendam hancce nostram opinionem. Retulit mihi Vir fide dignus, in Gelriâ captos esse Pisces, formâ similes Americanis illis è Ranâ natis, sed coloris cinerei pallidioris. Multum impendi operæ indigenis hisce videndis, aut nanciscendis; nec tamen voti compos sum factus, nisi sesquianno inde elapso, postquam Tabula hæcce iam parata erat: unde hos alteri inserere Tabulæ sumus coacti. In calidis Indiæ, tam Orientalis, quàm Occidentalis, regionibus animalcula hæc lætius vegent, vigentque liberius per flumina & rivos, quàm temperato, aut frigidiore sub climate. Capiuntur etiam ab Hominibus, Avibus, & Piscibus, quibus in pabulum cedunt: unde increscens eorum numerus, valdè alioquin multiplicandus, quot annis haud parum diminuitur.

Num. 15. Americana hæc Rana in plerisque cum nostrate convenit quoad formam & colorem: dilutè grisea est, subtus tamen eodem quidem, sed saturatiore, colore tincta: corpus postremum & nates rubris maculis variegantur; sicque & prominens cauda, quæ dorsi spinæ unita est. Clunibus ferè æmulatur Amboinensem illam, sub Num. 13 exhibitam, cujus cauda obliterari incipit.

Num. 16. Hæc grandior priore, majorem quoque gerit adnatam caudam, Piscium æmulam, per costulas, seu officula, divisam, totam cartilaginosam, cui simul supra & infra limbus latus, membranaceus, fimbriatus, accrevit. Pedes antici abbreviari occipiunt, totusque venter cum capite Pisci iam appropinquat.

Num. 17. Hæc inversa Rana subtus se conspiciendam exhibet. Venter ex cinereo dilutè grisei est coloris, unà cum natibus & pedibus, qui saturatius fuscis distinguuntur maculis: pedum anteriorum articuli crassiores, corpori proximi, iam retracti, seu aboliti sunt; alter articulus cum unguibus imminuitur quoque, & sensim consumitur.

Num. 18. Et hæc quoque dorso incumbit, ut pateat, unius pedis ungues adhuc eminere, secundum verò articulum iam penitus retrocessisse: de pede altero tantillum duntaxat adhuc conspicitur. Caput ferè penitus aliam induit formam, nec nisi parvo foramine patet: pedes quoque postici dimidio iam minores facti sunt. Unde hæc fermè tota iam in piscem abiit.

Num. 19. Hæc in dorso conspicua pedes anticos tantum non penitus consumtos monstrat, exceptâ unguium quâdam parte, qui tamen tenuiores etiam & minores fiunt.

Num. 20. Isthæc ferè tota Piscis est, nisi quod pedes postici, valdè iam imminuti, adhuc restent. Caput admodum grande & latum apparet: neque tamen id omne ad caput pertinet, sed pars ejus saccum format amplum, cui omnes internæ partes, quoque transformandæ, inclusæ sunt. Macula alba, lit. A notata, vestigium est pedum anteriorum abolitorum. Oculi, cum rictu, patulisque naribus, majores fiunt. Pinnæ latæ membranaceæ ob laxam suam tenuitatem supra se mutuò complicantur.

Num. 21. Hujus postici pedes ferè prorsus evanuere; abolitione horum omnino aliâ existente, quàm anticorum:

Métamorphose des Grenouilles d'Amerique en Poissons.

Nous allons traiter présentement de la Métamorphose opposée des Grenouilles d'Amerique, qui de Grenouilles se changent derechef en Poissons. Nous possedons une assez grande quantité de ces Animaux, qu'on nous a envoyé non seulement de Surinam, mais aussi de Curaçao, & d'autres parties de l'Amerique. Certes il me paroit probable que les Grenouilles, dans quelque endroit du Monde qu'elles se trouvent, se métamorphosent partout en Poissons une seconde fois; cependant comme on les observe rarement dans le tems de ce changement, ou qu'on n'en fait pas d'assez exactes recherches, il arrive que je manque d'experiences pour établir mon sentiment sans replique. Une personne digne de foi m'a rapporté qu'on avoit pris en Gueldre des Poissons semblables de figure à ceux qui viennent des Grenouilles dans l'Amerique, étant seulement pour la couleur d'un cendré plus pâle. Je me suis donné beaucoup de soins pour voir, ou pour acquerir de ces sortes d'Animaux de nos païs, sans avoir pu réussir avant les derniers six mois qui viennent de s'écouler, & lorsque cette Planche étoit déja gravée, ce qui m'a obligé d'en renvoyer la Figure & la Description à une autre Planche. Ces Animaux, dans les païs chauds d'Orient & d'Occident, viennent bien mieux & en plus grande abondance, que dans des Climats plus froids & plus temperés. Ils s'augmenteroient prodigieusément, si les Hommes, les Oiseaux, & les Poissons ne les mangeoient pas.

N°. 15. Cette Grenouille-ci d'Amerique approche beaucoup de celle de nos païs, tant pour la figure que pour la couleur. Elle est d'un gris-clair, qui devient plus foncé sous le corps. Le derriere du corps & les fesses sont marquetées de taches rouges, de même que la queuë qui s'avance, & qui est accrue à l'épine du dos. Elle ressemble assez par le derriere à la Grenouille d'Amboine représentée au N°. 13, & dont la queuë commence à s'évanouir.

N°. 16. Cette Grenouille plus grande que la précedente, porte aussi une plus longue queuë, ressemblant à celle des Poissons, divisée par côtes, toute cartilagineuse, à laquelle est accrue dessus & dessous une bordure large, membraneuse, & crenelée. Ses pattes de devant commencent à s'accourcir, & elle approche déja d'un Poisson par la tête, & par tout le ventre.

N°. 17. Cette Grenouille étant renversée se fait voir par dessous. Elle a le ventre, les fesses, & les pattes d'un gris-cendré clair, marbré de taches d'un brun obscur. Les grosses articulations des pattes de devant, qui sont près du corps, commencent à se retirer & à disparoitre; l'autre articulation, de même que les ongles, diminue & s'évanouit insensiblement.

N°. 18. On a aussi représenté celle-ci couchée sur le dos, pour montrer que les ongles d'une des pattes paroissent encore, & que la seconde articulation est déja entierement retirée. On n'aperçoit encore qu'une très-petite partie de l'autre patte. La tête a presque une tout autre forme, ne laissant voir qu'un petit trou. Les pieds de derriere sont aussi déja diminués de la moitié, de sorte qu'elle est presque absolument métamorphosée en Poisson.

N°. 19. Cette Grenouille-ci, vuë sur le dos, ne montre, à l'exception d'une petite partie des ongles, que les pieds de devant qui ne soient pas entierement disparus, & ces pieds même deviennent plus menus & plus petits.

N°. 20. La Grenouille qu'on représente ici est presque déja toute changée en Poisson, excepté seulement que les pieds de derriere paroissent encore, quoiqu'extrêmement diminués. La tête semble fort grande & fort grosse; cependant tout ce qu'on voit n'apartient pas à la tête, mais une de ses parties forme un sac large qui renferme toutes les parties interieures qui doivent se métamorphoser. La tache blanche désignée par la lettre A, est la trace des pieds de devant qui sont disparus. Les yeux, la gueule, & les narines augmentent & s'accroissent. Les nageoires larges, membraneuses, lâches, & minces, sont couchées l'une sur l'autre.

N°. 21. Les pieds de derriere de cette Grenouille sont comme disparus, mais d'une maniere toute differente de ce qui arrive

anticorum: hi enim articulatim quasi introrsum contrahuntur, cum postici imminuti tandem evanescant penitus. In dissectione ejus necquicquam pedum posteriorum intus deprehenditur: quantum verò ad alias partes internas, harum postea trademus descriptionem. Caput hujus magis iam Piscis capiti congruit, uti & oculi & rictus, in quo minuti etiam dentes erumpunt. Sunt qui negant hancce Ranarum in Pisces transmutationem, concedentes interim Piscium in Ranas metamorphosin: nos tamen haud dubitamus asserere illos, qui huic rei fidem renuunt, defectu legitimarum observationum desuper factarum, cœcutire, & de re sibi incognitâ falsum ferre judicium.

Num. 22. Hic ultimus est status Ranæ in Piscem perfectum transmutatæ, ubi duplices pinnæ, ordine digestæ, locum pedum supplent, & per dorsum pariter ac subtus juxta ventrem angusta margo pinnata protenditur, corpore in caudam quoque pinnatam, proportionalem toti, desinente. Hæc Piscium species, Surinami *Jakjes* appellata, mensarum inter delicias habetur, & in fluminibus *Kommewyne*, *Kottica*, aliisque, capitur. Os eorum minutis acutisque scatet dentibus: oculi grandes rubri & cœrulei sunt: mediocrem Barbulam magnitudine æquant: capitis inferna pars circa mandibulas veteris tegumenti ventralis, nondum omnino separati, sed supra pinnas dependentis, reliquias monstrat. Color cinereo griseus ex albo variegatur; subtus autem ex saturatè fusco. Notandum prætereà occurrit, quod Piscis hicce geminâ serie ossiculorum cartilagineorum, utrinque juxta corpus, à capite ad caudam usque, instructus sit. Anatomicam postremæ hujus transformationis descriptionem aliâ Tabulâ exhibebimus.

TABULA SEPTUAGESIMA ET NONA.

Num. 1. *Testudo, terrestris, Amboinensis, minor.*

Pulcherrimè pictam hancce colore dilutè ruffulo, albæ maculæ lineæque, flammarum instar, per caput & conchatas quasi squamas variegant. Pedes rubicunda ornant punctula. Caput valdè prominulum minutos ostendit oculos. Pedum quilibet in quinque finditur digitos, acutis instructos unguiculis. Nunquam hæc species in majorem molem excrescit.

Num. 2. *Eadem inversa.*

Subtus sic conspicua est, monstratque tegumen inferius superiori cedere magnitudine; quum caput, pedes, caudamque non tegat: has autem partes pro lubitu emittit, aut retrahit animal; estque facies hæc ejus inferna dilutè flava, & rubro pigmento supra scutum adumbrata.

Num. 3. *Testudo, terrestris, Ceilonica, elegans, minor.*

Hujus protuberanti dorso quæ incumbunt testæ, dilutè flavæ, latis, saturatè spadiceis maculis, foliaceis, distinguuntur venustissimè; similisque pictura ornat scuta, seu squamas, quæ latera marginant. Caput, pedesque squamulis pariter luteis vestiuntur.

Num. 4.

rive aux pieds de devant, car ceux-ci rentrent en dedans comme par articulations, au lieu que les pieds de derriere étant diminués, disparoissent enfin absolument. En effet dans la dissection on n'aperçoit interieurement aucun reste de pieds de derriere. Pour ce qui est de ses autres parties internes, nous en donnerons la description dans la suite. La tête de cette Grenouille, sa bouche où de petites dents commencent déja à percer, & ses yeux, tiennent beaucoup plus de la figure du Poisson. Il y a des personnes qui nient cette transmutation de Grenouille en Poisson, quoiqu'ils conviennent de la métamorphose de Poissons en Grenouilles. Nous osons néanmoins assurer que ceux qui nient ce fait, ne le font que par manque d'observations, qu'ils ont négligé de prendre sur cette matiere; d'où il arrive qu'ils portent un faux jugement d'une chose qui leur est inconnue.

N°. 22. Voici le dernier degré de la métamorphose de la Grenouille en Poisson parfait. L'on y voit que de doubles nageoires disposées par ordre tiennent lieu de pieds. Sur le dos, & par dessous, vers le ventre, s'étend une bordure étroite, dentelée: le corps finit en une queuë proportionnée au reste, & qui est aussi crenelée. Les Surinamois appellent cette espece de Poisson *Jakjes*, & l'estiment un manger délicieux. On le prend dans les Rivieres *Kommewyne*, *Kottica*, & autres pareilles. Leur gueule est armée de petites dents pointues. Leurs yeux sont grands, bleus & rouges; ils sont de la grosseur d'un Barbillon médiocre. La partie inferieure de la tête fait voir vers les babines les restes de l'ancien tégument du ventre qui n'est pas encore entierement separé, mais qui est pendant sur les nageoires. La couleur de ce Poisson est d'un cendré-gris, varié de blanc, & sous le corps d'un brun foncé. Il faut encore remarquer que ce Poisson est muni depuis la tête jusqu'à la queuë d'un double rang de petits os cartilagineux, qui regnent de chaque côté. Nous reservons de donner dans une autre Planche la Description Anatomique de cette derniere métamorphose dont nous venons de traiter.

PLANCHE SOIXANTE ET DIX-NEUVIEME.

N°. 1. *Tortuë de Terre, d'Amboine, petite.*

Elle est d'une couleur roussâtre-pâle, très-belle, variée sur la tête & ses écailles voutées, de taches blanches, & de rayes qui s'étendent en façon de flammes. Ses pieds sont grenés de petits points rouges. Sa tête s'avance fort en avant. Ses yeux sont petits. Chacun de ses pieds se fend en cinq doigts, armés de petits ongles pointus. Cette espece de Tortuë ne devient jamais plus grosse.

N°. 2. *La même Tortuë renversée.*

Vuë par dessous, elle montre que le plastron qui la défend par dessous, n'est pas aussi grand que par dessus, puisqu'il ne couvre pas la tête, les pieds, ni la queuë. Cet Animal étend ou retire ces parties-là à sa fantaisie. Il a le dessous du corps d'un jaune-pâle, qui est ombré de rouge sur le plastron.

N°. 3. *Tortuë de Terre, de Ceylan, belle, & de petite taille.*

Les écailles qui couvrent son dos fait en arcade, sont d'un jaune-pâle, joliment marquetées de taches larges, minces, d'un chatain obscur. Il en est de même des écailles qui garnissent les côtés. La tête & les pieds sont pareillement revêtus de petites écailles jaunes.

N°. 4. *Petit*

TAB. LXXIX.

Fig. 2.




Fig. 1.




Fig. 5.




Fig. 4.




Fig. 3.




Fig. 6.




Fig. 7.





Fig. 8.










TAB. LXXX.
Fig. 9.
Fig. 8.
Fig. 6.
Fig. 1.
Fig. 5.
Fig. 4.
Fig. 3.



Num. 4. *Testudinis, marinæ, Americanæ, Pullus.*

Vix exclusus è testâ prodiit Pullus hic, natatui nondum adsuetus, omnibus tamen articulis membrisque absolutus. Ad ventrem scutatum videre est tuberculum unà cum umbilicali funiculo. Dorsi testa, hujusque conchæ laterales dilutè flavæ, ex fusco relucent. Caput, elegantissimè squamatum, flavo pictum colore est. Pinnati pedes spadicei tenui limbo flavo cinguntur.

Num. 5. *Testudinis, marinæ, Pullus alter.*

Formâ priori convenit, solâ picturâ differt; dum, præter flavum collare, pars ejus superna prorsus saturatè fusca, tenui tæniâ flavâ, in ambitu circumdatur.

Num. 6. *Testudinis, marinæ, Pullus tertius.*

Et hic colore distat à prioribus: capite est minore, & breviore, tribusque squamulis, seu maculis albis ornato; collum laxissimâ vestitum cute, rugosumque, capiti hinc recondendo concedens spatium, dilutè flavum est: scuta verò subruffo alboque distinguuntur pigmento, remissâ desuper rubedine candorem variegante. Cæterum pinnatos pedes albicans fimbria succingit.

Num. 7. *Ovum Testudinis, cum fœtu.*

Cernitur hîc Pullus perfectus, prout, per solis calorem in sabulo incubatus, de testâ modo prorupit. Mater è mari, vel flumine ad littus se confert, plurimaque ova aridam in arenam deponens hâc tegit, ne justo citius à solis radiis excludantur, aut frigore nocturno constringantur. Hac ratione, juxta relationes Itineratorum, species hæcce in Americæ Hispanorum præsertim portibus, Curassoâ, aliisque locis, mirum in modum sese multiplicat, incolisque usus adfert plurimos: adultiora enim horum animalium, capta, iis pro cibo serviunt; sicque & ova, quæ passim per maris littora quæritantes copiosa colligunt: vitellus horum ruber, uti Anatinorum, haud ingrati est saporis.

Num. 8. *Ovum Testudinis, speciei mediocris, ex Americâ.*

Testæ hujus crassiores sunt, quàm ovorum Gallinaceorum, nec tamen crustâ Calcariâ tam durâ præditæ.

TABULA OCTUAGESIMA.

Num. 1. *Testudo, major, Terrestris, Americana,* Mydas *dicta.*

Per omnem ferè Americam plurimæ Testudinum reperiuntur species, in portibus præsertim, Hispanorum ditioni subjectis, ubi insignem magnitudinem & senium notabile adsequuntur. Ex Curassoâ, quam hoc

N°. 4. *Petit d'une Tortuë de Mer, d'Amerique.*

A peine sort-il de sa coquille, sans être encore accoutumé à nager, qu'il a néanmoins toutes ses articulations & ses membres parfaitement formés. On voit sous son ventre couvert d'écailles, une éminence, de même que le cordon ombilical. Les écailles du dos & des côtés sont d'un jaune-pâle mêlé de brun. La tête couverte de belles écailles, a la couleur jaune. Les pieds sont crenelés, chatains, & entourés d'une bordure jaune.

N°. 5. *Autre Petit d'une Tortuë de Mer.*

Il est de la même figure que le précedent, & n'en differe que par le collier jaune qu'il porte; le dessus de son corps est d'un brun très-obscur, & est orné tout autour d'une petite bande jaune.

N°. 6. *Troisieme Petit d'une Tortuë de Mer.*

Celui-ci differe des deux premiers par sa couleur. Il a la tête plus petite, plus courte, & garnie de trois petites écailles ou taches blanches. Le col est revêtu d'une peau extrêmement lâche, qui forme des rides, & peut assez s'étendre pour y cacher la tête. La couleur en est d'un jaune-pâle. Les écailles qui couvrent cet Animal sont blanches & roussâtres, variées sur le blanc d'un rouge-mort. Les pieds sont dentelés, & ourlés d'une bordure blanchâtre.

N°. 7. *Oeuf de la Tortuë, avec un des Petits.*

L'on voit ici un des Petits de Tortuë entierement formé, tel qu'il sort de l'œuf où il a été couvé dans le sable par la chaleur du Soleil. La Mere se rend d'un fleuve ou de la mer sur le rivage, & pose quantité d'œufs sur un sable sec dont elle les couvre, de peur que la chaleur des rayons du Soleil ne les fasse éclorre plustôt qu'il n'est besoin, ou que le froid de la nuit ne les fasse mourir. C'est de cette maniere, suivant le témoignage des Voyageurs, que cette espece d'Animal se multiplie merveilleusement en Amerique, principalement dans les Ports qui apartiennent aux Espagnols, de même qu'à Curaçao, & en d'autres lieux: ce qui procure divers avantages aux habitans; car ils se nourrissent de la chair de ces Animaux quand ils sont grands, & mangent aussi leurs œufs qu'ils ramassent en abondance sur le rivage de la mer. Le jaune de ces œufs est rouge comme dans les œufs de Canard, & n'a point un gout desagréable.

N°. 8. *Oeuf d'une Tortuë, de médiocre Espece, d'Amerique.*

Sa coque est plus épaisse que celle des œufs de Poule, & n'a pas néanmoins la croute aussi dure.

PLANCHE QUATRE-VINTIEME.

N°. 1. *Grande Tortuë de Terre, d'Amerique, nommée* Mydas.

On trouve quantité d'Especes de Tortuës presque par toute l'Amerique, principalement dans les Ports des Espagnols, où elles acquierent une grosseur insigne, & parviennent à une longue vieillesse. Nous avons reçu de Curaçao celle que nous représentons

hoc ſub numero repræſentamus, miſſam accepimus, integram, liquore conditam, *Terreſtrium* ſpeciei accenſendam, nec ultra tres annos natam. Quotannis mole augentur: unde tegumen aſſervamus Teſtudinis marinæ adeò amplum, ſeptem aut octo congios liquidi quod capiat. Perhibent Itineratores, in Inſulis Mauritianis tam prægrandes dari Teſtudines, quæ quinque, aut ſex homines dorſo ipſarum inſiſtentes prorependo ſecum transferant, plures adhuc vecturæ, ſi operimenti convexa ſuperficies pluribus ſtationem firmam concederet. Lumborum igitur, pedumque robore ſummo polleant Animalia iſthæc neceſſe eſt, tanto ut pondere preſſa progredi tamen queant. Interim lentiſſimus eſt ipſorum greſſus, & hinc communi adagio Teſtudineum gradum de inerti homine prædicamus. Scriptores veteres varia ipſis dedere nomina: Græcis Teſtudo Χελὺς eſt & Χελώνη; tegumen ejus *Operimentum* vocatur. Scutum, quod ventrem tegit, craſſius, planum, & firmius eſt, quàm dorſi tegumen: hæc ſub ſcuta caput, pedes, & caudam, adeò norunt recondere hæc Animantia, nihil ut eorum compareat amplius. Ita ſcilicet tuta ſunt ab aliis beſtiis, quarum eludit injurias operimentorum firmitudo & craſſities. Aquila ſola iis inhiat, & prehenſa ſecum in altum abripit ſupra rupes, tumque in has ex alto delabi ſinit, ut fiſſis ita teguminibus ad carnem ipſi pateat aditus.

Diſceptatum eſt inter Veteres, quodnam ad genus iſthæc Animantia forent referenda: neque enim diſcernere ipſis licebat, carnis, an piſcis nomen ſibi repoſcat ſubſtantia Teſtudinum. Id interim ſatis patet, quod terreſtres Teſtudines carne conſtent è fibris albicantibus compoſitâ, eâdem ferè ratione, ac Lacerti; marinæ autem piſcem quaſi plurimæ carni intermiſtum gerant: quæ ratio eſt, cur abundantius comeſtæ moleſtiam creent ventriculo. Nec minus notum ubique eſt, plurima ova ab his Animantibus in arenam deponi. In oris maritimis Africæ & Americæ numeroſa admodum reperiuntur ova ejusmodi ſub arenis, à Teſtudinibus marinis eò depoſita, ut, ſolis radiis incubata, menſis ſpatio pullos excludant; quemadmodum prægreſſâ iam Tabulâ commemoravimus. Plurima de hoc Animantium genere collecta habentur in ſcriptis *Ariſtotelis*, *Theophraſti*, *Dioſcoridis*, *Æliani*, *Ambroſini*, *Bellonii*, & *Plinii*, qui quidem internas Teſtudinum partes rimati, ſuum ſingulis in Medicinâ uſum adſcripſere: licet autem quàm diverſiſſimæ ſint horum Autorum de hac re opiniones; fateri tamen convenit, illos, unà cum ſubſecutis deinde aliis, *Aldrovando*, nimirum, *Worttono*, *Mouffeto*, *Geſnero*, *Agricola Freygio*, *Matthiolo*, *Tabernæmontano*, *Bauhino*, *Buſtamantio*, *Marggravio*, &c. glaciem fregiſſe: unde æquiſſimum videtur, ſeriores ut poſteri priſcorum errores corrigere omni operâ nitantur.

Plinius quatuor Teſtudinum conſtituit ſpecies, terreſtrem nimirum, paludoſam, fluviatilem, & marinam: nos verò quatuor hasce ad binas ſaltem reducimus, terreſtrem ſcilicet, & marinam; quæ rurſus in varias claſſes ſingulares ſubdividi poſſunt. Omnes interim ſub aquis vivere queunt; prout propria nos docuit experientia: aliquot enim ante annos puſilla Teſtudo, quæ hîc Amſtelædami in foſſâ, dictâ Imperatoris, à nauta quodam capta erat, ad nos deferebatur; Terreſtris illa erat, magnitudinis ferè talis, qualem fig. 5 exhibet, & per ſeſquianni ſpatium in vitâ ſuperſtes apud nos permanſerat; in aquam ubi deponebatur, caput ſuum inde protendebat; inde dein in terram ſub ſolis radiis collocata, ibi tranquillè ſeſe componebat, ut calente à ſole foveretur; cùm verò ſole careret, ad Lactucam capitatam, ipſi oblatam, ſe conferens eâ avidè veſcebatur: quin & illo ſeſquianni ſpatio aliquantum increviſſe eam, ſatis patebat; tandem verò præ frigore hyemali obiit.

Teſtudines marinæ, loco pedum, alis quaſi volucrum gaudent implumibus, queis, tanquam remis, inter natandum ſeſe promovent. Anticæ harum multò longiores ſunt poſticis; hæ enim curtæ & latæ tales

tons ici, toute entiere, conſervée dans une liqueur. On doit la ranger parmi les Tortuës de terre, & elle n'a pas au delà de trois ans: chaque année cet Animal augmente en groſſeur. Nous conſervons la Carapace d'une Tortuë de Mer, qui eſt ſi ample, qu'elle contient ſept ou huit Conges de liqueur. Les Voyageurs rapportent que dans les Isles Maurices, il y a des Tortuës ſi énormes qu'elles peuvent porter cinq ou ſix hommes aſſis ſur leur dos en marchant, & qu'elles en porteroient encore davantage, ſi la convexité de leur figure permettoit à plus de monde de ſe tenir deſſus. Il faut donc que ces Animaux ayent les reins & les pieds d'une force extrême, pour pouvoir marcher avec un ſi grand poids. On ſait qu'ils marchent très-lentement, d'où vient qu'on dit en proverbe, d'un homme lent & pareſſeux, qu'il va à pas de Tortuë. Les anciens Ecrivains ont donné divers noms à ces ſortes de bêtes. Les Grecs les nommoient Χελὺς & Χελώνη. Les Latins appelloient leur Carapace *Operimentum*, comme qui diroit leur *Couverture*. L'écaille qui défend leur ventre eſt platte, plus épaiſſe, & plus dure que celle du dos. Les Tortues ſavent ſi bien cacher ſous leur écaille, leur tête, leurs pieds, & leur queuë, qu'il n'en paroît rien. Elles ſont de cette maniere à l'abri des inſultes des autres bêtes, dont elles éludent les attaques par l'épaiſſeur & la dureté de l'écaille qui les couvre. L'Aigle ſeule attaque la Tortuë avec ſuccès, car l'ayant priſe entre ſes ſerres, elle l'enleve fort haut dans les airs, d'où elle la laiſſe tomber ſur les rochers, pour fendre & briſer ſes écailles, & pouvoir enſuite manger ſa chair.

Les Anciens étoient en conteſtation pour établir à quel ordre on devoit rapporter ce genre d'Animal, car ils ne ſavoient décider ſi la ſubſtance de la Tortuë étoit chair ou poiſſon. Il paroît néanmoins que la Tortuë de terre a la chair compoſée de fibres blanchâtres à peu près comme les Lezards, & que la ſubſtance de la Tortuë de mer eſt mêlangée de chair & de poiſſon, d'où vient qu'elle charge l'eſtomac ſi on en mange un peu plus que de ſimple poiſſon. Perſonne n'ignore que ces Animaux poſent quantité d'œufs dans le ſable, & on en trouve un très-grand nombre ſur les côtes maritimes d'Afrique & d'Amerique, que la chaleur du Soleil y fait éclorre dans l'eſpace d'un mois, comme nous l'avons remarqué ſur la Planche précedente.

On trouve un recueil de quantité d'obſervations touchant ces Animaux dans les Ecrits d'*Ariſtote*, de *Theophraſte*, de *Dioscoride*, d'*Ælien*, d'*Ambroſinus*, de *Bellon*, & de *Pline*, qui ayant éxaminé toutes les parties internes des Tortuës, ont été jusqu'à preſcrire l'uſage de chacune en Medecine. Et quoique tous ces Auteurs ſoient fort partagés à cet égard, il faut néanmoins convenir, qu'ils ont les premiers rompu la glace, & montré le chemin à ceux qui les ont ſuivis, tels que *Aldrovandin*, *Worton*, *Mouffet*, *Gesner*, *Agricola*, *Freyg*, *Matthiole*, *Tabernæmontan*, *Bauhin*, *Buſtamant*, *Marggraf*, &c. C'eſt aux Savans qui les ſuivront à tâcher de corriger les erreurs où ſont tombés leurs Devanciers.

Pline établit quatre Eſpeces de Tortuë, la Tortuë de terre, la Tortuë de marais, la Tortuë de riviere, & la Tortuë de mer. Nous croyons néanmoins qu'on peut réduire ces quatres Eſpeces à deux, ſavoir, la Tortuë de terre, & la Tortuë de mer, lesquelles peuvent enſuite ſe ſubdiviſer en diverſes claſſes particulieres. Toutes peuvent vivre dans l'eau, comme notre propre experience nous en a convaincu; car il y a quelques années qu'on nous apporta une petite Tortuë, qu'un matelot avoit pris dans un des Canaux d'Amſterdam. C'étoit une vraie Tortuë de terre, à peu près de la groſſeur de celle que repréſente la 5. Figure. Nous l'avons gardé une demi-année vivante dans notre maiſon; quand on la mettoit dans l'eau, elle en ſortoit la tête; ſi on la plaçoit à terre expoſée aux rayons du Soleil, elle y demeuroit tranquille pour en recevoir la chaleur à laquelle elle ſe plaiſoit; d'abord qu'elle en étoit privée, elle mangeoit avec avidité de la Laituë pommée qu'on lui préſentoit. Il me parut clairement que cette Tortuë avoit un peu groſſi pendant la demi-année que je l'ai eû, mais le froid de l'hyver ſuivant la fit périr.

Les Tortuës de mer, ont au lieu de pieds des ailerons comme des oiſeaux, mais ſans plumes, dont elles ſe ſervent pour nager. Les ailerons de devant ſont plus longs de beaucoup que ceux de derriere, qui

tales ferè se exhibent, quales minori formâ fig. 9 hujus Tabulæ repræsentantur. Ejusmodi Testudinum binas quoque mediocris magnitudinis, in vase aquâ marinâ repleto, per sex circiter septimanas, in vitâ conservavimus, quæ ex insulâ S. Eustachii in dolio, aquâ marinâ pleno, viventes huc translatæ erant: neque tamen vel pane, vel herbis, oblatis eas uti vidimus; unde enectas fame esse credibile est. Pellis, quæ ventrem tegebat, singularis erat candoris & mollitiei.

Quam hâc figurâ exhibemus, mediæ est magnitudinis, tegumenque superius, obscurè spadiceum, ex flavo pulchrè elaboratum gerit. Caput ejus totum ferè rubet; talique & colore picti pedes Erinaceorum æmuli sunt, brevibus crassisque squamis, & validis quinque unguibus, armati. Græcis Ποταμία Χελώνη, vulgo & *Mydas* vocatur. Herbæ, radices, Lacerti, Serpentes & Ranæ ipsi pro pabulo sunt.

Num. 2. *Testudo Terrestris, Brasiliensis.*

Isthæc, Lusitanis *Kagado de Terra* dicta, operimento gaudet squamis tecto Rhomboideis, insignibus, scutiformibus, quæ instar speculi regulis quasi tam concinno ordine inclusæ sunt, dextri ut opus artificis exprimant. Hujus operimenti peripheria coloris est purpurascentis; in medio vero constituta scuta, dilutè rubella, punctis minusculis, tanquam ocellis, distinguuntur. Caput, pedesque, dilutè grisea sunt.

Num. 3. *Testudo Terrestris, Brasiliensis.*

Jubeti hæc ab incolis Brasiliæ vocata scutis tegitur miro artificio constructis, hexagonis, extuberantibus, elliptica ferè speculorum vitra referentibus; horum è centro, dilutè luteo, minutisque ocellis conspersо, seni, octoni, pluresve, aut pauciores emigrant radii, flavi, inde ad ambitum scutiformis cujuslibet squamæ porrecti, amœnissimo certè spectaculo. Capitis quoque color dilutè flavus est; subtus verò paulò saturatior. Pedum squamæ pariter flavent. Supernum verò tegumen, majus, ex obscurè spadiceo perfundatum est.

Num. 4. *Testudo Terrestris, Ceilonica, minor.*

Jurukua huic nomen est, totumque corpus ex dilutè ruffo pulcherrimè pictum.

Num. 5. *Testudo ex Nova Hispaniâ.*

Hæc inde cum aliis ad nos translata, Lusitanis *Kagado d'Agao* appellatur. Minusculæ autem est speciei, politoque & æquali gaudet operimento, ex flavo dilutè rubello, quasi Aurantii coloris: scuta verò squamosa, ex quibus id constat, dilutè flavis inter se lituris, ad normam quasi Geometricam, distincta sunt. Caput, pedes, & caudam saturatè aurantius tingit color.

Num. 6. *Testudo Terrestris, Brasiliensis.*

Juxtà Marggravii testimonium *Jujura* vocatur Brasiliensibus hæc Testudo, cujus fornicatum tegumen superius

qui sont courts, larges, aprochant des ailerons que nous avons dépeint en petit, à la Figure 9 de cette Planche. Nous conservames en vie dans une cuve remplie d'eau de mer, l'espace d'environ six semaines, deux Tortuës de cette Espece qui étoient d'une grosseur moyenne. On les avoit transporté ici dans un tonneau plein d'eau salée, de l'Isle S. Eustache. Ces Tortuës-là ne voulurent manger ni pain, ni herbes quelconques qu'on leur offrit, de sorte qu'il est aparent qu'elles moururent de faim. La peau qui couvroit leur ventre étoit d'une blancheur singuliere, souple & molle.

La Tortuë dont nous donnons ici la figure est d'une moyenne grosseur. Elle a la Carapace de dessus d'un rouge-bai obscur, marquée artistement de jaune. Toute la tête est presque rouge, de même que les pieds, qui ressemblent à ceux des Hérissons, étant couverts de courtes écailles épaisses, & armés d'ongles forts au nombre de cinq. Les Grecs nomment cette Tortuë Ποταμία Χελώνη: on l'appelle ordinairement Mydas. Les herbes, les racines, les serpens, & les grenouilles lui servent de pâture.

N°. 2. *Tortuë de Terre, du Bresil.*

Les Portugais la nomment *Kagado de Terra.* Elle est couverte d'une Carapace formée de grandes écailles rhomboïdes, en façon de bouclier, luisantes comme un miroir, & enchassées avec une si grande simetrie, qu'on y reconnoit la main de l'habile Architecte dont elles sont l'ouvrage. La circonference de cette Carapace est d'une couleur qui tire sur le pourpre, & les écailles du milieu qui la composent, sont d'un rouge fort pâle, grenées de points comme d'autant de petits yeux. La tête & les pieds sont d'un gris-clair.

N°. 3. *Tortuë de Terre, du Bresil.*

Les habitans du Bresil la nomment *Jubeti.* Elle est défenduë par des écailles en guise de boucliers, très-artificieusement construites, hexagones, relevées en bosses, & assez semblables à des glaces de Miroirs de figure elliptique. De leur centre qui est d'un jaune-pâle, & tout parsemé de petits yeux, partent des rayons jaunes, au nombre de six, ou de huit, plus ou moins, qui s'étendent jusqu'à la circonference de chaque écaille formée en voute, ce qui est très joli à voir.

La couleur de la tête est aussi d'un jaune-clair, qui devient un peu plus foncé sous le corps. Les écailles des pieds sont de la même couleur. La Carapace qui couvre le dessus du corps, est la plus grande, & peinte d'un bai-rouge obscur.

N°. 4. *Petite Tortuë de Terre, de Ceylon.*

Elle s'appelle *Jurukua.* Tout son corps est magnifiquement peint d'un roux fort clair.

N°. 5. *Tortuë de la Nouvelle Espagne.*

Celle-ci, qu'on nous a envoyée avec les autres, est appellée par les Portugais *Kagado d'Agao.* Elle est d'une petite espece, & couverte d'une Carapace lisse, égale, d'un jaune rougeâtre, comme de couleur d'orange. Les écailles dont sa Carapace est formée, sont distinguées les unes des autres par des rayes d'un jaune-pâle, qui semblent disposées géometriquement.

N°. 6. *Tortuë de Terre, du Bresil.*

Suivant le rapport de Marggraf, les habitans du Bresil nomment cette Tortuë *Jujura.* Sa Carapace de dessus, faite en voute,

ſuperius flavi undique coloris eſt, parvisque quaſi icunculis, ſcutulatis, ornatum. Capitis, pedumque, color itidem flavus eſt, ſed paulò dilutior.

Num. 7. *Teſtudo Terreſtris, Amboinenſis.*

Ex Amboinâ, cum aliis minorum Animalium ſpeciebus, & hæc Teſtudo, liquore *Arak* condita, ad nos pervenit, ejus cognomine tamen haud adjuncto. Pulcherrima interim nobis videtur, dum lævibus ſcutis, dilutè ſpadiceis, veſtita, flaventes aliquot maculas, ſingulis impreſſas ſquamis, exhibet. Capitis, pedumque, color ſpadiceus ſaturatior eſt.

Num. 8. *Teſtudo, minor, Amboinenſis.*

Ejusdem ferè & picturæ, & formæ, hæc eſt cum illâ, quam *Fig.* 3, ſub nomine *Jubeti*, iamiam repræſentavimus: unde ob exactam adeò ſimilitudinem eandem quoque ad ſpeciem videtur pertinere.

Num. 9. *Teſtudo Marina, Americana.*

Hæc ſpecies per ætatem miram in molem excreſcit, alisque ſuis palpitando in maris littora emergit, ut ſub arenis incubanda exponat ova ſua: horum verò non unum ſeorſim, ſed plura ſimul, ſucceſſivè emiſſa, accumulatis ore arenis tecta, quatuor ſpatio ſeptimanarum, calore ſolis excluduntur. Quibus eò repoſitis aquas repetit mater, donec novâ ovorum congerie, in arenam collocandâ, ſolicitetur; tumque in littus rurſum enixa novum & pro his antrum format: ita tandem, per vices, omnem ovorum ſuorum apparatum incubatui exponit.

TABULA OCTUAGESIMA ET PRIMA.

Num. 1. *Millepeda noſtras.*

Formâ quidem, at nequaquam magnitudine, Millepedæ noſtrates cum exoticis in comparationem veniunt. Sunt autem Oviparæ; earumque ovula, aciculæ capitellum æquantia, alba, lucida, inſtar Margaritarum, primo Vere intumeſcunt magis, & in tellure per ſolis radios fota animantur.

Num. 2. Millepedæ Surinamenſes, noſtratibus quidem majores multo, at forma haud diſſimiles ſunt.

Num. 3. *Millepedæ Africanæ.*

Ex oris Guineæ miſſas accepimus binas hasce, quarum altera marem, fœmellam altera reſupinata, ſiſtit. Nec niſi leve inter utramque datur diſcrimen: mari latiores ſunt articuli, fœmellæ verò minores, & magis conglobati. Illius, quæ ſupinam partem tegunt, ſquamæ ſaturatius ex fuſco rubent; hujus verò dilutius flavent: idemque & in prona corporis facie obtinet. Caput ſubtus ex rubicundo reſplendet.

Num. 4.

te, eſt partout jaune, & paroit ornée de petites figures tracées en rond. La couleur de la tête & des pieds eſt pareillement jaune, mais d'un jaune un peu plus pâle.

N°. 7. *Tortuë de Terre, d'Amboine.*

Cette Tortuë, bien conſervée dans de l'*Arack*, nous eſt venuë d'Amboine avec d'autres petits Animaux. J'ignore le nom qu'on lui donne dans ces païs-là. Elle nous ſemble fort belle; les écailles dont elle eſt couverte ſont liſſes, polies, d'un chatain-clair, marquetées chacune en particulier de quelques taches jaunâtres. La couleur de la tête & des pieds eſt d'un chatain plus obſcur.

N°. 8. *Tortuë d'Amboine, petite.*

Elle eſt presque de la même figure, & de la même couleur de celle que nous avons dépeinte ſous le nom de *Jubeti*, à la 3 Figure de cette Planche. De ſorte qu'à cauſe de cette exacte reſſemblance, il paroit qu'elle doit apartenir auſſi à la même Espece.

N°. 9. *Tortuë de Mer, d'Amerique.*

Cette Espece de Tortuë groſſit prodigieuſement avec l'âge. Elle ſe rend par le ſecours de ſes ailerons ſur le bord de la Mer, pour y pondre ſes œufs, dans le ſable, & les y laiſſer couver. Elle pond beaucoup d'œufs en une ſeule ponte, mais ſucceſſivement, & après les avoir couverts de ſable, ils viennent à éclorre par la chaleur du ſoleil dans l'espace de quatre ſemaines. D'abord que la Femelle a ainſi poſé ſes œufs, elle retourne à la Mer, jusqu'à ce qu'elle ſoit prête de faire une nouvelle ponte; alors elle revient une ſeconde fois former un autre creux ſur le rivage, pour y mettre les œufs de cette ponte. De cette maniere elle fait couver tour à tour tous ſes œufs.

PLANCHE QUATRE-VINT ET UNIEME.

N°. 1. *Millepieds de nos païs.*

Les Millepieds de nos païs ont bien la figure des Millepieds Etrangers, mais ils ne leur ſont point comparables pour la grandeur. Ces Inſectes ſont Ovipares; leurs œufs blancs, brillans comme des perles, ſont de la groſſeur de la tête d'une épingle; ils deviennent plus gros au commencement du Printems, & prennent vie en terre par la chaleur des rayons du Soleil.

N°. 2. Millepieds de Surinam, beaucoup plus grands à la vérité que ceux de nos païs, mais d'ailleurs leur reſſemblant pour la figure.

N°. 3. *Millepieds d'Afrique.*

Nous avons reçu des côtes de Guinée ces deux Millepieds, dont l'un eſt le mâle, & l'autre couché ſur le dos eſt la femelle. Il ne paroit entre eux qu'une legere difference. Les articulations ſont plus larges dans le mâle, plus petites & plus ramaſſées dans la femelle. Les écailles qui couvrent le deſſus du corps de celui-là ſont d'un brun qui tire ſur un rouge foncé, au lieu qu'elles ſont d'un jaune-pâle dans celui-ci; la même choſe a lieu à l'égard du deſſous du corps. Le deſſous de la tête eſt coloré de rouge.

N°. 4. *Mil-*


TAB. LXXXI.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 9.



Num. 4. *Millepeda major, ex Nova Hispaniâ.*

Inter alia rariora animantia & hanc insignem Millepedam è portu Gaditano accepimus, duobus supra triginta ex articulis conflatam, quorum singuli binos emittunt pedes, i. e. quatuor supra sexaginta, si omnes simul computes. Præterea tamen bini prope os prodeunt unci, nigris, acutis, incurvisque unguibus terminati, quorum ope pabulum suum, de aliis insectis petitum, arripit Animal. Quin & è corporis posticâ parte bini adhuc insignes pedes erumpunt. Pedum quilibet quatuor constat articulis, singulisque ultimorum articulorum apicibus niger hæret, uncinatus, unguis, acuminatus admodum, & incurvus, qui progressui inservit. Ita autem conformatæ sunt omnes aliæ, quibuscunque demum ex oris oriundæ, Millepedæ, ad minimas usque nostrates. E parte sua anticâ caput, grandiore reliquis articulis è segmento constans, bina protendit cornicula, longiora, in acumen convergentia, multisque juncturis divisa, hinc, pro Animalis lubitu, quamcunque in partem flexilia. Ex vetere nave Societatis Indiæ Orientalis, dirutâ, educta aliquando obtinuimus plurima horum insectorum, viva, una cum ovulis suis, vivos iam fœtus continentibus, quæ diu equidem sub terrâ in vitâ conservavimus: at ovula, quæ Sinapi seminis magnitudine erant, ob fotus requisiti defectum suffocata tandem sunt. Majorem nunquam eâ, quàm hîc repræsentamus, vidimus hujus speciei Millepedam. Operimenta, quæ ejus articulis incumbunt, supra convexa, subtus plana sunt instar Testudinaceorum.

Num. 5. *Millepeda, Orientalis, omnium maxima.*

Angusti hujus articuli, annulorum quasi instar inter se juncti, innumeros, multò certè plures, quàm in præcedente, emittunt pedes; unde Millepedæ nomen ipsi revera competit. In quatuor pariter articulos pedum singuli divisi sunt. Corpus ejus oblongo-teres est, quale Serpentum ita dictarum bicipitum. Caput rotunda tegit squama, lata, scutiformis: sub oculis verò, admodum minutis, bina eminent cornua, tribus singula articulis, crassis, distincta. Segmenta corporis ultima bina, annularia, caudæ proxima, pedibus carent.

Num. 6. *Millepeda minor, ad somnum composita.*

Animalcula hæc quieti se datura hac ratione sese conglobant, caput primò versus medium corporis adducendo, tumque pedes omnes, ordinatâ serie, dorso adplicantes, caudâ demum ultimò quoque contractâ: quemadmodum Serpentum quædam sese convolvunt dormituræ. Ita composita interdiu dormiunt; noctu verò, juxta Indorum relationes, celeritate, vix oculis adsequendâ, circumcurrunt.

Num. 7. *Millepeda Marina, Amboinensis.*

Est hæc singularis species Teredinum majorum, quæ, veteribus in palis maritimis delitescentes, inde se sustentant, *marinæ* hinc *Teredines* vocatæ. A capite ad caudam usque, utrinque, tribus horrent seriebus fasciculorum, minores echinos, aut subtiles pictorum penicillos, referentium, lucidis & multicoloribus è setis conflatorum. Supina hujusce Teredinis facies brevibus pilis hispida est; ejusque segmenta annularia angusta

N°. 4. *Millepieds très-grand, de la Nouvelle Espagne.*

Entre autres Animaux rares, nous avons reçu ce grand Millepieds de la Nouvelle Espagne, du Port de Cadiz. Cet Insecte est composé de trente deux articulations, dont chacune a deux pieds, c'est à dire qu'il rampe avec soixante quatre pieds. Il sort près de sa gueule deux pinces armées d'ongles noirs, pointus, & crochus. C'est par le moyen de ces pinces que cet Animal se saisit d'autres Insectes, & s'en nourrit. Il faut encore remarquer qu'il a deux pieds fort longs qui sortent de la partie posterieure de son corps; chaque pied est formé de quatre articulations, dont la derniere est munie d'un ongle noir, fait en croc, extrêmement pointu à l'extrêmité, & qui aide cet Insecte à marcher. Tous les autres Millepieds de quelques lieux qu'ils viennent, jusques aux plus petits qu'on trouve dans ces païs, sont faits de la même maniere. La tête de cet Insecte, formée d'une plus grande articulation que ne sont celles du reste du corps, pousse deux longues Cornes, terminées en pointe, & divisées en plusieurs jointures, qui rendent leur mouvement libre de tous côtés. J'ai eu une fois divers de ces Insectes avec leurs œufs, qui furent tirés du bois d'un vieux Vaisseau de la Compagnie des Indes Orientales qu'on avoit mis en pieces. Ces Insectes-là étoient vivans, & leurs œufs prêts à éclorre. Je conservai ces Millepieds sous terre assez long-tems en vie, mais les œufs qui étoient de la grosseur de la graine de moutarde, périrent faute de chaleur nécessaire. Nous n'avons jamais rencontré de Millepieds de cette Espece plus grand que celui-ci. Les écailles qui couvrent ses articulations sont convexes dessus le corps, & plattes dessous, à la maniere des écailles des Tortuës.

N°. 5. *Millepieds Oriental, le plus grand de tous.*

Les articulations qui forment son corps sont étroites, & jointes ensemble en façon d'anneaux. Ses pieds sont en beaucoup plus grand nombre que dans le précedent, & certes ils paroissent si nombreux, que c'est avec justice qu'il porte le nom de Millepieds. Chaque pied est aussi composé de quatre articulations. Le corps est d'une figure oblongue-ronde, tel que celui des Serpens à deux têtes. La tête est couverte d'une écaille ronde, large, en forme de bouclier. Sous les yeux qui sont très-petits poussent deux Cornes, dont chacune est composée de trois gros nœuds. Les deux dernieres articulations du corps, proche de la queuë, n'ont point de pieds.

N°. 6. *Millepieds, plus petit, représenté dans la posture qu'il tient en dormant.*

C'est ainsi que ces petits Animaux se ramassent en rond quand ils veulent reposer. Ils font de leur tête le centre du peloton, & repliant leur corps tout à l'entour, en rangeant leurs pieds sur le dos selon leur ordre, & en retirant la queuë. Ce qui est aussi la maniere de dormir de quelques Serpens. Les Millepieds dorment de cette façon pendant le jour, & courent pendant la nuit, au raport des Indiens, avec une vitesse que l'œil peut à peine suivre.

N°. 7. *Millepieds de Mer, d'Amboine.*

C'est ici une Espece particuliere de ces grands Vers qui se fourrent dans les vieux pilotis enfoncés dans la Mer, les percent, & en tirent leur nourriture, d'ou vient qu'on les appelle Vers de Mer. Depuis la tête jusqu'a la queuë, ils sont hérissés de chaque côté de petits faisceaux terminés en trois pointes, qui ressemblent aux fins pinceaux dont les Peintres se servent, & sont composés de soyes luisantes, de diverses couleurs. Le dessus

 du

angusta admodum sunt & mollicula. Pedum vices supplent tres illæ fasciculorum series, quibus, tanquam Piscium pinnis, sese promovet Animal.

Num. 8. *Millepeda, Marina, Belgica.*

Sæpe multumque solicitato mihi, ut specimina quædam perniciosissimarum illarum Teredinum, quæ, tanto cum regionis nostræ damno, exedendis hactenus palis maritimis inhiarunt, una cum ligno ipso, ab iis perterebrato, ad aulas Magnatum, aliosque Viros præstantes, extraneos, transmitterem; quo suæ hi isthæc contemplandi propius cupidini possent satisfacere, tandem incubuit necessitas, ipsorum explendi desideria. Aliquot ergo palorum frusta, quousque sub aquis fundo infixa steterant, variis ex oris maritimis Belgii nostri mihi adportari jussi, ut vivos inde educere ipse possem vermes istos. Vidi sic eos, magnitudine admodum inæquales, suis in tubis, aut excavatis quasi fossis fistulosis, humore aqueo limpido plenis, vivos veluti natare. Notatu verò dignum est, insectum hocce, quousque perterebrando in intima ligni sese penetrat, eo etiam usque vaginam, seu domicilium suum, extendere, excussâ scilicet æquabiliter in omnem sui ambitum materie calcariâ, mox concrescente & durescente, intus polita & splendente: nata verò hinc vagina ipso cum incola suo accrescit & ampliatur. Nostri non est instituti, multa hîc istis de insectis commemorare: quum id à pluribus hodie rerum naturalium curiosis factitatum sit. In Tomo hujus Operis tertio, ubi de variis marinarum Plantarum speciebus agetur, insigniora vermium marinorum genera adjungere constituimus. Nunc eam duntaxat ob rationem hujusce Teredinis, quæ palorum nostrorum basibus sese insinuat, icona damus; quia pro parte cum Amboinensi illâ majore convenit quoad pinnatos illos pedes & articulos. Capite tamen ab Amboinensi Fig. 7. prorsus distat hæcce nostras: è tereti enim ore ejus bini prominent dentes, longi, forcipum æmuli, qui pro lubitu Animalis emissiles sunt & retractiles. Isthæc vermium species in foramina Teredinum, ligna exedentium, sese penetrat, earum fossas invadit, Teredines discindit, interficit, sibique in pabulum convertit, prout in hac fig. exhibemus; qui enim sub lit. A, B hic repræsentatur vermis, à me ipso è perterebrato ligno eductus est. A sistit frustulum ligni perforati; B verò vermem ipsum, ligno inhærentem.

Num. 9. *Serpens, lemniscata, venustissima, Americana.*

Præ aliis istam jure vocaveris Naturæ opus perfectissimum: à capite enim, elegantissimè picto, ad finem usque caudæ acuminatæ, juxta totum superni corporis ductum, nigræ decurrunt tæniæ, circularibus ocellis distinctæ, lemniscum quasi acu Phrygiâ pictum referentes, albicante super fundo angustis latioribusque tæniolis ornatum. Ocelli & puncta saturatè rubent.

TABULA OCTUAGESIMA ET SECUNDA.

Num. 1. *Chamæleo, Mexicanus, seu* Cuapapalcatl.

Dorso est admodum curvato, crasso corpore, habituque inconcinno. Caput tamen trigonâ ornatur coronâ, duro ex osse confectâ, cujus angulosa latera, nequaquam dentata, sed tuberculis in omni ambitu, margaritarum

du corps de ce Ver est tout couvert de petits poils. Les anneaux dont il est formé, sont étroitement serrés, & mols au toucher. Les trois rangs de petits faisceaux que je viens de décrire tiennent lieu de pieds à cet Insecte; il s'en sert pour avancer, comme les Poissons de leurs nageoires.

N°. 8. *Millepieds de Mer, de Hollande.*

On m'a fortement sollicité plusieurs fois, d'envoyer à de grands Seigneurs, & à d'habiles Etrangers, quelques especes de ces pernicieux Vers de Mer, qui au grand dommage de ce païs, ont jusqu'à présent rongé les pilotis de nos digues; & d'y joindre aussi des montres du bois percé par ces dangereux Animaux. Je me suis trouvé par-là dans la nécessité, pour satisfaire en partie les desirs des Curieux, d'examiner cette matiere avec exactitude. Je me suis donc fait apporter de diverses côtes maritimes de Hollande, plusieurs morceaux de pieux qu'on a déraciné du fond de l'eau, afin d'en tirer moi-même ces Vers encore vivans. Alors j'ai vu qu'ils étoient de differente grandeur, placés à leur aise, nageant pour ainsi dire, dans les niches qu'ils s'étoient faites, & qui étoient remplies d'une liqueur limpide. C'est une chose digne d'être remarquée, que cet Insecte à mesure qu'il avance dans l'interieur du bois qu'il perce, élargit son domicile, en se dépouillant de toutes parts d'une matiere écailleuse, blanchâtre, qui se durcit & paroit interieurement lisse & luisante. Ainsi l'excavation s'amplifie & s'agrandit avec le Ver qui y est renfermé. Mon but n'est pas de m'étendre davantage sur ce sujet, que d'ailleurs plusieurs Curieux ont aujourd'hui discuté; mais je me propose dans le troisieme Tome de cet Ouvrage, où je traiterai de divers genres de Plantes marines, d'y ajouter la description des plus considerables Especes des Vers de Mer. Je ne donne présentement la figure de ce Ver qui s'insinue dans les pieux de nos digues, que par la ressemblance de ses anneaux & de ses jambes avec le Millepieds d'Amboine du N°. 7, dont néanmoins il differe totalement par raport à la tête. Car dans celui-ci il sort de son museau rond, deux longues dents, ou pinces, qu'il peut avancer & retirer comme il lui plait. Il se fourre dans les excavations des Vers qui percent le bois, les déchire avec ses dents, les tuë, & les mange, ainsi que cette figure le fait voir. Car le Ver qu'on a représenté sous les Lett. A, B. est le Ver que j'ai retiré moi-même d'un morceau de bois où il étoit entré. A, désigne ce morceau de bois; B, marque le Ver qui y étoit renfermé.

N°. 9. *Serpent d'Amérique, tacheté superbement.*

C'est avec raison qu'on peut nommer ce Serpent, sur tout autre, un Chef-d'œuvre de la Nature. Depuis sa tête qui est magnifiquement tachetée, jusqu'au bout de sa queuë terminée en pointe, décourent sur tout le dessus du corps, des bandelettes noires, artistement marquetées de points ou de petits yeux ronds d'un rouge foncé. Ces bandes ressemblent à un ruban brodé à l'aiguille, & dont le fond blanchâtre seroit semé de bandelettes de differente largeur.

PLANCHE QUATRE-VINT ET DEUXIEME.

N°. 1. *Cameleon du Mexique qu'on nomme* Cuapapalcatl.

Il a une figure assez irréguliere, le dos fort courbé, & le corps épais. Sa tête est ornée d'une espece de crête ou couronne triangulaire, osseuse, dont les angles ne sont pas dentelés, mais bordés dans leur contour de petits boutons comme d'autant de perles, qui


TAB. LXXXII.
Fig. 1.
Fig. 6.
Fig. 3.
Fig. 2.
Fig. 4.
Fig. 5.



margaritarum instar extantibus, perque totam frontem & nasum etiam conspicuis, fimbriata sunt. Ingluvies, & tota corporis pars inferna, serratis quasi dentibus horret; similibusque & caudæ prona facies aspera est, ubi sensim minores facti, ad crispatum tandem ejus finem prorsus evanescunt. Saturatè cinereo-griseus color hujus dorsum & ventrem tingit. Cauda crispula tæniis veluti annulata est. Ventris latera, ex cinereo dilutè flava, squamulis rotundis, eminentibus, ex subruffo, marmoris instar, variegatis, & quasi undulatis, teguntur. Fœmella hæc est, caudamque plerumque sursum reflexam gerit, dum masculis illa deorsum pendula & minus crispa est, prout in Lacertis quoque observatur.

Num. 2. *Chamæleo, Orientalis, ex Amboinâ.*

Amboinâ nobis hic missus est, unà cum nonnullis junioribus, quos Num. 4 & 5 repræsentat. In Molluccensibus quoque insulis eos provenire, testatur Fr. Valentyn. Et hæc Fœmella est, uti crispa docet cauda, sursum reflexa. Mitra, seu corona capitis aliter omnino comparata est, quam in priore; quippe referens speciem cucullarum, à parte postica lato & exstante margine munitarum, quibus olim (& vel hodiedum nonnullæ) fœminæ piscariæ, prisci ævi, hic in Belgio uti solebant. Neque tamen multum extuberat isthæc corona, sed applanata est, & squamulis albis, prominulis, tanquam margaritis, fimbriata. Rictum quoque similes obsident squamulæ, totumque corpus, quæ tamen minusculæ sunt. Oculi, annulo cincti, grandes, rotam currûs radiatam referunt; dum pupilla modiolum rotæ æmulatur, & spatia intermedia variè elaborata sunt. Spina dorsi & tota cauda tam gibberosæ protuberant, ut singuli articuli facile distingui queant: idemque de costis verum est; quamvis nec gracile, nec macilentum sit Animal. Corpus ex cinereo saturatè griseæ, caputque, cum pedibus & caudâ, dilutiores paulò squamulæ tegunt.

Num. 3. *Chamæleo, Ceilonicus, subcrocei coloris.*

Squamæ omnes, margaritarum instar elevatæ, supra lucidæ sunt & resplendentes. Mitra, seu corona ejus rursum alio se modo habet, quam in prægressis; siquidem insignibus & prominulis vestiatur squamis, singularique artificio rotundis extantibusque tuberculis fimbrietur. Os admodum amplum, longamque porrigens linguam, obtusiore multò est apice, quam in aliis. Fauces verò omnibus valdè patulæ sunt; inque has totam linguam retro trahere, rursusque quam longissimè inde evibrare queunt. Dorsum hujus denticulis caret, at prona corporis pars, à maxilla inferiore ad anum usque, iisdem minusculis obsessa est. Pedes, uti priorum omnium, binis, ternisque concretis digitis constant. Masculum hic repræsentat; quum cauda ejus deorsum pendula sit.

Formicis autem vescuntur Chamæleontes, uti Myrmecophagi, linguâque hinc adeò prolixâ præditi sunt, quam facile retrahere & emittere norunt. Prædam capturi linguam, quàm longissimè exertam, intorquent circum arboris ramum, quem Formicæ aliave insecta, hauriendi inde pabuli gratiâ, petunt: his vero medio in opere ferventibus, linguam subito retrahit Chamæleo, captaque sic animalcula isthæc unà faucibus intrudit, ei sustentando inservitura. Ita victitat animans animante.

Num. 4 & 5.

qui regnent aussi sur le nez, & sur le front. Sa gorge, & tout le dessous du corps semblent hérissés comme de dents en forme de scie, qui s'étendent jusque sous la queuë, où elles diminuent insensiblement, & enfin s'évanouissent entierement vers son bout qui est rebouclé. Le dos & le ventre sont d'un cendré-gris obscur. La queuë est frisée, & cerclée de petites bandes. Les côtés du ventre sont d'un jaune-pâle cendré, & couverts de petites écailles, rondes, relevées, roussâtres, marbrées en façon d'ondes. C'est ici la femelle du Cameleon qu'on a dépeinte, car elle porte pour l'ordinaire la queuë recourbée en haut, au lieu que le Mâle la porte pendante & moins bouclée, ce qu'on observe aussi dans les Lézards.

N°. 2. *Cameleon Oriental, d'Amboine.*

On nous l'a envoyé d'Amboine conjointement avec d'autres plus petits représentés au N°. 4. & 5. Il en naît aussi dans les Isles Molucques, au raport de Fr. Valentyn. Il paroit que c'est ici une femelle, par la queuë qui est recourbée en haut. L'espece de Couronne qu'elle a sur la tête, est faite d'une maniere toute differente que la précedente, car celle-ci ressemble à une espece de Capuchon garni par derriere d'un bord large, tel que portoient jadis, au bon vieux tems en Hollande, les Poissonnieres, dont quelques-unes conservent encore l'ancienne mode. Cette Couronne qui est assez aplatie, a le dessus garni de petites écailles blanches, un peu relevées, qu'on prendroit pour des perles. La gueule est couverte de semblables écailles, de même que le reste du corps, où elles sont pourtant plus petites. Les yeux sont gros, bordés d'un anneau, ressemblans à une rouë avec ses rayons, dont la paupiere forme le moyeu, & les espaces qui sont entre deux paroissent diversement travaillés. L'épine du dos & la queuë avancent tellement en arcade, qu'on peut sans peine distinguer chaque articulation. Il en est de même des côtes, quoique cet Animal ne soit ni mince ni maigre. Le corps est revêtu de petites écailles d'un gris-cendré brun; celles qui couvrent la tête, les pieds, & la queuë, sont d'une couleur un peu plus claire.

N°. 3. *Cameleon de Ceylan, dont la couleur tire sur le Safran.*

Toutes ses écailles, relevées en façon de perles, sont par dessus brillantes & luisantes. Sa crête ou sa Couronne est encore formée differemment des précedentes, étant couverte de grandes écailles convexes, & bordée très-artificieusement de petits boutons orbiculaires. Son museau est fort grand, taillé en une pointe plus obtuse que dans les autres Cameleons. Son gosier est large, sa langue longue; il peut la darder fort avant, & la retirer de même. Son dos ne pique pas au toucher; mais le dessous du corps, depuis la mâchoire inferieure jusqu'à l'anus, est hérissé de petites dents comme une scie. Ses pieds sont fendus, comme dans tous les Cameleons précedens, en deux parties, dont l'une a deux doigts & l'autre trois, joints ensemble. La queuë de ce Cameleon-ci qui pend en bas, montre que c'est un mâle. Le Cameleon, ainsi que l'Animal nommé par excellence Mangeur de Fourmis, se nourrit de ces Insectes: c'est pourquoi il a la langue très-longue qu'il sait étendre & retirer facilement. Pour attraper sa proie, il darde la langue fort avant, & la replie autour d'une branche d'arbre, où montent les Fourmis & d'autres Insectes: d'abord qu'il en a surpris dans leur passage, il retire promtement sa langue vers le gosier, & les avale. C'est ainsi qu'on voit les Animaux devenir la proie les uns des autres.

N°. 4 & 5.

Num. 4 & 5. *Chamæleontes, pulli, Amboinenſes, mas & fœmina.*

Num. 4. Maſculum, Num. 5 fœmellam exprimit. Colore autem, & habitu cum majore ſub Num. 2. conveniunt.

Num. 6. *Sceleton Chamæleontis.*

TABULA OCTUAGESIMA ET TERTIA.

Num. 1. *Lacertus, orbicularis, ſpinoſus, ſive* Tapayaxin, *ex Novâ Hiſpania.*

Orbiculares hi Lacerti in novâ præſertim Hiſpaniâ commorantur, rariſſimique ſunt & valdè ſingulares: totum enim corpus, caput, pedes, & cauda, albicantibus ſpinis, pungentibus inſtar acuum, horrent. Squamis etiam concinnis veſtiuntur, variiſque coloribus, uti albo, nigrofuſco, ſubruffo, griſeo, cinereo, helvo, variegantur. Pedes, horumque digiti, acutiſſimis armati unguibus, nigris & incurvis, pulchrè quoque ſquamati ſunt ad extremum usque apicem, & marmoris inſtar variegati. Caput curtum eſt & durum, trigonum, Chamæleontum capiti ferè ſimile, ab antica parte obtuſum. A radice naſi, ſupra oculos, prægrandes & admodum lucidos, per frontem porrigitur extuberans quaſi ſcutum, inde ad cervicem usque extenſum, & cum dorſo coiens. Vid. *Hernandes Lib. IX, c. 16.*

Num. 2. *Lacertus, orbicularis, prior, in dorſum reclinatus.*

Sic prona corporis pars conſpectui patet. Omnia heic ſquamulis uniformiter veſtita, & Rhomboideis lineis ordine picta ſunt. Squamulas pigmentum ſubluteum variegat. Pedes & digiti ſubtus quoque ſquamis obducti ſunt; idemque & in caudâ locum habet, quæ infra annulata eſt.

Num. 3. *Serpens, Guineënſis, rariſſima, ſupra fuſci, infra albi coloris,* Millio *dicta.*

Squamæ ejus ſupernæ, ex fuſco rubræ, longiuſculæ, per totam corporis partem ſuperiorem, latis, albisque diſtinguuntur annulis, ad ultimum usque caudæ apicem; ſquamarumque rurſus albitudo dilutâ rubedine marmoris in modum variegatur. Venter ferè totus albicat, pauco rubore intermiſto. Caput prolixum eſt, rictusque amplus, albo limbo fimbriatus. Oculi lucent. Frontem inſignes ſquamæ tegunt, albumque collare cingit collum. Africanis *Millio* appellatur.

Num. 4. *Chamæleo, ex Africa, colore nigricante, at pectine albo ſupra dorſum decoratus.*

Ex oris Barbariæ translatus inter maximos eſt, qui hactenus cogniti ſunt. Lingua exſerta inverſam refert linguam bubulam, ſupra plana & acuta, ſubtus craſſa, longéque retro in fauces protenſa, captando accom-

N°. 4 & 5. *Petits de Cameleons d'Amboine, Mâle, & Femelle.*

Le N°. 4 déſigne le Mâle, & le N°. 5. marque la Femelle. Du reſte ils ſont de la figure & de la couleur du Cameleon repréſenté au N°. 2.

N°. 6. *Squelete du Cameleon.*

PLANCHE QUATRE-VINT ET TROISIEME.

N°. 1. *Lézard, rond, heriſſé d'épines; ou le* Tapayaxin *de la Nouvelle Eſpagne.*

Ces Lézards de figure ronde, habitent principalement la Nouvelle Eſpagne; ils ſont très-rares, & extrêmement ſinguliers. Tout leur corps, la tête, les pieds, & la queuë, ſont heriſſés d'épines blanchâtres, & piquantes comme des aiguilles. Ils ſont revêtus de jolies écailles de diverſes couleurs, blanches, brunesnoires, rouſſâtres, griſes, cendrées, rouges-pâles. Les pieds & les doigts des pieds ſont armés d'ongles très-pointus, noirs, crochus, & marbrés de belles écailles qui les couvrent jusques au bout. Leur tête eſt courte, dure, triangulaire, aſſez ſemblable à celle du Cameleon, & obtuſe par devant. Depuis la pointe du nez s'avance une eſpece de bouclier ſur les yeux qui ſont grands & brillans, ſur le front, s'étendant jusques à la nuque du col, où il ſe réunit au dos. Voyez *Hernandes, Livre IX, Chap. 16.*

N°. 2. *Le même Lézard couché ſur le dos.*

L'on voit bien tout le deſſous du corps dans cette poſture. Il eſt couvert de petites écailles uniformes, & barré de rayes rhomboïdes artiſtement rangées. Les écailles tirent ſur le jaune. Les pieds avec leurs doigts ſont revêtus d'écailles deſſous comme deſſus. Il en eſt de même de la queuë qui eſt ici faite en anneaux.

N°. 3. *Serpent de Guinée, très-rare, brun ſur le corps, & blanc deſſous. On le nomme* Millio.

Les écailles du deſſus du corps ſont aſſez grandes, d'un brunrouge, toutes cerclées d'anneaux blancs & larges qui décourent jusqu'au bout de la queuë. La blancheur de ces écailles eſt marbrée d'un rouge-pâle. Tout le ventre eſt presque blanchâtre mêlé d'un peu de rouge. Il a la tête longue, les yeux brillans, la gueule large, & dentelée d'un bord blanc. Le front eſt couvert de grandes écailles, & le col entouré d'un collier blanc. Les Afriquains nomment ce Serpent *Millio.*


N°. 4. *Cameleon d'Afrique, noirâtre, mais qui paroit orné ſur le dos comme d'un peigne blanc.*

On l'a transporté ici des côtes de Barbarie, & c'eſt un des plus grands Cameleons qui ſoit connu. Sa langue étendue reſſemble à une langue de Bœuf renverſée. Elle eſt platte & pointue par deſſous, attachée bien avant au goſier, très propre pour attraper & avaler


TAB. LXXXIII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 5.
Fig. 4.
Fig. 3.






Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.

accommodata, & deglutiendo ipsorum pabulo, uti sunt Formicæ, Muscæ, Culices, ei insidentes. Per dorsum ejus ad caudæ finem usque pecten albissimus protenditur, quem lata stipat tænia, nigricans, eâdem viâ decurrens, éque sui medio quasi porrigens album istum pectinem. Cæterùm corporis, capitis, & caudæ superficies, ex dilutè cinereo variegata, & flammis veluti picta est. Crura longa sunt & gracilia. Pedes, crassi & inhabiles, quinos gerunt digitos, quorum prior, cum pollice, tresque posteriores inter se mutuo concreverê, laneis rusticorum manicis haud absimiles. Unguiculi tamen, incurvi & acuti, haud concreti, sed liberrimi sunt, ut horum ope tanto firmius alicubi se detinere queat Animal. Plantas pedum crassus tegit callus, cujus postica pars in nonnullis tam lata est, ut calcanei analogon formet, cui inniti possunt.

Num. 5. *Chamæleo, Promontorii Bonæ Spei, cæruleo alboque colore, marmoris instar, variegatus.*

Cauda maximam partem dilutè cinerea est. Capitis forma diversa penitus à prioribus. Corona ejus, plana, in limbos elevatur dentatos, & oblonga, ab oris apice ad cervicem usque, protenditur, ibi in plicam desinens, collaris æmulam. Cætera præcedentibus similis est, tenuibusque squamulis, tuberosis, vestitur. Dum vivit Chamæleo, corporum, quibus insidet, colores saturatiores & lucidos, uti cæruleum, rubrum, flavum, viridem induit; squamata nimirum ejus cuticula, lævi & splendidâ, incidentes colorum radios repercutiente: in mortuo verò nihil horum contingit. Vivos sæpius possedimus, iisque formicas exhibuimus, quibus tamen haud vescebantur, sed nullo cibo usi, in baculo defixi manentes, immoti ferè, nisi quod oculos nonnunquam intorserint, tandem post aliquot hebdomadas prorsus emaciati periere.

TABULA OCTUAGESIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Serpens, Americana, Amphisbaena.*

Squamarum eleganti apparatu, & annulis tum integris, tum dimidiatis, ex candidissimo & plumbeo quasi colore variegatis, sese ostentat.

Num. 2. *Serpens,* Dryinus *dictus, Americanus.*

Dryinum inde vocant, quum quercuum in cavis delitescat: ab Homine verò, aliove animante, ubi contrectatur, fœtentissimum quoddam emittit liquidum, monitorium quasi, ne quis propius ipsi accedat. Ejusmodi autem fœtidum liquorem ab indigenis Serpentibus, vivis, contrectatis, excerni quoque vidimus; eoque excusso nec mordent, nec lædunt deinceps quempiam. Hujusce Serpentis morsum admodum venenatum esse ferunt. Caput ejus elegantissimè pictum, truce vultu, & dentibus acutis, conspicuum est. Squamæ insignes, circulares, corpori supino insident, partim albis, partim rubris singulæ lineis, singulari ornamento, distinctæ. Differt autem penitus ab illa specie, quam sub hoc nomine descripserê veteres. Vid. *Raji Syn. Anim. p.* 290.

Num. 3.

& avaler les Insectes qui lui servent de nourriture, tels que les Fourmis, les Mouches, les Moucherons. Il regne sur son dos jusqu'à l'extremité de la queuë une herse ou peigne d'une grande blancheur, qu'acompagne une large bande, noirâtre, décourant le même chemin, & du milieu de laquelle ce peigne semble naitre. Le dessus du corps, de la tête, & de la queuë de ce Cameleon est peint d'un cendré-clair, en forme de flammes. Ses jambes sont longues & menues. Les pieds gros, lourds, composés de cinq doigts, dont le premier est uni au pouce, & les trois autres de derriere sont aussi joints ensemble, ne ressemblant pas mal à ces mitaines de laine que portent les païsans: ses doigts finissent par de petits ongles pointus & crochus, qui ne sont point joints, mais séparés, libres dans leur jeu, afin que par ce moyen, l'Animal puisse d'autant mieux se cramponer quelque part. Un cal épais couvre la plante des pieds, dont la partie de derriere est si large dans quelques-uns de ces Animaux, qu'elle forme une espece de talon sur lequel ils peuvent s'apuyer.

N°. 5. *Cameleon du Cap de Bonne Esperance, marbré de blanc & de bleu.*

Il a la plus grande partie de la queuë d'un cendré-clair, & la tête d'une figure entierement differente des précedens. Sa crête ou Couronne est platte oblongue, ayant les bords dentelés; elle s'étend depuis la pointe du museau jusque sur le cou, où elle se plisse en forme de colet: ce Cameleon ressemble en tout le reste à ceux que nous avons décrit; il est couvert de petites écailles minces, & relevées en bosse.

Le Cameleon quand il est en vie prend toutes les couleurs éclatantes & foncées du lieu où il se trouve, & paroit tantôt bleu, tantôt rouge, tantôt jaune, tantôt verd &c. par le moyen de sa peau écailleuse, lisse, luisante, qui réflechit exactement les divers rayons de couleurs qui tombent sur elle. Mais rien de tout cela n'arrive dans le Cameleon, s'il est mort. Nous en avons eu souvent qui étoient vivans, auxquels nous présentions des Fourmis, mais qu'ils ne vouloient point manger. Ils demeuroient sans prendre aucune nourriture, attachés à un bâton, presque immobiles, tournant seulement les yeux de tems en tems, & périrent enfin de cette maniere au bout de quelques semaines, consumés de maigreur.

PLANCHE QUATRE-VINT ET QUATRIEME.

N°. 1. *Serpent d'Amerique, qui rampe du côté de la tête & de la queuë.*

Il est couvert de belles écailles, variées tantôt d'anneaux entiers, tantôt de demi-anneaux, d'une couleur blanche, mais qui semblent tirer sur la couleur du plomb.

N°. 2. *Serpent d'Amerique, qu'on surnomme en Latin* Dryinus.

On l'appelle ainsi du mot Grec qui signifie Chêne, parce que ce Serpent se cache dans les creux du Chêne. Dès que quelque Animal, ou Homme, le touche, il jette une certaine liqueur extrêmement puante, comme s'il vouloit avertir qu'on ne l'aproche pas de plus près. Nous avons vu aussi la même chose de Serpens de nos païs, qui quand ils sont en vie & qu'on les touche jettent une liqueur semblable, & d'une mauvaise odeur, après quoi ils ne mordent ni ne blessent personne. Pour ce qui est de ce Serpent-ci, l'on dit que sa morsure est très-venimeuse. Son regard est affreux; sa tête est fort joliment marquetée; sa gueule est armée de dents pointues. Le dessus de son corps est couvert de grandes écailles qui vont en rond, dont chacune est barrée de rayes rouges, par un ornement singulier. Ce Serpent differe totalement de l'Espece de Serpent que les Anciens ont décrit sous le même nom. Voyez le Livre de Ray intitulé *Synops. Animal. pag.* 290.

N°. 2. *Lezard*

Num. 3. *Lacertus, Africanus, caudâ ſpinoſâ.*

Maſculus hic caudâ ſpinis horrida, & capite lato, grandi, Salamandram refert terreſtrem. Lingua craſſa, brevis, eſt. Capitis ſupremum ſquamæ tegunt inſignes, admodum venuſtæ. Oculi valde videntur minuti eſſe; ſiquidem ſuperiores palpebræ, laxiores, facillimè illis ſeſe obrendant. Ita ſcilicet cavit Conditor ſapientiſſimus, ne, dum per ſenticeta ſe torquet Animalculum, oculis quidquam immineat noxæ. Supini corporis, pedumque, ſquamæ dilutè cærulei ſunt coloris, laterales vero ſaturatioris, quaſi plumbei. Lineolæ ſaturatè ſpadiceæ ſquamulas præterea pulchrè diſtinguunt ad dimidiatam usque corporis partem, tum & per femora & pedes. Pedum quilibet quinque pollet digitis, hosque acuti & adunci ungues armant, prout in toto Lacertarum genere obtinet. Caudam ab extremo trunci dispeſcunt ſquamæ longæ, acuminatæ, annulatim & ſerratim, quaſi per articulos inter ſe junctæ. Maſculini hic ſexus eſſe putatur ob capitis latitudinem, & ſquamas colli acuminatas atque rigentes.

Num. 4. *Lacerta, Africana, caudâ ſpinoſâ; fœmella.*

Capite minor eſt ſuo mare, caudâ brevior, aliasque gerit ſquamas oblongas, dilutiores. Cætera verò parum differt à præcedente Num. 3, tam coloribus, quam forma. Dantur & hujusce ſpeciei Lacertæ in Promontorio Bonæ Spei, ſed minores multò, & colore obſcurè fuſco per totum ferè corpus pictæ, quas alio loco repræſentabimus.

TABULA OCTUAGESIMA ET QUINTA.

Num. 1. *Serpens Porphyrius, Braſilienſis.*

Supinam corporis faciem elegantiſſima ornat è rubro, albo, nigro, & flavo, mirè inter ſe miſtis, variegatio, venarum quaſi referens contextum. Ventrales ſquamæ ex albo, nigro, & rubro, quoque pictæ ſunt. Caput latum grandibus tegitur ſquamis verſicoloribus, vitulino cæterum capiti non abſimile. Vultus ferox eſt. Rara eſt hæc Serpentum ſpecies, & infrequenter hasce in oras transfertur.

Num. 2. *Lacerta, Americana, maculata.*

Squamulæ tenues, ex cæruleo albicantes, maculis ex nigro variegatis diſtinctæ, totum corpus uniformiter inveſtiunt. Margaritas ferè eſſe dixeris ſquamulas illas albeſcentes, quæ dorſum verſus diſpoſitæ ſunt. Lingua longa, emiſſilis, qualis Serpentum, bifurcata eſt.

Num. 3. *Lacerta, Americana, minor, cærulea,* Argus *dicta.*

Quum veſte quaſi oculatâ ſuperbiat, *Argum* dixerê. Caput & caudam ſi exceperis, cætera uniformis ornat pictura. Caput verò, caudam, & ventrem, color dilutè cæruleus, ex nigro variegatus, inveſtit.

Num. 4.

N°. 3. *Lézard d'Afrique, dont la queuë eſt hériſſée de pointes.*

Ce Lézard mâle a la queuë heriſſée d'épines, la tête grande & large, ſemblable à celle de la Salamandre terreſtre. Sa langue eſt groſſe & courte. Le haut de ſa tête eſt couvert de grandes écailles, tout-à-fait belles. Ses yeux paroiſſent très-petits, cachés par les paupieres ſuperieures qui ſont d'un tiſſu fort lâche. C'eſt ainſi que le ſage Créateur a pourvu à la conſervation de la vuë de ces Animaux qui courent dans les hayes & autres lieux pleins d'épines. Les écailles qui couvrent le deſſus du corps & les pieds, ſont d'un bleu-pâle, mais elles ſont dans les côtés d'un bleu plus foncé & tirant ſur le plomb; de plus ces écailles ſont joliment rayées ſur la moitié du corps, les cuiſſes, & les pattes, de petites rayes d'un châtain obſcur. Chaque pied a cinq doigts armés d'ongles pointus & crochus, de même que tous les autres Lézards. La queuë attachée à l'extremité du tronc du corps, ſe diſtingue par d'autres écailles longues, pointues, dentelées, paroiſſant unies enſemble comme par articulations. Ce Lézard paſſe pour être un mâle à cauſe de la largeur de ſa tête, & des écailles roides & pointues dont ſon col eſt couvert.

N°. 4. *Lézard d'Afrique, Femelle, dont la queuë eſt hériſſée de pointes.*

Cette femelle a la tête plus petite que ſon mâle, la queuë plus courte, les écailles oblongues, & d'une couleur plus pâle. Du reſte elle differe fort peu, tant pour la figure que pour la couleur, du Lézard que je viens de décrire au N°. 3. Il y a au Cap de Bonne Esperance des Lézards de cette même Espece, mais beaucoup moins grands, & d'une couleur d'un brun-obſcur preſque ſur tout le corps: nous en parlerons ailleurs.

PLANCHE QUATRE-VINT ET CINQUIEME.

N°. 1. *Serpent du Breſil, de la couleur du Porphyre.*

Le deſſus de ſon corps eſt magnifiquement peint de rouge, de blanc, de noir, & de jaune, mélangés enſemble merveilleuſement, & formant comme un tiſſu de veines qui auroit toutes ces differentes couleurs. Les écailles du ventre ſont marbrées de blanc, de noir, & de rouge. Il a la tête large, d'une figure aſſez approchante à celle de la tête d'un Veau, mais d'ailleurs couverte de grandes écailles de diverſes couleurs. Son aſpect eſt farouche. Cette Espece de Serpent eſt peu commune, & on la transporte rarement dans ces païs.

N°. 2. *Lézard d'Amerique, tacheté de noir.*

Il eſt couvert d'une maniere uniforme ſur tout le corps, de petites écailles minces, bleuës & blanchâtres, marbrées d'un mélange de taches noires; vous prendriez preſque pour des perles ces petites écailles blanchâtres qui ſont couchées près du dos. Sa langue eſt longue, ſortant hors de la gueule, & fenduë en deux comme dans les Serpens.

N°. 3. *Lézard d'Amerique, plus petit, de couleur bleue; on l'appelle* Argus.

On l'a nommé Argus, à cauſe de ſa peau toute garnie d'yeux. Si on excepte la tête & la queuë, le reſte du corps de ce Lézard eſt peint d'une maniere uniforme. La tête, la queuë, & le ventre ſont d'un bleu-pâle mêlé de noir.

N°. 4. *Lézard*


TAB. LXXXV.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.




TAB. LXXXVI.
Fig. 1.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 6.

Num. 4. *Lacerta, Americana, major.*

Priore grandior hæc eſt, & alio penitus colorum adparatu venuſta; ſiquidem tenues ejus ſquamulas, transparentes, albicantes, dilutè cinerea obducat rubedo, nigris deſuper maculis, Tigrino more, variegata per corpus ferè univerſum. Caput tamen, pedes, & venter, ſaturati magis coloris, ex obſcurè fuſco variegantur. Cauda, craſſa, in acumen attenuata, gracilibus undique annulis ambitur. Craſſior caudæ pars obſcurè fuſcis etiam diſtinguitur maculis, ſenſim tamen evaneſcentibus, ubi tenuior illa fit. Ita qualibet in ſpecie ſingulorum generum peculiari modo ludit Natura: unde vel hinc infinitam ſapientiſſimi Conditoris potentiam perſpicere datur & mirari.

TABULA OCTUAGESIMA ET SEXTA.

Num. 1. *Serpens, ex Mauritaniâ, ſingulari tæniarum apparatu decora.*

Caput, dilutè ſpadiceum, inſignes ſquamæ, lineis albicantibus quaſi fimbriatæ, tegunt: prætereà verò capitis vertici binæ adſtant maculæ candidæ, minutam teſſeram intercipientes. Squamæ corporis reliquæ omnes, colore dilutiore perfundatæ, verſicoloribus deſuper diſtinguuntur tæniis, juxta dorſi longitudinem ad extremum usque protenſis: harum quæ medio conſtituta loco eſt, croceo colore, huic proximè adjacens dilutè cæruleo, hanc verò excipiens rurſum flavo, & ultima tandem, ventri proxima, dilutè viridi pollet; dum interim ventrales dilutè cineritiæ ſunt.

Num. 2. *Serpens* Cæcilia, *ex Mauritania.*

Oculorum nullæ prorſus notæ hac in Serpentum ſpecie adparent, prout iam ante memoravimus. Caput hujusce exile & læve eſt, os minutum, nares parvæ. Color cæterùm ex cinereo luteus eam tingit. Squamæ ejus ſatis æquales, pulchroque ordine digeſtæ, extrema liberè pendula ex albo quaſi fimbriata oſtendunt. Cauda brevis, & veluti in ſe ipſam coacta, caput craſſitie multum ſuperat. Ventralibus ſquamis, transverſim ſitis, haud, uti pleræque aliæ Serpentes, prædita eſt. Color & ſquamæ ejus, quales ferè *Scinci marini*, ſunt; unde *Scinciformem* quis haud immeritò adpellaverit.

Num. 3. *Serpens puſilla, elegans, Mauritana.*

Corpuſculi ſupinam pariter ac pronam faciem elegantiſſima, & probe ordinata, variegatio exornat. Ventri, quà anus aperitur, ad hujus utrinque latera, binæ adhærent excreſcentiæ parvæ, ſpiniformes, quæ utrum generationi dicatæ ſint, haud certus dixerim: id equidem obſervavi, quod mentula quarundem Serpentum, maſculini ſexûs, bifurcata ſimplici è radice enaſcatur, bifidæ hinc Serpentum aut Lacertarum linguæ æmula.

Num. 4.

N°. 4. *Lézard d'Amerique, fort gros.*

Il eſt bien plus grand que le précedent, & orné d'ailleurs d'un aſſemblage de couleurs tout-à-fait different. Ses écailles ſont minces, petites, transparentes, blanchâtres, colorées d'un rouge-cendré-pâle, marbrées par deſſus à la maniere du Tigre de taches noirâtres, ſemées presque ſur tout le corps. Les écailles qui couvrent la tête, les pieds, & le ventre, ſont d'une couleur plus foncée, & variée d'un brun-ſombre. La queuë eſt groſſe, finiſſant en pointe, cerclée de tous côtés d'anneaux minces & déliés. La partie la plus groſſe de la queuë, eſt marquetée de taches d'un brun-obſcur; ces taches diſparoiſſent inſenſiblement, à meſure que la queuë devient plus mince. C'eſt ainſi qu'on obſerve dans chaque Espece d'Animaux des jeux de la Nature, qui font ſentir avec admiration la Puiſſance & la Sageſſe infinie du Créateur.

PLANCHE QUATRE-VINT ET SIXIEME.

N°. 1. *Serpent de la Nigritie, beau par le décours ſingulier des bandes dont ſon corps eſt revêtu.*

Sa tête, d'un bai-rouge-pâle, eſt couverte de grandes écailles, découpées par des rayes blanchâtres. Sur le ſommet de la tête regnent deux taches blanches, entre lesquelles il y a un quarré blanc, qui reſſemble à un petit Dé. Toutes les autres écailles du reſte du corps ſont d'une couleur plus pâle, & revêtuës par deſſus de longues bandes de diverſes couleurs, qui décourent ſur toute la longueur du dos jusqu'à l'extremité du corps. Celle de ces bandes qui tient le rang du milieu, eſt d'un jaune de ſafran; la bande qui la touche, eſt d'un bleu-clair; la ſuivante, jaune; & enfin la derniere proche du ventre, eſt d'un verd-paſſé; tandis que les autres bandes qui couvrent le ventre, ſont d'un cendré-pâle.

N°. 2. *Le Serpent* Aveugle *de la Nigritie, nommé* Cœcilia *en Latin.*

Il ne paroît aucune apparence d'yeux dans cette Espece de Serpent, ainſi que nous l'avons remarqué ci-deſſus. Sa tête eſt liſſe & petite, ſa gueule auſſi eſt petite, de même que ſes narines. Sa couleur eſt d'un cendré-jaune. Les écailles de ſon corps ſont aſſez unies, diſpoſées dans un bel ordre, par ondes, allant en montant vers la tête, & paroiſſant comme découpées par des entaillures blanches. Sa queuë eſt courte, ramaſſée, & de beaucoup plus groſſe que la tête. Il eſt couvert ſur le ventre d'écailles miſes en travers, & rangées d'une maniere differente de la plupart des autres Serpens. Au reſte, il approche fort par ſa couleur & ſes écailles, du *Scinc marin*, de ſorte qu'on peut avec raiſon l'appeller le Serpent à figure de Scinc.

N°. 3. *Petit Serpent de la Nigritie, fort joli.*

Tout ſon petit corps, deſſus & deſſous eſt, d'un tacheté uniforme & très-beau. Dans la partie du ventre où l'anus eſt ſitué, il ſort de chaque côté deux petites excroiſſances, qui ont la figure de deux épines, & ſervent peut-être à la génération. Cependant je n'oſerois l'aſſurer, ayant ſeulement obſervé que la partie naturelle dans quelques Serpens mâles, ſimple dans ſon origine, ſe fourche enſuite en deux, à peu-près comme eſt la langue des Serpens ou des Lézards.

Num. 4. *Lacertus ſtellatus, Mauritanus; mas.*

Stellulæ albicantes univerſi corporis ſupini ſquamulas tenues, & ſaturatè griſeas, diſtinguunt, ipſo etiam in principio caudæ craſſiuſculo conſpicuæ: hujus autem reliqua pars majoribus dein ſquamis tecta eſt. Frontem, ex albo fimbriatam, geminata ſquama ornat. Cervici rhomboideum imminet ſcutum, pariter fimbriatum, candidisque maculis, minutis, ſtelliformibus, ornatum. Crura & pedes eleganter quoque maculata ſunt. Venter albicans ex griſeo variegatur.

Num. 5. *Lacerta, Mauritana, prioris fœmella.*

Picturæ elegantiâ marem ſuperans, ex dilutè ruffulo cineritiis ſuperbit ſquamulis tenuibus, quas rhomboideæ ornant maculæ, probè ordinatæ, ſpadiceæ, albicantibus ſingulæ punctis, in ſui medio, diſtinctæ. Scutum inſigne, rhomboideum, ejus & capiti incumbit, punctis albis venuſtum. Reliqua pictura, qualis in mare, eſt; niſi, quod venter albicans ex ſpadiceo ſit varius.

Num. 6. *Lacerta, marmoris in modum variegata, Mauritana.*

Spinoſa hæc, & ſaturatè ſpadicea, per totum corpus ex albo variegatur: crura, pedes, & caudam ſimilis ornat varietas. Capitis duntaxat pars ſuperior uniformi colore ſaturè ſpadiceo conſpicua eſt, lævis, non ſpinoſa. Quotquot hac in Tabellâ exhibentur ſpecimina, è muſeo Nobiliſſimi & Ampliſſimi D. *Nicolai Witſen*, Conſulis Amſtelædamenſis, hauſta ſunt.

TABULA OCTUAGESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. *Serpens, Braſilienſis, Ibiracoa dicta, permira.*

Hancce, unà cum aliis hujus generis, & inſectis, in navium claſſe, vulgò *Flotille*, transportatam, ex Hiſpaniis accepimus. Pictura, quâ & hæc, & ſequentes duæ, Num. 2 & 3, per dorſum & ſquamas exornantur, tam inuſitatæ eſt elegantiæ, tantâque variorum colorum miſturâ quaſi contexta, calamo ut deſcribi, aut adumbrari vix queat. Caput equidem minuſculum, at ſquamis albicantibus, ſat magnis, pro magnitudine totius, veſtitum eſt: hæque punctis quaſi nigricantibus denſè obſeruntur. Vid. *Ray Synopſ. Anim. p.* 328.

Num. 2. *Serpens, Braſilienſis, Ibiracoa, exquiſita; fœmina.*

Iſthæc mox ſecuturæ Num. 3 Serpentis fœmella, quoad picturam præcedenti Num. 1 ſimilis, id tamen peculiare habet, quod parvæ ejus dorſales Roſæ, ad caudam usque, rubore ſint ſuffuſæ. Cauda dein, quà apertura hiat, ad ſui usque finem, obſcurè fuſcis, & reſplendentibus veſtitur ſquamis: corpori verò quæ inhærent, dilutè griſei ſunt coloris.

Num. 3.

N°. 4. *Lézard de la Nigritie, étoilé, mâle.*

Les écailles du deſſus de ſon corps ſont minces, petites, d'un gris-foncé, & toutes mouchetées de petites étoiles blanchâtres, jusqu'au commencement de ſa queuë qui eſt aſſez épaiſſe dans ſon origine. Le reſte du corps de ce Lézard eſt couvert de plus grandes écailles. Son front eſt revêtu de deux écailles bordées de blanc. Le deſſus de ſa tête eſt muni d'une grande & groſſe écaille, de figure rhomboïde, bordée de blanc tout autour, & tachetée par deſſus de petites étoiles blanches. Ses jambes & ſes pieds ſont auſſi d'un beau tacheté. Son ventre eſt d'une couleur blanchâtre, variée de gris.

N°. 5. *La Femelle du précedent Lézard de la Nigritie.*

Cette Femelle ſurpaſſe le Mâle pour la magnificence du tacheté de ſa peau. Elle eſt couverte de petites écailles, minces, cendrées & d'un rouſſâtre-clair, mouchetées par deſſus de taches rhomboïdes, bai-rouges, rangées artiſtement, & dont chacune eſt picotée au milieu de points blanchâtres. Sa tête eſt défendue par une grande & groſſe écaille rhomboïde, ſuperbement marquetée de points blancs. Le reſte de ſon corps eſt marqué de même que celui du Mâle, excepté ſur le ventre, qui eſt d'un blanchâtre mêlangé de roux.

N°. 6. *Lézard de la Nigritie, marbré.*

Ce Lézard a la peau hériſſée de pointes, & marbrée ſur tout le corps, ſur les jambes, les pieds, & la queuë, d'un rouge-bai foncé, mêlé de blanc. La ſeule partie ſuperieure de la tête eſt liſſe, ſans pointes, & d'un rouge-bai foncé ſans mêlange de blanc.

Au reſte, tous les Animaux mentionnés dans la deſcription de cette Planche, viennent du Cabinet de l'Illuſtre M. *Nicolas Witſen*, Bourguemeſtre d'Amſterdam.

PLANCHE QUATRE-VINT ET SEPTIEME.

N°. 1. *Serpent du Breſil, nommé* Ibiracoa, *d'une beauté merveilleuſe.*

Nous avons reçu ce Serpent avec d'autres de la même Eſpece, d'Eſpagne, où la Flotte qu'on appelle communément la Flotille, les avoit transporté. Ce Serpent, de même que les deux autres repréſentés au N°. 2 & 3, eſt orné ſur le dos & ſur ſes écailles, de couleurs d'une beauté ſi extraordinaire, & ſi admirablement mêlangées, qu'on pourroit à peine les décrire & les repréſenter. Sa tête eſt petite, garnie d'écailles blanchâtres, aſſez grandes à proportion de cette partie du corps, & qui paroiſſent toutes picotées de points noirâtres. Voyez le Livre de Ray, intitulé *Synopſ. Animal.* pag. 328.

N°. 2. *Femelle du Serpent du Breſil, qu'on appellé* Ibiracoa.

C'eſt ici la Femelle du Serpent dépeint au N°. 3 qui ſuit. Elle reſſemble pour la couleur au Serpent précedent du N°. 1, avec cette difference particuliere, que les petites écailles de ſon dos ſont peintes d'un rouge de couleur de roſe jusques à la queuë, laquelle depuis le commencement jusques au bout eſt couverte d'écailles reluiſantes d'un brun-foncé. Les écailles qui garniſſent le corps ſont d'un gris-lavé.

N°. 3. *Ser-*



TAB. LXXXVII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 8.






Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.

Num. 3. *Serpens, Ibiracoa, Brasiliensis, singularis; mas.*

Masculus hic præcedentis, per totam corporis supernam partem, dilutè cinereus, tæniis ornamentisque nigricantibus, quasi pertusis, condecoratur. Verticem capitis pulcherrimæ tegunt albicantes squamæ, punctulis nigris interstinctæ. Trinæ hæ, Num. 1, 2 & 3 exhibitæ, Serpentes, parvis singulæ denticulis, nostrarum ad instar indigenarum, pollent.

Num. 4 & 5. *Lacertæ, eximiæ, ex Insula S. Eustachii.*

Supernum corpus his, ex viridi dilutè cœruleum, nigris notatur punctis. Venter colore tingitur pallidè cærulo; eodemque saturato caput, nubeculis insuper nigricantibus inumbratum. Cauda ejus, quam Num. 4 exhibet, quæque mas est, bifida, à trunci extremo ad sui finem usque serræ instar denticulato horret dorso. Fœmella contra Num. 5 eandem, ad dimidium usque duntaxat denticulatam, elevat. Pedes, Salamandræ æmuli, digitis donantur, latiusculis anteriori parte, quâ longos, acutosque emittunt ungues.

Num. 6. *Salamandra, rara, ex Insulâ S. Eustachii.*

Quas Insula hæc profert, variæ Salamandræ species, admodum existunt raræ, pulcherriméque pictæ. Hæcce dilutè grisea, nubilosis maculis nigricantibus, ad caudæ usque extremum, lineâque albescente distinguitur.

Num. 7. Elichrysum, *Africanum, flore Senecionis aureo, umbellato; foliis angustissimis.*

Num. 8. Elichrysum, *Africanum, flore Citrino, foliis serratis.*

Flosculi, Citrini, speciosi, è pedunculorum extremis nati, capsulas seminales, glabras, complexi, in umbellam disponuntur. Folia, alternatim caulem erectum, cinereo-griseum, stipantia, in ambitu, serræ in modum, emarginantur.

TABULA OCTUAGESIMA ET OCTAVA.

Num. 1. *Lacerta, Surinamensis, dorso dilutè cæruleo, cauda tenui, longiore.*

Tænia lata, fusca, albicante limbo ornata, candidisque distincta punctis, utrinque ad latus dorsi decurrit. Dorsum ipsum, dilutè cærulum, squamulis tegitur minutis, albescentibus, totidem quasi margaritis, quas nigricantes maculæ variegant. Frons pallidè cærulea insignes squamas præ se fert; similibusque & venter, & antici pedes gaudent. Cauda angustis annulis, nigrisque maculis, venusta est.

Num. 2.

N°. 3. *Serpent* Ibiracoa, *du Bresil, singulier; Mâle.*

Voici le Mâle du précedent. Sa peau, d'un cendré-clair, est ornée sur tout le dessus du corps de bandes découpées & d'autres ornemens noirâtres. De très-belles écailles blanchâtres, parsemées de points noirs, couvrent le sommet de la tête. Les trois Serpens représentés ici sous les N°. 1. 2. 3, sont chacun munis de fort petites dents, faites de même que celles des Serpens de nos païs.

N°. 4 & 5. *Deux beaux Lézards de l'Isle St. Eustache.*

Le dessus de leur corps est vert, & d'un bleu-pâle, picoté de points noirs. Leur ventre est d'un bleu-pâle; & leur tête d'un bleu-foncé, ombré de nuances noirâtres. La queuë du Lezard représenté au N°. 4, lequel est un Mâle, est fourchuë au bout, & a le dessus comme une scie, hérissé de petites dents qui regnent depuis le commencement jusqu'à l'extremité. Mais le dessus de la queuë de la Femelle n'est hérissé de dents que jusqu'au milieu. Leurs pieds, semblables à ceux de la Salamandre, se fendent en doigts, dont ceux de devant, assez larges, sont armés d'ongles longs & crochus.

N°. 6. *Salamandre rare; de l'Isle St. Eustache.*

Les diverses Especes de Salamandres que produit cette Isle, sont fort rares, & magnifiquement colorées. Celle-ci est d'un gris-clair, ombré de taches noirâtres, jusqu'au bout de la queuë. Le dessus de son corps est divisé par une longue raye blanchâtre.

N°. 7. *Amarante jaune d'Afrique, à fleurs de Seneçon de couleur d'or, ramassées en bouquets, & à feuilles très-étroites.*

N°. 8. *Amarante d'Afrique, à fleurs de couleur citrine, & à feuilles dentelées.*

Ses fleurs de couleur citrine, belles, naissent aux sommités des tiges, disposées en bouquets, & forment des capsules séminales, luisantes, & polies.

Cette plante pousse une tige élevée, de couleur cendrée-grise, garnie de l'un & de l'autre côté de feuilles dentelées dans les bords.

PLANCHE QUATRE-VINT ET HUITIEME.

N°. 1. *Lézard de Surinam, peint sur le dos d'un bleu-pâle, & portant une queuë longue, & menue.*

De chaque côté du dos décourt une bande large, brune, parsemée de points blancs, & ornée d'un bord blanchâtre. Le dos est d'un bleu-pâle, & est couvert de petites écailles blanchâtres comme d'autant de perles, mouchetées de taches tirant sur le noir. Le front est aussi d'un bleu-mourant, mais il est revêtu de grandes écailles, de même que le ventre & les pieds de devant.

Num. 2. *Lacerta, Surinamensis, major,* Ameira *dicta.*

Brasiliæ incolis ita adpellatur ob picturæ elegantiam, prout *Jonstonus* refert. Et certè omnibus numeris absolutum est, quod hic occurrit, picturæ artificium. Frons præcipuè insidentes fundo albicanti, minutisque tuberculis consperso, ostentat squamas albas, nigras, atque rubras. Reliquum verò corpus omne, cæruleum, ex nigro & albo, marmoris in modum, variegatur, rubellis quibusdam maculis hâc illâc intermistis. Crura similis ornat apparatus. Pedes lutei nigris pollent unguibus. Cauda longa, cærulea, ad suî usque extremum, ex nigro & rubro annulatim maculata est.

Num. 3. *Serpens, Americana, grossa, versicolor.*

Caput ejus breve, luteum, nigricantes maculas, majoribus squamis suis inustas, exhibens, naribus caret, at ocellos tamen gerit minutos, tegmine quasi obductos. Cauda crassa est & obtusa. Caput exceperis, tota cæterum Serpens è tenuibus annulis, sibi mutuo in ambitu adglutinatis, & per oblongas, minutissimasque, squamulas divisis, quasi conflata esse videtur. Variegatio ex albo, nigro, spadiceo, & cinereo griseo, totum per corpus regnat. Teretiuscula autem & polita admodum est ejus superficies, quum non ita pridem vernaverit.

Num. 4. *Lacerta Americana, cum caudâ longissimâ,* Temapara *dicta.*

Elegantissima hæc Lacerta, ex rubello subgrisea, longo est capite, caudâque longissimâ. Supremo capitis prægrandes insident squamæ, albo super fundo ex nigro spadiceo variegatæ. Oculi, admodum fulgentes, tenuibus squamulis in omni ambitu stipantur. Auricula intus rubicunda limbo albicante fimbriatur. Maxilla inferior, abdomen totum, una cum cruribus, dilutè cineritii sunt coloris. Supinam corporis partem, totamque caudam, squamulæ, ex cinereo dilutè griseæ, pigmento saturatè spadiceo variegatæ, tegunt. Pedes saturatè spadicei sunt; ungues verò albicant.

TABULA OCTUAGESIMA ET NONA.

Num. 1. *Lacerta, Mexicana, Strumosa, posticâ capitis parte parvum pectinem gerens.*

Saccus ille strumosus, è maxilla inferiore & collo propendens, animalculis hisce loco ingluviei inservit pro recondendis inibi cibis, ad tempus usque deglutitioni eorum plenariæ opportunum. Strumam hanc, æquè ac corpus totum, pedes, caudamque, squamulæ, reticulariter dispositæ, coloris dilutè cærulei, tegunt. Utrumque capitis latus, auriumque ambitum, & collum, maculæ albicantes ornant. Dorsum pallidius ex albo variegatur ad longæ usque caudæ dimidium. Pecten, & Struma, ex dilutè cæruleo unicolores sunt.

Num. 2.

N°. 2. *Lézard de Surinam, beaucoup plus gros, nommé* Ameira.

Il est ainsi nommé des habitans du Bresil, à cause de la beauté de son tacheté, au raport de *Jonston*. Et véritablement il est tacheté si superbement, qu'on n'y voit rien à souhaiter. Son front est revêtu d'écailles blanches, noires, rouges, placées sur un fond blanchâtre, parsemé de petites élevations. Le reste de son corps est bleu, marbré de blanc & de noir, & moucheté par-ci par-là de quelques taches d'un rouge-pâle. C'est la même chose des jambes. Ses pieds sont jaunes, armés d'ongles noirs. Sa queuë est bleuë, longue, formée en anneaux jusques au bout, & toute marquetée de noir & de rouge.

N°. 3. *Serpent d'Amerique, gros, rond, de diverses couleurs.*

Sa tête est courte, jaune, garnie de grandes écailles, marquées de taches noirâtres. Il n'a point de narines, mais il a de fort petits yeux, qui sont défendus comme par un voile. Sa queuë est grosse & obtuse. Tout ce Serpent, à l'exception de la tête, semble être formé de minces anneaux, collés les uns aux autres dans leur contour, & barrés d'écailles oblongues, très-petites. Un mélange de diverses couleurs, de blanc, de noir, de chatain, & de gris-cendré, regne sur tout son corps. La nouvelle peau que ce Serpent revêt au Printems, est extrêmement lisse & polie.

N°. 4. *Lézard d'Amerique, nommé* Temapara, *dont la queuë est très-longue.*

Ce magnifique Lézard a la peau grisâtre, & tirant sur le rouge. Sa tête est grande, & sa queuë fort longue. Le sommet de la tête est couvert de très-grandes écailles, noires & chatain, qui sont posées sur un fonds blanc. Ses yeux étincelans, sont environnés dans tout leur contour de minces écailles. Ses oreilles, rouges en dedans, finissent au dehors par une bordure blanchâtre. La mâchoire inferieure, tout le bas-ventre, & les jambes, sont d'un cendré-clair. Le dessus du corps, & toute la queuë, sont couverts de petites écailles cendrées-grisâtres, avec un mêlange de chatain-foncé. Les pieds sont seulement peints d'un chatain-foncé, mais les ongles sont blanchâtres.

PLANCHE QUATRE-VINT ET NEUVIEME.

N°. 1. *Lézard du Mexique, Goitreux, portant comme un peigne sur le derriere de la tête.*

L'espece de Goitre, ou sac que porte cet Animal, lui pend de la mâchoire inferieure & du col, & lui sert de poche pour y retenir les alimens jusques au tems convenable pour en faire l'entiere déglutition. Ce sac, de même que les pieds, la queuë, & tout le reste du corps, est couvert de petites écailles, qui sont d'un bleu-clair, & disposées en forme de losange. Les deux côtés de la tête, le contour des oreilles, & le col, sont marquetés de taches blanchâtres. Le dos, est d'une couleur plus pâle, variée de blanc jusques vers le milieu de la queuë, qui est grande. Le sac, & l'espece de peigne que porte ce Lézard sur la tête, sont d'une même couleur, savoir, d'un bleu-clair.

N°. 2. *Autre*


TAB. LXXXIX.
Fig. 1.
Fig. 5.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 2.






Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 5.
E
F
G
D
H
Fig. 6.
C
B
A
Fig. 4.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 3.

Num. 2. *Lacerta, Mexicana, ſtrumoſa, altera, ſaxicola,* Tecoixin *dicta.*

Capite Salamandram referens ſtrumâ minore gaudet. Maxillæ retrorſum valdè divergunt. Pecten longus, acuminatus, dentatus, à capite ad caudam usque, ſupra femora poſtica, ſenſim decreſcens, porrigitur. Lingua craſſa & brevis eſt, qualis Salamandræ. Squamæ ejus cæruleæ albis tæniis quaſi undulatæ ſunt per totum corpus, femora, & caudam. Deliteſcit iſthæc ſpecies in locis lapidoſis, tuta ſic ab aliorum animantium injuriis.

Num. 3. *Lacerta, Americana.*

Corpus ejus ſupinum, ad caudam usque, minutæ veſtiunt ſquamulæ, dilutè ſpadiceæ, maculis nigricantibus, per ſeries digeſtis, variegatæ. Caudam annulatam nigræ pariter maculæ diſtinguunt. Idemque per totum abdomen, femora & pedes, ita obtinet. Ad ventris latera utrinque lata decurrit tænia, cærulea, maculis albicantibus, binis ſemper conjugatis, ornata. Maxima pars Lacertarum tam anticos, quam poſticos, pedes in quinque digitos abeuntes gerunt: at verò hujus pes poſticus dexter tribus ſaltem digitis, ſiniſter tantum quatuor terminatur. An nunc defectus hic à fabricante Naturâ, aut ab illiſu fortuito, oriundus ſit, neſcio. Sunt nobis aliæ hujusce ſpeciei lacertæ, hoc quæ defectu non laborant.

Num. 4. *Salamandra aquatica, Americana.*

Tepens ubi pluvia cadit, non rarò ex aquis in terram emergit hæc Salamandra, ſeſe ut reficiat quaſi, & varietate pabuli delectet. Cauda ejus lata, obliquè è corpore porrecta, remum æmulatur, quo ſe in aquis promovet animal. Venter tumidulus eſt & teres: ſupini corporis color ſaturarè ſpadiceus tenues per ſquamulas ex nigro maculatur: ſubtus diluta flavedo conſpicitur ſubruffis maculis variegata. Lingua, qualis omnium Salamandrarum, curta & craſſa. Noſtris etiam in oris hæcce ſpecies reperitur ſuprà coloris nigro fuſci, ſubtus lutei, maculis nigris variegati.

Num. 5. *Salamandra ſimilis, ſupina, prioris fœmella.*

TABULA NONAGESIMA.

Num. 1. *Eruca, ſeu Scolopendra, marina, corallina, multipes.*

In littore hæc prope vicum *Sandvoort* capta, vivens noſtras in manus pervenit: ſupernè, quà brevibus plerumque hiſpida pilis & fuſca eſt, undequaque piloſis ſeſe faſciculis, peniculorum inſtar, obſitam oſtendit, qui in ambitu laterum, juxta ſe mutuò, è cute prominentes pedum vice funguntur: ſubtus eadem ratione ſimiles peniculi minores, deorſum tendentes, aliis interpoſiti, ordinem geminant. Peniculi hi, ſeu capillati pedes mirè fulgurantem emittunt tonum, Iridis inſtar multicolorem. Cutis ſubtùs glabra albicat. Muſcus huic corallinus ſupra accrevit, cujus ramuli, ſeu propagines, varii ſunt coloris. Res certè peregrina, quod plantæ Corallinæ è viventis Erucæ, vel Animalis dorſo progerminent.

Num. 2.

N°. 2. *Autre Lézard du Mexique, Goitreux, ſe tenant dans des pierres, nommé* Tecoixin.

Il reſſemble de tête à la Salamandre. Son ſac eſt plus petit que celui du Lézard précedent. Mais le peigne qu'il porte eſt bien denté, pointu, long, s'étendant jusqu'à la queuë, allant inſenſiblement en diminuant, & tombant ſur les cuiſſes de derriere. Sa langue eſt épaiſſe, ramaſſée, telle que celle de la Salamandre. Ses écailles ſont bleuës, & ſemblent comme ondées ſur les cuiſſes, la queuë, & tout le reſte du corps, de bandes blanches. Cet Eſpece de Lézard ſe cache dans des endroits pierreux, où il ſe met à couvert des inſultes d'autres Animaux.

N°. 3. *Lézard d'Amerique.*

Le deſſus de ſon corps jusques à la queuë, eſt couvert de petites écailles, minces, d'un chatain-clair, parſemées de taches noirâtres placées avec ſimetrie. Sa queuë formée en anneaux, eſt pareillement mouchetée de taches noires, de même que tout le bas-ventre, les cuiſſes, & les pattes. De chaque côté du ventre décourt une large bande, bleuë, ornée de taches blanchâtres, rangées deux à deux. La plûpart des Lézards ont les pieds, tant de devant que de derriere, fendus en cinq doigts; mais dans celui-ci le pied gauche de derriere n'a que quatre doigts, & le pied droit n'en a que trois. Si c'eſt là un jeu de la Nature, ou une ſuite de quelque accident, c'eſt ce que j'ignore: cependant j'ai quelques autres Lézards de cette même Eſpece, dans lesquels ce manque de doigts ne ſe rencontre pas.

N°. 4. *Salamandre Aquatique, d'Amerique.*

Quand il tombe une pluie chaude, cette Salamandre ſe porte aſſez ſouvent ſur terre, comme pour ſe refaire, & prendre le plaiſir de diverſifier ſa nourriture. Sa queuë eſt large, s'étend obliquement, & ne reſſemble pas mal à une Rame, au moyen de laquelle cet Animal nage dans l'eau. Son ventre eſt rond, & aſſez gros. Le deſſus de ſon corps eſt d'un chatain-obſcur, couvert de minces écailles, tachetées de noir. Le deſſous eſt d'un jaune-pâle, varié de taches rouſſâtres. Sa langue, comme celle de toutes les Salamandres, eſt épaiſſe & courte. On trouve auſſi dans ces païs cette Eſpece de Salamandre, dont la couleur eſt deſſus le corps d'un brun-foncé, & deſſous jaune, tachetée de noir.

N°. 5. *Femelle de la Salamandre précedente, couchée ſur le dos.*

PLANCHE QUATRE-VINT ET DIXIEME.

N°. 1. *Chenille ou Scolopendre de mer, Coralline, munie de pluſieurs pieds.*

On l'a priſe ſur le rivage, près du village de *Sandvoort*, & elle eſt tombée entre nos mains étant encore vivante. Le deſſus de ſon corps eſt brun, couvert pour l'ordinaire de poils courts, & entouré de tous côtés de faiſceaux de poils, réunis en divers pinceaux. Ces faiſceaux de poils ſortent de ſa peau, & lui tiennent lieu de pieds. Il ſort du deſſous du corps de ſemblables faiſceaux de poils, mais plus petits, tendant en bas, & ſitués entre les autres: ce qui forme un double rang de faiſceaux de poils, grands & petits. Ses pieds chevelus jettent un éclat merveilleux de diverſes couleurs, comme celles de l'Arc-en-ciel. Sa peau par deſſous eſt blanchâtre, & denuée de poils. Sur le deſſus de ſon corps on voit accruë une mouſſe Coralline, qui pouſſe des tiges menuës & déliées, de diverſes couleurs. C'eſt une choſe vraiment étrange, que des Plantes Corallines bourgeonnent du dos d'un Animal ou d'une Chenille vivante.

Num. 2. *Eruca, marina, multipes.*

Ejusdem hæc, ac prior, formæ, ventrem multis ſtipatum pedibus exhibet: piloſa, aculeata, & peniculis donata, expanſos gerit pedes, quibus inter natandum ſeſe promovet. Id hîc occurrit diſcriminis, quod ſimplici duntaxat pedum majorum ſerie gaudeat. Venter albicans, minutis punctis ſubrubentibus obſitus, tanquam nubeculis, adumbratur. Dum vitâ fruitur animal, totum quantum mobile eſt, nec capite interim, nec caudâ viſibili prœditum, multò minus ore, quo victum aſſumat: neque & hujus ſuperficiem Corallia ornant, uti prioris; ſed latera pili obſident, dum dorſum his ferè caret. Cutis craſſa, coriacea. Cuinam bono iſthæc ſint Animantia me latet: ſerviunt tamen ſummis Dei miraculis demonſtrandis, quæ loquitur, quidquid vel mare, vel terram incolit.

Num. 3. *Eruca, marina, minor, multipes.*

Meritò & circa hanc quis hæſitet, caputne, vel caudam liceat diſtinguere? Pedum eadem, ac in præcedente, ſtructura. Dorſum oblonga tubercula, ex tenuibus curtiſque pilis conflata, in qualibet ſerie transverſali terna, manipulatim obſident, quæ equidem unà cum pedibus reſplendent, & interpoſitâ molli quâdam lanugine fuſcâ dorſum quaſi obumbrant.

Num. 4. *Teredo, ſeu Scolopendra, marina, longiſſima, vel Amphisbœna, marina.*

Biceps quidem apparet; neutrum tamen extremum ejus foramine pervium invenitur: horum verò craſſiſſimum duntaxat caput refert, maculâ fuſcâ, tanquam ocello, notatum. Oculi nullum veſtigium. Bina extrema capitis & caudæ, quæ pollicem latum glabra ſunt, exceperis, reliqua corporis facies ſuperior tota quinas tænias, piloſis & reſplendentibus faſciculis, ſeu peniculis, pulchro ordine juxta ſe mutuo digeſtis conſtantes, exhibet. Nec quiſquam peniculos hosce cum ratione pedum loco habeat, uti in Erucâ priore animadverſum eſt; quum potius ornamenta referant, Erucis terreſtribus herbarum & arborum quoque data, quarum è corpore piloſi pariter apiculi eminent. Videtur autem iſthæc quam proximè accedere ad illam ſpeciem, quæ Tab. LXXXI deſcripta eſt. *Jonſtonus, Tab. VIII*, unam harum, at breviorem, inter Carabos delineat.

Num. 5. *Pediculi Ceti, lit.* E, F, G, H *notati.*

Inſecta hæc Animalibus iſtis marinis, ſtupendæ molis, vexandis nata, uti referunt nautæ, horum in aures ſubrepunt, hasque morſu perforant. Araneæ illis forma eſt: bini pedes antici craſſiuſculi, medii quatuor longiores & tenuiores, poſticique ſex rurſum craſſiores, acutis incurvisque unguibus muniuntur, uti in Cancris: parvum capitellum binas protendit barbulas. Quæ lit. E notata eſt, dorſo incumbit; ventri autem, cui lit. F præfigitur, lit. G aliam exhibet ſpeciem, tereti quæ corpore eſt; dum lit. H comparem notat lit. E, ſed paulò minorem.

Num. 6.

N°. 2. *Chenille de Mer, qui a pluſieurs pieds.*

Cette Chenille eſt de la même figure que la précedente, & eſt munie ſous le ventre d'un grand nombre de pieds, diſpoſés en façon de faiſceaux ou de pinceaux de poils déployés partout, & dont elle ſe ſert pour nager. Cette Chenille differe en ceci de la précedente, qu'elle n'a que ce ſeul rang de grands pieds, au lieu que l'autre en a deux. Son ventre, qui tire ſur le blanc, eſt tout ombré comme de nuages de points rougeâtres. Cet Animal quand il eſt en vie ſe peut mouvoir de toutes parts; cependant on ne peut lui découvrir ni tête, ni queuë, encore moins une bouche pour prendre ſa nourriture. Ses côtés ſont couverts de poils, mais ſon dos en eſt presque entierement dénué, & ne porte point deſſus de Coralline. Sa peau eſt épaiſſe & rude comme du cuir. J'avoue que j'ignore de quel uſage ſont ces Animaux, ſi ce n'eſt pour marquer la diverſité des merveilles du Créateur, qu'annonce tout ce qui reſpire ſur la Terre & dans les Eaux.

N°. 3. *Chemille de Mer qui a pluſieurs pieds, mais qui eſt plus petite.*

Ici on peut héſiter avec raiſon ſi on ne diſtingue pas une tête & une queuë dans cette Chenille. Elle a les pieds faits comme la Chenille qui précede. Son dos eſt couvert de tuberoſités oblongues, reluiſantes de même que les pieds, & formées de poils courts & déliés; elles ſont rangées transverſalement trois à trois, par bandes, & chacune de ces bandes eſt ſéparée par une couche d'une espece de laine fine, brune, dont le dos paroit comme ombré.

N°. 4. *Scolopendre de Mer, très-longue; ou Scolopendre de Mer, à deux têtes.*


Les deux extrêmités de ſon corps reſſemblent à deux têtes, mais qui n'ont néanmoins ni l'une ni l'autre aucun trou. La plus groſſe des deux extrêmités a plus l'air d'une tête, par une tache brune qu'elle porte au milieu en guiſe d'œil. D'ailleurs il ne paroit aucune marque d'un véritable œil. Ces deux extrêmités ſont larges d'un pouce, & n'ont point de poils. Tout le deſſus du corps au contraire, eſt couvert de cinq bandes, qui ſont toutes formées de divers faiſceaux de poils, luiſans, rangés avec un bel ordre, & ſe répondant les uns aux autres. Cependant il ne faut pas croire que ces faiſceaux de poils tiennent lieu de pieds à cette Espece de Scolopendre, quoique nous ayons remarqué qu'ils ont cet uſage dans la Chenille décrite au N°. 1: il faut plutôt les regarder ici comme des ornemens, tels qu'on en remarque auſſi dans ces ſortes de Chenilles qui ſe trouvent ſur les arbres, & ſur les plantes. Il ſemble que cette Scolopendre-ci approche beaucoup de celle qui eſt décrite à la Planche LXXXI. *Jonſton* dans la *Planch. VIII.* a dépeint parmi les Crabes, une de ces Scolopendres, mais qui eſt plus petite.

N°. 5. *Poux de Baleine, repréſentés par les Lettres* E. F. G. H.

Les Baleines, ces Animaux marins d'une maſſe ſi énorme, ſont néanmoins tourmentés par ces petites Inſectes, qui ſe gliſſent dans leurs oreilles, & les percent par leur morſure, au raport des Matelots. Ces Inſectes ſont de la figure d'une Araignée. Ils ont deux pieds de devant aſſez gros, quatre pieds au milieu longs & menus, & ſix pieds de derriere plus gros que les autres, tous armés d'ongles aigus & crochus. Leur tête eſt petite, & pouſſe en avant comme une mouſtache de chaque côté. Le Pou marqué par la lettre E eſt couché ſur le dos; celui que déſigne la lettre F eſt ſur le ventre; la lettre G en dénote une Espece dont le corps eſt rond; & la lettre H en repréſente une Espece pareille à celle de la lettre E, mais un peu plus petite.

N°. 6. Poux




TAB. XCI.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.

Num. 6. *Pediculi, marini, Groenlandiæ.*

Hi Pediculi, ad vivum delineati, nobis inter alia rara ex Groenlandia allati, eſca ſunt, cui Ceti inhiant, omnemque ſuam pinguedinem debent. Cancrorum inſtar, ſcuta in dorſo gerunt articulata, ut flectere ſeſe & conglobare queant: arctius autem hi articuli ſibi mutuò committuntur anterius prope caput, quam verſus poſteriora. Sedecim utuntur pedibus, acutis, incurvisque unguibus armatis: caput eorum, latum, ſcuto tegitur. Scuta hæc tenuia, uti in Squillis, & pinguedine quaſi Balænarum plena ſunt. Mirandum ſanè, quod Balænæ, Animalia tam ſtupendæ molis, tenui adeò eſcâ lautè ſe nutriant, nec aliud quidquam ſibi poſcant. Ita Omnipotens rerum Conditor proſpexit ſapientiſſimè, ut creaturæ cuilibet viventi id abundè ſufficiat in victum, quod ſuâ ſingulis pro ſpecie datum eſt. Lit. A ventri incumbentem exhibet; in dorſum ſupinus jacet, qui lit. B indicatur; tertius ſub lit. C à latere conſpicuus occurrit; lit. D juniorem pingit.

Num. 7. *Lacerta, Tigrina, Ceilonica, caudâ bifidâ.*

Non ſingularis duntaxat eſt, quæ ſupra & ſubtus hîc conſpicitur, pictura Tigrina; ſed elegantiſſimè annulata & bifurcata quoque cauda, cujus extremum inferius tereti tuberculo obtuſum eſt, rari quid præ ſe fert. Maculæ Tigrinæ totam variegant, ne femoribus quidem, nec pedibus & unguibus exceptis: eminet tamen inter reliqua caput pulcherrimè ſquamatum. Corpus ſupernum, dilutè cæruleum, per tenues ſquamulas fuſcis diſtinguitur maculis: latera ſaturatè ſpadicea albæ ornant maculæ, ſtelliformes, & tænia ventrem à dorſo diſpeſcens.

Num. 8. *Bellis, Camphorifera, Africana, aquatica, flore albo.*

Caulis lignoſus, ultra pedem altus, longa & anguſta emittit folia, ſucculenta, craſſis coſtulis diſtincta: verſus ſui extremum dein abit in ramulos, quorum apicibus flores inſident, ſimplices, ex albo vividiſſimè reſplendentes, in medio ex aureis compoſiti floſculis, qui arctè collecti diſcum formant: à parte averſâ floris par numerus viridium ac alborum petalorum cernitur. *A. Muntingius, p. 390,* aliam ejus ſpeciem deſcribit flore pleno, foliis latis, ſpinoſis.

TABULA NONAGESIMA ET PRIMA.

Num. 1. *Lacertus, Americanus, ex Rio de Janeyro, inſignibus venuſtus; mas.*

Elegantiſſimum hocce Animalculum, miro picta artificio, quaſi inſignia in dorſo gerit ex ſaturatè ſpadiceo, rubro, luteo, & albo varia; dum ſquamas ipſas cutaneas, circulariter digeſtas, color ex ruffo luteus tingit. Utrinque ad latus dorſi minora conſpiciuntur inſignia, à capite ad caudam usque, pulchro ordine collocata. Caput, ex ruffo luteum, ſaturatè rubris maculis ſuffunditur. Venter & pedes dilutè flavi ſunt; cauda ex ruffo lutea ſaturate rubris, uti caput, maculis diſtincta eſt.

Num. 2.

N°. 6. *Poux marins, de la Groenlande.*

Ces Poux, repréſentés ici d'après nature, nous ont été envoyés de Groenlande parmi d'autres raretés. Ils ſont la nourriture que la Baleine recherche, & dont elle forme toute ſa graiſſe. Ils portent ſur le dos à la maniere des Cancres, des écailles ou des boucliers joints enſemble par articulations, pour pouvoir s'étendre & ſe ramaſſer en rond. Les articulations de ces boucliers ſont ſerrées les unes aux autres plus étroitement dans la partie anterieure près de la tête, que dans la partie poſterieure. Ces Animaux ont ſeize pieds, munis d'ongles pointus & recourbés. Leur tête eſt large, & couverte d'un bouclier. Leurs boucliers ſont minces comme ceux des Squilles, & pleins d'une graiſſe huileuſe. C'eſt une choſe ſurprenante, que les Baleines, Animaux d'une prodigieuſe groſſeur, vivent magnifiquement d'une ſi mince nourriture, & qu'ils n'en demandent point d'autre. Ainſi l'Etre tout-puiſſant a pourvu par ſa ſageſſe à ce que chaque créature eût abondamment pour ſa ſubſiſtance ce qui lui convient.

La lettre A, repréſente un de ces Poux placé ſur le ventre. La lettre B, en dénote un autre couché ſur le dos. La lettre C, en fait voir un troiſieme de côté. La lettre D, en dépeint un des jeunes.

N°. 7. *Lézard de Ceylan, tacheté comme le Tigre, & ayant la queuë fourchue.*

Ce Lézard n'eſt pas ſeulement remarquable par le tacheté de ſon corps qui eſt deſſus & deſſous moucheté comme celui du Tigre, mais encore par ſa magnifique queuë, formée par anneaux, & fourchuë au bout en deux fourchons, dont l'inferieur finit en un bouton rond & obtus, ce qui eſt quelque choſe de rare. Tout ſon corps, ſans en excepter les cuiſſes, les pieds, & les ongles, eſt tacheté comme le Tigre. Sa tête eſt principalement revêtue de magnifiques écailles. Le deſſus du corps eſt d'un bleu-pâle, parſemé de taches brunes ſur de petites & minces écailles. Les côtés ſont d'un chatain-foncé, marquetés de taches blanches & étoilées. Il regne auſſi ſur les côtés une longue bande qui ſépare le ventre du dos.

N°. 2. Bellis *d'Afrique, Aquatique, à fleur blanche.*

Elle pouſſe une tige ligneuſe à la hauteur de plus d'un pied, garnie de feuilles longues, étroites, pleines de ſuc, toutes nerveuſes. Cette tige ſe diviſe vers ſa ſommité en rameaux, au haut deſquels naiſſent des fleurs ſimples, d'un blanc-éclatant, compoſées au milieu de fleurons d'un jaune-doré, & diſpoſés en forme de Diſque. Le dos de chaque fleur eſt couvert d'un même nombre de petites feuilles vertes & blanches. Abr. Munting, à la pag. 390 de ſon *Hiſt. Plant.* a décrit une autre Eſpece de *Bellis* different de celle-ci.

PLANCHE QUATRE-VINT ET ONZIEME.

N°. 1. *Lézard d'Amerique, de Rio de Janeyro, Mâle, beau par les marques qu'il porte empreintes ſur ſon corps.*

Ce bel Animal eſt orné ſur le dos de marques aſſez ſemblables à des Armoiries, & merveilleuſement colorées de rouge, de jaune, de blanc, & de brun. Les écailles de ſa peau ſont rouſſes-jaunes, & diſpoſées en cercle. De chaque côté du dos, depuis la tête jusqu'a la queuë, ſont rangées avec ordre des marques pareilles à celles qui ſe voient empreintes ſur le dos, & ſeulement plus petites. Sa tête & la queuë ſont d'un roux-jaune, ombré de taches de couleur ponceau. Son ventre & ſes pieds ſont d'un jaune-pâle.

N°. 2. Femelle

Num. 2. *Lacerta, prioris fœmella.*

Hujusce ſquamæ haud minori certè picta arte oſtentant inſignia. Juxta dorſum & ventrem, à capite ad caudam usque, binæ hîc conſpiciuntur annulorum, ocellos quaſi referentium, ſeries. Capitis vertex ex ruffo luteus eximiis tegitur ſquamis coccineis. Venter, femora, & pedes antici, dilutiſſimè flavi ſunt coloris, oblongisque deſuper maculis nigricantibus variegantur. Poſtica crura ocellis quaſi annulata ſunt. Cauda pallidè rubellis annulis, quos lineæ albæ diſtinguunt, circulatas monſtrat ad finem usque ſquamulas ſuas, cæterum ex ruffo luteas.

Num. 3. *Lacerta, Braſilienſis, de Bahia,* Taraguira *incolis vocata.*

Singularis hanc elegantiæ pictura ornat; ſiquidem tota dorſi ſuperficies tæniolis ſit diſtincta, quarum, quæ medio loco eſt, lata & alba, axim miniatis conſperſam punctis oſtendit: reliquæ verò cærulei, flavi, & ſpadicei ſunt coloris. Latera tenues ſquamulæ, ex fuſco & albo variæ, maculis inſuper albicantibus, per ſeries ordinatas diſpoſitis, ornatæ, tegunt: hoc verò & apparatu poſtica gaudent femora. Venter & antici pedes, cum cervice, dilutè flavis ſquamis inveſtiuntur. Capitis vertex ſaturatè cæruleis inſignitur ſquamis majoribus, maculæque albicantes cervici imminent. Cauda annulata quoque cæruleſcit.

Num. 4. *Lacerta,* Tecunhana *dicta, Braſilienſis.*

Supinam corporis faciem à capite ad caudam usque multicolores ornant tæniæ, quarum media, ſupra dorſum decurrens, alba, fuſcis punctis notata eſt; cæteræ coloris cærulei ſunt maculisque nigricantibus, & flavis lineolis, diſtinctæ. Abdomen ex cæruleo & nigro variegatur. Caput dilutè cæruleum nigris maculis, at albicantibus femora, pedes & digiti, cæterum quoque dilutè cærulea, inſigniuntur. Cauda ſaturatè cæruleis annulis ambitur.

Num. 5. *Serpens, Braſilienſis,* Laphiati *dicta, elegantiſſimè picta.*

E portu Gaditano transmiſſam accepimus. Squamæ ejus admodum tenues ſunt, ruffulæ, lemniſcisque, ex cinereo dilutè flavis, cruciatis, & rhomboideis, per totam corporis ſupernam partem variegatæ. Caput ſingulari quoque picturæ artificio pollet. Squamæ ventris transverſales dilutè lutei ſunt coloris.

TABULA NONAGESIMA ET SECUNDA.

Num. 1. *Lacerta, Braſilienſis,* Tejuguacu *dicta.*

Eximio colorum apparatu inſtructa hæcce lacerta, à capite ad caudæ usque, quæ longa & tenuis eſt, finem, ex cinereo dilutè luteis, aliisque dilutè fuſcis, latioribus, faſciis, transverſim poſitis, ambitur. Extuberans caput dilutè flavum maculis aliquot ſpadiceis diſtinctum eſt. Oculi lucidi ſunt, auresque rubellæ magis introrſum collocantur. Propè dorſum binæ albicantes lineæ, pectinatæ, ad trunci usque medium

N°. 2. *Femelle du Lézard précedent.*

Les écailles de cette Femelle de Lézard ne ſont pas marquées avec moins d'art que celles de ſon Mâle. Tout le long du dos & du ventre, depuis la tête jusques à la queuë, regnent deux rangs d'anneaux, reſſemblant aſſez à de petits yeux. Le ſommet de la tête eſt d'un roux-jaune, & couvert de belles écailles rouges comme l'écarlate. Le ventre, les cuiſſes, & les pieds de devant ſont d'un jaune très-pâle, moucheté de taches oblongues, noirâtres. Les jambes de derriere ſont couvertes d'anneaux figurés à peu près comme des yeux. Toute ſa queuë eſt garnie de petites écailles rouſſes-jaunes, cerclées d'anneaux qui tirent ſur un rouge fort pâle, & qui ſont barrés de rayes blanches.

N°. 3. *Lézard du Breſil, de Bahia, nommé* Taraguira *par les habitans.*

Il eſt d'une beauté ſinguliere. Car tout le deſſus de ſon dos eſt couvert de longues bandes étroites, dont celle du milieu eſt la plus large, de couleur blanche, jaſpée dans le milieu de petits points d'un rouge vermeil; les autres bandes ſont jaunes, bleues, & chatain. Les côtés ſont revêtus de petites écailles, minces, brunes & blanches, marquetées par deſſus de taches blanchâtres qui ſont rangées transverſalement avec ſimetrie. Il en eſt de même des jambes de derriere. Le ventre, les pattes de devant, & le cou, ſont couverts d'écailles d'un jaune-pâle. Le ſommet de la tête eſt orné de grandes écailles d'un bleu-turquin. Le haut du cou eſt moucheté de taches blanchâtres. La queuë tire ſur le bleu, & eſt formée par anneaux.

N°. 4. *Lézard du Breſil, qu'on nomme* Tecunhana.

Le deſſus de ſon corps, de la tête à la queuë, eſt orné de bandes de pluſieurs couleurs, dont celle du milieu qui découvrt ſur le dos eſt blanche, toute picotée de points bruns; les autres bandes ſont bleues, mouchetées de taches noirâtres, & barrées de rayes jaunes. Le bas-ventre eſt mêlangé de bleu & de noir. La tête eſt d'un bleu-clair, & eſt marquetée de taches noires. Les cuiſſes, les pieds & les doigts des pieds, ſont auſſi d'un bleu-pâle, mais parſemé de taches blanchâtres. La queuë eſt cerclée d'anneaux d'un bleu-foncé.

N°. 5. *Serpent du Breſil, qu'on appelle* Laphiati, *extrêmement beau.*

Nous l'avons reçu de la Baye de Cadiz. Ses écailles ſont très-minces, rouſſâtres, ornées & variées ſur tout le deſſus du corps de rubans cendrés-jaunâtres, mis en croix, & de figure rhomboïde. Sa tête eſt peinte avec un artifice ſingulier. Les écailles transverſales de ſon ventre paroiſſent d'un jaune pâle.

PLANCHE QUATRE-VINT ET DOUZIEME.

N°. 1. *Lézard du Breſil, nommé* Tejuguacu.

Ce Lézard eſt nuancé de belles couleurs. Son corps depuis la tête jusqu'à l'extrêmité de la queuë qu'il a longue & déliée, eſt environné de bandes de differente largeur, placées en travers, les unes cendrées jauniſſantes, les autres d'un brun clair. Sa tête eſt groſſe, jaune-pâle, parſemée de quelques taches bai-rouges. Ses yeux ſont brillans; ſes oreilles tirant ſur l'incarnat, ſont plus enfoncées dans la tête. Près du dos jusqu au milieu du corps, découvrent deux rayes blanchâtres, & dentées comme un peigne. Sur


TAB. XCII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.








TAB. XCIII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.



medium deferuntur: juxta ventrem verò aliæ binæ decurrunt tæniæ, longiores quidem, & latiores, albæ, à capite usque in caudam protensæ; singulare in ornamentum Animalculi. Femora, pedesque ex cinereo flavescunt, pedumque digitos maculæ albæ variant.

Num. 2. *Lacerta, Orientalis, stellata.*

Bataviâ unà cum aliis nobis missa colore Æris fusco pictum exhibet corpus omne superius. Caput grande dilutioris coloris squamæ uniformes tegunt. Ita & femora, pedesque, comparata sunt. At corpus omne reliquum, caudamque, tenuissimæ vestiunt squamulæ. Oculi ampli sunt, auriumque hiatus rubent. A capite ad caudæ usque apicem pecten porrigitur, dilutè flavus, qui circa scapulas, & caudæ extremum præcipuè majoribus dentibus horret. Juxta dorsum & ventris latera tres sese offerunt albicantium stellularum series, quæ & per totam caudam exspatiantur. Digiti pedum maculis albicantibus notatos gerunt articulos.

Num. 3. *Lacerta peregrina, Brasiliensis, caudâ bifurcatâ.*

Caput & os, admodum gracilia, tenuissimis squamulis, in circulos digestis, obteguntur. Corporis supernam faciem universam similes quoque vestiunt squamulæ, quarum colorem, ex cinereo dilutè flavum, nigræ albæque maculæ, ordine dispositæ, exornant. Utrinque juxta dorsum binæ albicantes tæniæ à capite ad caudæ usque initium protenduntur. Cauda, bifida, ex fusco Ærei est coloris, albisque & nigricantibus maculis tota conspersa. Femora pedesque eadem ratione sese habent.

Num. 4. *Lacerta, Africana, Guineensis.*

Cæruleus color totum corporis truncum, à capite ad caudam usque, tingit, plurimis variegatus, supra dorsum præcipuè, lemniscis albicantibus. Caput gracile insignes squamæ obtegunt. Cervix, femora, pedes, & venter rhomboideis squamis vestiuntur. Cauda exilibus annulis, marmoris in modum variegatis, cincta est.

Num. 5. *Lacerta, Americana, venustissima.*

Ex luteo viridis hæc Lacerta supernum corpus omne, à capite usque ad caudæ extremum, versicoloribus tæniis, picturâ textili quasi exaratis, conspicuum exhibet. Capitis squamæ majores, colore dilutè glauco suffusæ, marmoris in modum, variegantur. Maxilla inferior, venter, femora, & pedes, æqualibus vestiuntur squamis, dilutè glaucis.

TABULA NONAGESIMA ET TERTIA.

Num. 1. *Lacerta, Arabica, versicolor,* Galeotes *dicta.*

Corporis pars superior elegantissimè ex ruffo & saturatè luteo variegatur. Ventris color cinereo-flavus est. Caput planum dilutè luteis squamulis, æqualibus, tegitur. Supra dorsum à cervice ad caudæ usque

Sur le ventre depuis la tête jusques à la queuë, regnent encore deux autres bandes, blanches, plus longues & plus larges que les premieres; ce qui donne un ornement singulier à cet Animal. Ses cuisses & ses pieds sont d'un cendré-jaunâtre. Les doigts des pieds sont marqués de taches blanches.

N°. 2. *Lézard Oriental, Etoilé.*

Nous l'avons reçu de Batavia, entre autres curiosités. Il a le dessus du corps de la couleur de cuivre bruni; sa tête est grande & grosse, d'une couleur plus claire, & couverte d'écailles uniformes. J'en dis de même des cuisses & des pattes. Mais de petites écailles très-minces garnissent tout le reste du corps, & la queuë. Les yeux de ce Lézard sont grands, & l'ouverture de ses oreilles d'un rouge-pâle. Depuis la tête jusqu'à l'extrêmité de la queuë s'étend sur le dessus du corps comme un peigne d'un jaune-pâle, denté de grandes dents, principalement sur les épaules, & sur le bout de la queuë. Le long du dos vers les côtés du ventre, se présentent trois rangs de taches blanchâtres, radiées; ces mêmes taches regnent aussi sur la queuë. Les articulations des doigts des pieds sont marquetées de taches blanchâtres.

N°. 3. *Lézard du Bresil, à queuë fourchuë.*

Il a la gueule & la tête menues, garnies de petites écailles fort minces, rangées en cercles. Le dessus de son corps est entierement couvert de semblables écailles, cendrées-jaunâtres, embellies de taches blanches & noires, placées avec simetrie. Deux bandes blanchâtres décourent de chaque côté, le long du dos, depuis la tête jusqu'au commencement de la queuë, qui est de couleur d'airain-bronzé, toute parsemée de taches noirâtres & blanches, & se fourchant en deux. Les cuisses & les pattes sont marquetées de même que la queuë.

N°. 4. *Lézard d'Afrique, de Guinée.*

Tout le tronc de son corps depuis la tête jusqu'à la queuë est coloré de bleu, & est orné principalement sur le dos de plusieurs longues bandes ou rubans blanchâtres. Sa tête assez petite, est couverte de grandes écailles; mais le cou, le ventre, les cuisses, & les pieds sont garnis de plus petites écailles, & d'une figure rhomboïde. La queuë est cerclée d'anneaux minces, & jaspés comme le marbre.

N°. 5. *Lézard d'Amerique, d'une grande beauté.*

Ce Lézard a tout le dessus du corps, depuis la tête jusqu'à la pointe de la queuë, d'un jaune verdâtre, couvert de bandes de diverses couleurs, & qui ressemblent à une tapisserie faite au métier. Les plus grandes écailles de la tête sont d'un verd-clair, & sont outre cela marbrées. La mâchoire de dessous, le ventre, les cuisses, & les pieds sont revêtus d'écailles uniformes, qui tirent sur un verd de mer pâle.

PLANCHE QUATRE-VINT ET TREIZIEME.

N°. 1. *Lézard d'Arabie, de diverses couleurs, nommé* Galeotes.

Le dessus de son corps est varié magnifiquement de roux & de jaune-foncé. La couleur du ventre est cendrée-jaune. La tête platte, est couverte de petites écailles d'un jaune-clair, & d'une égale grandeur. Le long du dos depuis le chignon du cou jusqu'à

usque finem erectus riget pecten, dilutè flavus. *Galeotes* autem vocatur, quia per domos & tecta ædium, uti Feles, divagatur: neque tamen ulli nocet; sed Araneis Muribusque pro victu suo inhiat.

Num. 2. *Lacerta, Ceilonica, lemniscata, & pectinata, cærulea,* Kolotes, & Askalabotes *Græcis dicta; aliis* Ophiomachus *seu* Pugnatrix cærulea.

Supra dilutè cæruleus regnat color, tæniis albis interstinctus. A capite ad caudam usque è dorso eminet pecten albicans, latiusculus, ad caudæ initium postica inter femora desinens, ortum verò ducens ex alio pectine transversali, caput, ad rictum ferè oris usque, coronante. Capitis superiora, crura & pedes, squamulæ tenues, dilutè cærulescentes, investiunt.

Num. 3. *Salamandra, Lacertæ æmula, Americana, caudâ crassâ, nodosâ.*

Capite & pedibus Lacertam refert. Corporis grossi superficies superior omnis fusco-cinereis tegitur squamis uniformibus, quarum singulas, tam in capite, quam caudâ & pedibus, costula fusca distinguit. Oris rictus ex flavo fimbriatus est. Similis & fimbria auriculas succingit, aculeatis desuper pilis obsitas. Tuber, quo cauda terminatur, coloris est saturatè spadicei, & è compactis quasi pilis conflatum. Ex oris Americanis, rarissimè tamen, hæc transfertur species, crassaque Salamandrarum linguâ pollet; unde Lacertas inter & Salamandras ambigit.

Num. 4. *Lacertus Ophiomachus, pectinatus, & aculeatus; species Draconis, Brasiliensis.*

Caput breve, crassum, saturatè spadiceum, latè divergentibus maxillis tumidum, crista gaudet transversim positâ, crispatâ. Supra cervicem, dorsum, & caudam, longæ eminent pinnæ aculeatæ, Serpentum dentibus quasi similes, quæ caudam tenuem & longissimam, supra infraque, serratim, veluti totidem aculei, muniunt. Similes verò & ventrem totum, & femora, pedesque, obsident. Squamæ suprà ruffulæ, subtus fusco flavæ, ad latera verò & in caudâ Draconinâ, femoribusque & pedibus, dilutius flavæ sunt. *Ophiomachus* autem appellatur, quum grandioribus etiam Serpentibus sese opponere audeat, aculeatis suis spinis confisus.

Num. 5. *Clematis Americana, flore Jasmini cæruleo, Piri foliis.*

Planta hæc, sub nomine *Clematidis majoris* Surinamo nobis missa, videtur esse *Bignonia, Americana,* foliis longioribus, binis conjugatis; corniculis gemellis, deorsum recurvatis, ad foliorum alas appositis. Ungues ferè avium repræsentant hæc cornicula, quibus vegetabile hoc sese aliis adfigit.

Num. 6. *Clematidis, Americanæ, alia species, trifolia, foliis longioribus.*

Gracilibus hæc cauliculis assurgens circum arbores sese contorquet, longa & angusta emittens folia, è singulis pediculis ferè terna, conjugata. De usu ejus nihil mihi rescriptum est.

TABULA

qu'à l'extrêmité de la queuë, regne un peigne roide, dressé, d'un jaune-pâle. On appelle ce Lézard *Galeotes*, parce qu'il court comme les Chats dans les maisons & sur les toits; mais il ne fait du mal à personne, & ne se nourrit que d'Araignées, & de Rats.

N°. 2. *Lézard de Ceylan, bleu, portant un double peigne, & ceint de bandes par tout le corps. Les Grecs l'apellent* Kolotes, & Askalabotes.

Le dessus de son corps, entrecoupé de bandes ou de ceintures blanches, est d'un bleu-mourant. Un peigne blanchâtre denté de larges & longues dents regne sur le dos, depuis la tête jusqu'au commencement de la queuë, où il finit entre les cuisses de derriere. Il nait d'un autre peigne situé en travers autour de la tête, & décourant presque jusqu'à la fente de la gueule. Le haut de la tête, les jambes, & les pieds, sont couverts de petites écailles, minces, & bleuâtres.

N°. 3. *Salamandre d'Amerique, ressemblant au Lézard, ayant la queuë grosse, & terminée par un nœud.*

Elle ressemble par la tête & par les pieds à un Lézard. Son corps est gros, revêtu par dessus d'écailles uniformes, cendréesbrunes; chacune de ses écailles, tant celles de la tête que celles de la queuë & des pieds, a une côte qui est aussi de couleur brune. L'ouverture de la gueule est bordée de jaune; les oreilles sont couvertes de poils piquans, & ont une bordure semblable. Le nœud ou le gros tubercule qui termine la queuë, est d'un bairouge obscur, & paroit formé comme d'un peloton de poils. On transporte d'Amerique ici, mais cependant très-rarement, cette espece d'Animal, qui tient le milieu entre le Lézard & la Salamandre. Il a la langue grosse comme la Salamandre.

N°. 4. *Lézard qui se bat contre les Serpens, armé de pointes dentées sur le dos, & d'aiguillons par tout le reste du corps, Espece de Dragon, du Bresil.*

Sa tête est courte, grosse, d'un bai-rouge foncé, hupée d'une crête frisée, placée en travers. Sa gueule est large & très-fendue. Il a le dessus du cou, le dos, & le haut de la queuë armés de grandes dents, fort pointues, assez approchantes des dents de Serpens. Sa queuë très-longue & menue, est toute hérissée tant dessus que dessous de pointes comme d'autant d'aiguillons, rangés en façon de dents de scie; tout le ventre, les cuisses, & les pattes, sont aussi munies de pareils piquans. Ses écailles sont roussâtres dessus le corps, & dessous le ventre d'un brun-jaune; mais elles sont d'un jaune plus pâle sur les côtés, sur la queuë semblable à celle du Dragon, sur les cuisses, & sur les pattes. Les Latins nomment ce Lézard *Ophiomachus*, comme qui diroit, Lézard qui se bat contre les Serpens, parce que se sentant armé de toutes parts d'aiguillons piquans, il ose même s'attaquer aux plus grands Serpens.

N°. 5. *La Plante nommée Clematis, d'Amerique, à fleur bleuë de Jasmin, & à feuille de Poirier.*

Cette Plante nous a été envoyée de Surinam sous le nom de *Clematis Major*. Il semble que c'est la même que les Botanistes apellent *Bignonia Americana, foliis longioribus, binis conjugatis, corniculis gemellis deorsum incurvatis, ad foliorum alas appositis.* Les cornichons qu'elle pousse, & par lesquels elle s'attache & se cramponne pour ainsi dire aux autres Plantes, ne ressemblent pas mal aux ongles des Oiseaux.

N°. 6. *Autre Espece de Clematis, d'Amerique, à feuilles plus longues, attachées trois à trois à une queuë.*

Elle pousse à une assez grande hauteur des tiges fort déliées, & s'entortille autour des arbres. Ses feuilles sont longues, étroites, & attachées pour l'ordinaire trois à trois à une même queuë. On ne m'a rien écrit touchant son usage.

PLAN-






Fig. 1.
Fig. 4.
Fig. 8.
Fig. 7.
Fig. 9.
Fig. 5.
A
B
C
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 6.



TABULA NONAGESIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Lacerta, Amboinensis, elegantissima; fœmina.*

Mirus hîc cernitur versicoloris picturæ & macularum apparatus; siquidem tota corporis superficies squamulis tenuibus, ex albo, nigro, & ruffo, variegatis, investiatur. Profectò, etsi dexterrimus Chalcographus, hanc qui confecit Tabulam, uni huic Lacertæ ad vivum delineandæ, quidquid in arte erat, impendisset, naturam tamen omni hac operâ suâ ne è longinquo quidem assequi hîc potuit. Utinam vel vivens, vel mortua unicuique ob oculos poneretur hæc Lacerta! ut incomparabilem intuendo picturam, à Naturâ hîc in squamulis adornatam, omnipotentis simul & sapientissimi Conditoris admiranda opera vel contemptissimo hoc in Animalculo paterent. Interim & hæc ejus icon, curiosorum conspectui exposita, sat exhibebit argumenti, Deum rarissimo hoc in Animante extollendi, adorandi. Attentos qui huc oculos defixerit, capitis anticam partem summâ arte, & subtilitate inimitabili, marmoris in modum, variegatam deprehendet; omnesque partes reliquas elegantia picturæ quasi inter se certare. Et tamen vel isthæc etiam Animalia aliis in escam & pabulum cedunt. Veneno, & malignâ carent indole, nunquam lædentia hominem. Quin contra meticulosa sunt, nec morsu impetunt contrectantem. Fœmella hæc esse dicitur; quum caudam sursum supinatam gerat, prout iam alibi commemoravimus.

Num. 2. *Lacerta Amboinensis, elegantissima; mas prioris.*

Albicantes maculæ hîc paulò minores, ocellorum aut flosculorum æmulæ, suis in interstitiis albicantia puncta, totidem quasi margaritas densè accumulatas, exhibent. Nigredo Coracina, candori nitidissimo intermista, omnem hic facit varietatem. Nobilis autem iste habitus ad digitorum usque apices, & longæ caudæ finem, sese diffundit. Lingua longa, qualis Serpentum, bifida est, sed paulò latior.

Num. 3. *Lacerta, Amboinensis, altera; fœmina.*

Hæc prægressas vel superasset etiam venustate, si, quidquid pulchri habet, ab Artifice repræsentari exactè & stylo exprimi potuisset. Præter enim series illas ocellorum, transversim supra dorsum decurrentes, omnem ejus superficiem infinitis quasi consitam diceres margaritis, dum puncta nigricantia, è fuscis squamulis prominula, ordinatim undique depicta, totidem margaritas referunt. Neque certè, quod hîc occurrit, artificium verbis describi potest. Ventris squamas, nivei candoris margaritis conspicuas, dilutè spadiceæ tæniæ, supini corporis apparatui innexæ, condecorant. Cauda ex albo annulata est.

Num. 4. *Lacerta, Ceilonica, cristata, & pectinata.*

Erectæ pectinis squamæ ad caudam usque protenduntur. Caput mitra tegit extuberans, dentata, qualis Chamæleontum. Rictum squamæ latiusculæ omni in ambitu fimbriant. Dilutè fuscas cutis squamas saturatè spadiceæ maculæ, Tigrino more, variegant. Femora longa & gracilia, pedes, caudamque, squamæ

PLANCHE QUATRE-VINT ET QUATORZIEME.

N°. 1. *Lézard d'Amboine, magnifique, Femelle.*

On aperçoit un merveilleux assemblage de taches, & de diverses couleurs dans ce Lézard, car tout son corps est couvert de petites écailles, minces, variées de blanc, de noir, & de roux. Certainement, quoique ce soit un très-habile Graveur qui ait fait cette Planche, & qu'il ait employé tout son art pour bien dépeindre ce Lézard d'après nature, il est cependant resté fort au dessous de l'original. Je souhaiterois que tout le monde eût occasion de voir ce Lézard mort ou vif, pour contempler la beauté incomparable des couleurs dont ses écailles sont ornées, & admirer dans un Animal si méprisé les beaux ouvrages du Créateur. En attendant, je m'assure que la Figure qu'on en donne ici, exposée à la vuë des Curieux, suffira même pour élever leurs cœurs au souverain Etre qui a créé ce rare Animal. Quiconque l'examinera attentivement, trouvera que le devant de sa tête est marbré avec une finesse & un art inimitable, & que toutes les autres parties du corps semblent disputer entre elles de la préference pour la beauté des couleurs: Et néanmoins ces mêmes Lézards deviennent la pâture d'autres bêtes. Ils ne sont ni venimeux, ni méchans, & ne blessent jamais l'homme; au contraire ils sont craintifs, & ne mordent point ceux qui les manient. L'on dit que ce Lézard-ci est une Femelle, parce que sa queuë est recourbée par dessus.

N°. 2. *Lézard d'Amboine, magnifique, Mâle du précedent.*

Il est moucheté de taches blanchâtres, un peu plus petites que celles de la Femelle, assez semblables à de petits yeux ou de petites fleurs, & accompagnées dans les entredeux de petits points blanchâtres, serrés & pressés, qu'on prendroit pour autant de perles. Un noir de Corbeau, entrecoupé d'un blanc-éclatant, fait tout le mêlange de ses couleurs, & ce beau mêlange regne jusqu'au bout de sa longue queuë, & jusqu'à la pointe des doigts de ses pieds. Sa langue est longue, fourchuë comme celle des Serpens, mais un peu plus large.

N°. 3. *Autre Lézard d'Amboine, Femelle.*

Je crois que ce Lézard surpasseroit même en beauté les précedens, si l'Ouvrier avoit pu représenter ici avec exactitude tout ce que cet Animal a de beau. En effet, outre ces rangs de petits yeux marqués en travers sur le dos, vous diriez que tout son corps n'est qu'un tissu de perles, car ces points noirâtres, qui sont relevés sur de petites écailles brunes, & rangés d'ailleurs régulierement, semblent être autant de perles. Réellement, on ne sauroit bien décrire tout ce merveilleux artifice. Les écailles du ventre sont mouchetées de perles d'un blanc de neige, & ornées de bandes d'un chatain-clair, qui s'étendent sur le dessus du corps. Sa queuë est cerclée d'anneaux blancs.

N°. 4. *Lézard de Ceylan, portant une Crête, & une dentelure de Peigne sur le dos.*

Les écailles dressées qui forment ce peigne, s'étendent jusques à la queuë. Il porte sur la tête une crête ou une mitre relevée, & dentelée, semblable à celle des Caméléons. Sa gueule est toute bordée d'écailles assez larges. Sa peau est couverte d'écailles d'un brun-clair, marquetées à la maniere du Tigre de taches d'un bai-rouge foncé. Ses jambes longues & deliées, ses pieds, & sa queuë,

ſquamæ veſtiunt majores, dilutè ſpadiceæ. Oculi inſignes in ambitu dilutè flaveſcunt; ejusdemque & coloris eſt cum pectine criſta.

Num. 5. *Lacerta, Ceilonica, hiante ore, ſupina.*

Ita ventrem ejus conſpiciendum præbemus albicantem, oblongis valdè ſquamis veſtitum, mediâ quaſi ſuturâ connexum. Hiante in ore lingua hæret profundè bifida, & Trachea ſupra hanc conſpicua, lit. A notata: quibus cum Serpentum familia conveniunt Lacertæ. Lit. B linguam, C auriculam indigitat. Maxilla inferior plurimis ſcatet dentibus acutis: his verò caret ſuperior; quanquam haud paucæ Lacertarum utrâque in maxillâ dentes gerant, nonnullis ſaltem exceptis, prout hîc videre eſt. Quin dantur, nullo quæ dente acuto gaudent, ſed tantum molaribus dictis, anteriore interim maxillarum margine tam durâ & acuminatâ, ut hâc ſolâ morſus peragi queat. Os Lacertarum nonnullarum ad auriculas usque fiſſum eſt: unde haud difficulter Ranas integras, aliaque Animalcula, uti Mures, Glires, quibus inhiant, deglutire queunt. Venter, ad caudæ initium terminatus, foramine ibi patet, fœcibus excernendis dicato, & membra genitalia ibidem exhibet. Superna hujus facies coloris eſt dilutè ſpadicei, eodem ſaturatiore variegati.

Num. 6. *Lacertæ, Americanæ, Sceleton.*

Cranium in plurima ſegmenta, tanquam ſquamas, diviſum eſt. Dentes hic utriusque maxillæ conſpiciuntur. Surinamo nobis transmiſſum eſt hoc Animalculum, ſpiritu non conditum, hinc dimidiâ ferè carnis parte nudatum. Quocircà conſtituimus, illud indigenis noſtris minutis quaſi proſectoribus depaſcendum exhibere, nitidumque inde & album Sceleton formare.

Num. 7. *Serpens, Ceilonica, elegantiſſima.*

Oculi ejus emiſſis veluti ſcintillis fulgurant. Squamæ ſuperni corporis nigerrimæ, ſplendidæ, in dorſo maculis albicantibus, tanquam Roſæ floribus, dein & aliis cruciformibus, quæ quinis è maculis oblongis compoſitæ floſculos æmulantur tetrapetalos, ornantur. Juxta ventris verò longitudinem longiuſculæ, albicantes, lineolæ per ſeries digeſtæ ſunt. Caput luteis ſuperbit lineis transverſalibus, minutisque punctis flavis. Squamæ ventris transverſales dilutè flavent & vireſcunt.

Num. 8. *Serpens, Ceilonica, minor, amœna.*

Elegans & hîc pictura obtinet; dum latæ maculæ, albicantes & rubræ, ſcutiformes, dorſum, aliæ vero ſaturatè flavæ latera & ventrem, ſimilesque ſcutatæ caput exornant.

Num. 9. *Ovum Serpentis Ceilonicæ, cum pullo.*

Ellipticum hocce ovum, tenaci craſſaque tunicâ ejus diſciſſâ, adapertum nobis exhibuit pullum Serpentinum, qui arctè admodum conglomeratus, capitulo in medio poſito, jacebat. In lucem ergo prorupturus tenacem hanc membranam perterebret, neceſſe eſt, quemadmodum teſtam ovi pullus gallinaceus.

TABULA

queuë, ſont garnis d'écailles plus grandes, & d'un bai-rouge clair. Ses yeux ſont grands, & jaunâtres dans leur contour, ce qui eſt auſſi la couleur de la crête & du peigne.

N°. 5. *Lézard de Ceylan, la gueule béante, couché ſur le dos.*

Cette poſture nous découvre ſon ventre blanchâtre, revêtu d'écailles fort oblongues, & joint au milieu comme par une ſuture. Au fond de la gueule eſt attachée profondément la baſe de ſa langue, qui eſt fourchuë à la pointe. L'on voit par deſſus la Trachée-Artere, que déſigne la lettre A; la poſition de ces parties eſt la même dans les Lézards que dans les Serpens. La lettre B, indique la langue, & la lettre C, marque l'oreille. La mâchoire inferieure eſt garnie de pluſieurs dents pointues, mais la mâchoire ſuperieure n'en a point. Ce n'eſt pas qu'il n'y ait quantité de Lézards qui ont des dents aux deux mâchoires; quelques-uns comme celui-ci n'en ont qu'à une ſeule mâchoire. Il y en a d'autres qui n'ont aucune dent inciſive, mais ſeulement les molaires, & ces ſortes de Lézards ont le devant des mâchoires ſi dur & ſi pointu, qu'il ſupplée aux dents pour mordre. La gueule de quelques Lézards eſt fendue jusqu'aux oreilles, de ſorte qu'ils peuvent ſans peine avaler des Grenouilles entieres, & même d'autres Animaux, comme des Rats, & des Loirs, auxquels ils font la guerre. Le ventre découvre les parties de la génération. On voit à l'endroit où il finit, ſavoir au commencement de la queuë, une ouverture deſtinée à évacuer les excrémens. Le deſſus du corps eſt d'un chatain-clair, par-ci par-là plus foncé.

N°. 6. *Squelete d'un Lézard d'Amerique.*

Le crane ſe diviſe en pluſieurs ſections, comme en autant d'écailles. Les deux mâchoires ſont garnies de dents. On nous a envoyé ce Lézard de Surinam; mais comme il n'a point été conſervé dans quelque esprit, il nous eſt parvenu ayant la moitié du corps décharné; c'eſt pourquoi nous l'avons donné à diſſequer pour en former un ſquelete propre, & blanc.

N°. 7. *Serpent de Ceylan, très-beau.*

Ses yeux ſont brillans & étincelans. Les écailles du deſſus du corps ſont très noires, luiſantes, marquetées ſur le dos de taches blanchâtres, comme d'autant de fleurs de Roſe, & de plus mouchetées d'autres taches miſes en croix; chacune de ces dernieres taches eſt compoſée de cinq taches oblongues, & ne reſſemble pas mal à une fleur à quatre feuilles. Sur toute la longueur du ventre décourent des rayes aſſez longues, blanchâtres, rangées avec ordre. Sa tête eſt barrée de rayes jaunes, placées en travers, & picotée de petits points jaunes. Les écailles transverſales du ventre ſont vertes & jaunâtres.

N°. 8. *Serpent de Ceylan, petit, & joli.*

Il a la peau joliment marquetée. Le dos eſt marbré de taches larges, rouges & blanchâtres, relevées en forme de bouclier. Le ventre & les côtés ſont marqués de taches d'un jaune-foncé: celles qui ornent la tête ſont de la même couleur, mais formées en boſſe.

N°. 9. *Oeuf d'un Serpent de Ceylan, avec le Petit inclus.*

Cet œuf eſt de figure elliptique; après l'avoir ouvert, en ſéparant une tunique dure & épaiſſe, nous y avons trouvé le Petit d'un Serpent, ramaſſé en un peloton, au centre duquel étoit ſa tête: il faut donc que pour éclorre, il perce cette membrane tenace, comme un Poulet rompt la coque de l'œuf où il eſt renfermé.

PLAN-






TAB. XCV.
Fig. 1.
Fig. 3.
Fig. 5.
Fig. 2.
Fig. 4.



TABULA NONAGESIMA ET QUINTA.

Num. 1. *Lacertus, Americanus, pectinatus, & strumosus; seu Leguana.*

Sub nomine *Leguanæ*, seu *Iguanæ strumosæ*, missum nobis est ex America hoc Animal, quod quidem singularis est elegantiæ, dentato pectine à cervice ad caudæ usque apicem per totum dorsum protenso, venustum. E dorso quæ eminet pectinis pars, dentibus est longissimis, hique sensim supra caudam admodum longam diminuuntur, donec hujus prope extremum prorsus evanescant. Propendens de maxilla inferiore Struma pro parte etiam dentata est; pro parte reliqua, uti & caput, dentibus caret. Caput verò supernè squamis dilutè griseis tegitur: similesque & maxillam inferiorem vestiunt, insignibus tamen aliquot maculis albicantibus distinctæ, & pelle albâ, crassâ, extuberante, qualis ad collum Gallinarum Indicarum conspicitur. Aures eadem quoque pelle ambiuntur. Os durum, osseum, minutis scatet, acuminatis, dentibus. Superior oris pars curta, in acumen convergens, ossis frustum refert. Lingua, lata, bifurcata est. Oculi grandes, venusti, rubicundo circumdantur annulo. Struma verò, sacci instar pendula, extremo acuminata, squamulis tenuissimis, dilutè cæruleis & flavescentibus, ex obscurè spadiceo obumbratis, marmorisque in modum variegatis, vestitur. Supina corporis eximii pars, ex nigro-fusco squamata, albis & nigricantibus maculis, partim rotundis, partim oblongis, sibi mutuo quasi intertextis, variegatur. Cervicis squamæ, magis protuberantes, tenuibus spinulis horrent. Dorsi, caudæ, strumæque, pecten coloris est dilutè cærulei. Femora, pedes, & digiti, subfuscis squamis, dilutè cæruleum tonum emittentibus, splendent. Nates, uti dorsum, maculatæ sunt & variegatæ. Ventrem cinereo-luteæ, & hujus latera dilutè cæruleæ tegunt squamæ. Cauda longa amplis areis variegata est. Non Æthiopes soli hisce vescuntur Leguanis, uti nos Gallinaceo genere; sed vel Christiani illarum regionum incolæ illas in deliciis habent, unoque omnes ore confitentur, carnes earum sapore proximè accedere ad carnem Gallinarum. Orientales Leguanæ Americanas magnitudine multum superant, ut secuturæ docebunt Tabulæ.

Num. 2. *Lacerta, seu Leguana, Surinamensis, pectinata, & strumosa, cærulea; fœmina.*

Formâ & picturâ priori convenit, eò saltem cum discrimine, quod pecten hîc suprà caudam in minutos abeat denticulos, & struma pendula binis suis angulis saccum referat complicatum, & in se reflexum. Dorsum & ventris latera ex Cyaneo & subfusco varia sunt. Collum nigricantibus punctis conspersum est. Quâ costæ subtùs tendunt, color dilutior regnat. Squamæ omnia tenuissimæ vestiunt. Cauda, longa, in acumen convergens, dilutè cærulea, squamis majoribus tegitur. Femora quoque, crura, pedesque, coloris sunt dilutè cærulescentis; horumque digiti, spadicei, acutis, incurvisque unguibus muniuntur. Ventrem squamæ obducunt dilutè cæruleæ.

Num. 3. *Lacertus, Ceilonicus, Amphibius, seu Leguana,* Soa Ajer *dicta; mas.*

Singalenses *Soa Ajer* suo idiomate appellant Animalia hæc, quæ vox Leguanam Aquaticam designat; siquidem

PLANCHE QUATRE-VINT ET QUINZIEME

N°. 1. *Lézard d'Amerique, gouétreux, & portant comme une denture de peigne sur le dessus du corps. On l'appelle* Leguana.

On nous a envoyé d'Amerique cet Animal sous le nom de *Leguana* ou *Iguana*. Il est d'une beauté toute singuliere, & en particulier magnifique par cette dentelure en forme de dents de scie, qui regne sur tout le dos depuis le chignon du cou jusqu'au bout de la queuë. Cette partie de la denture du peigne qui s'éleve de dessus le dos, est formée de très-longues dents, qui vont insensiblement en diminuant, jusqu'à ce qu'enfin elles disparoissent entierement vers l'extremité de la queuë; elle est, cette queuë, d'une extrême longueur. Le gouétre qui pend de la mâchoire inferieure, est en partie denté, & en partie édenté. La tête n'a aucunes dents, mais elle est couverte par dessus d'écailles d'un gris-clair. De pareilles écailles, marquetées de quelques grandes taches blanchâtres, garnissent la mâchoire inferieure, dessous laquelle pend une peau blanche, épaisse, semblable à celle qu'on remarque sous le cou des Poules-d'Inde. Cette même sorte de peau entoure les oreilles. Sa gueule osseuse est garnie de petites dents tranchantes. Le dessus de la gueule est court, pointu, & ressemble à un morceau d'os. Sa langue est large, & fourchue; ses yeux grands, beaux, bordés d'un cercle rouge. Son gouétre pointu, pendant en façon de sac, est couvert de petites écailles, fort minces, bleuës-pâle, & jaunâtres, ombrées ou marbrées d'un bai-rouge obscur. Le dessus du corps est couvert d'écailles brunes-noires, mouchetées de taches blanches & noirâtres, les unes rondes, les autres oblongues, & comme entrelassées ensemble. Les écailles du cou sont plus relevées, & paroissent hérissées de petites épines. La denture du dos, de la queuë, & du gouétre, est d'un bleu-pâle. Les fesses sont tachetées comme le dos. Le ventre & les côtés sont couverts d'écailles cendrées-jaunes, & bleuës. Sa queuë est découpée par de grands cercles. Ce ne sont pas les Noirs seuls qui mangent ces sortes de Lézards avec autant de volupté que nous mangeons de la Volaille, mais aussi les Chrêtiens qui habitent ces païs-là, les estiment un mets delicieux, & disent unanimement que la chair de ces Animaux a à peu près le même gout que la chair de Poule. Les Leguanas Orientaux surpassent de beaucoup en grandeur ceux d'Amerique, ainsi que les Planches suivantes l'exposeront à l'œil.

N°. 2. *Leguana Femelle de Surinam, bleu, gouétreux, & ayant aussi comme une denture de peigne sur le dessus du corps.*

Il ressemble au précedent par la figure & par la couleur, mais avec cette difference, que la denture qu'il a sur la queuë, est taillée de fort petites dents, & que le gouétre qu'il porte pendant, représente un sac dont les coins seroient plissés. Le dos & les côtés du ventre tirent sur un brun mêlé d'azur. Le col est parsemé de points noirâtres. Au dessus des côtes regne une couleur plus claire. Tout le tronc du corps est garni de très-minces écailles. Sa queuë est longue, terminée en pointe, de couleur bleuë-pâle, & couverte de plus grandes écailles. Les cuisses, les jambes, & les pieds, sont d'un bleu-mourant. Les doigts des pieds sont chatains, & armés d'ongles aigus & crochus. Les écailles du ventre sont d'un bleu-clair.

N°. 3. *Leguana Mâle, ou Lézard Amphibie, de Ceylan, qu'on nomme aussi* Soa Ajer.

Les Indiens nomment dans leur langage ces Animaux *Soa Ajer*, ce qui signifie Lézard Amphibie Aquatique, parce que d'ordinaire il

ſiquidem ea utplurimum circa oras aquarum commorentur, &, Ranarum inſtar, in aquas proſiliendo, capturi manus effugiant. Ab Europæis Aves pugnatrices (*Kemphanen*) vocantur; uti enim hæ plumoſas ſua pennas, ita & pectines illa ſuos, oblongos, acuminatos, dilutè cæruleos, per dorſum ad caudam usque longam & acutam protenſos, ſurrigere valent, hoc quaſi ornamento ſuperba. Caput breve, & craſſum, tuberibus ſupra oculos elevatis inæquale eſt. Frontem univerſam cæruleæ tegunt ſquamulæ. Oculi grandes præ claritudine ſcintillant. Auriculæ minutis aggeribus, quaſi palpebris, ſuccinctæ ſunt. Maxillæ à parte poſticâ latè divergunt, & ſupra oblongis quoque denticulis, ſubtus verò ſquamis, magnis, dilutè cæruleis, aculeatis, obſidentur. Corporis etiam facies ſuperior undique inſignibus, latisque ſquamis, quas tæniæ, latæ, albicantes, ambiunt, veſtitur. Digiti pedum nigro ſpadicei ſunt. Venter dilutiſſimè cæruleſcit.

Num. 4. *Lacerta, Ceilonica, cærulea; fœmina prioris.*

Ejusdem, ac prior, formæ eſt, niſi, quod huic geminatus ſupra dorſum pecten decurrat, minoribus ſcilicet denticulis à latere majorum emergentibus, qui totum per dorſum ad poſtica usque femora delati tandem evaneſcunt. Color ejus Cyaneus ex cæruleo albicantibus lineis, transverſalibus, omnem per ventris, longæque caudæ, ſuperficiem, diſtinguitur. Squamæ ventris dilutè cæruleæ ſunt.

Num. 5. *Serpens, Ceilonica,* Javara Epeba *dicta.*

Binæ lineæ, longæ, ruffæ, catenæ in modum, ſupra dorſum protenduntur elegantiſſimè; harumque ad latera, juxta ventris longitudinem, ſquamæ cernuntur dilutè cæruleæ. Ventrem ipſum flavedo, rubris notata punctis, tingit.

TABULA NONAGESIMA ET SEXTA.

Num. 1. *Lacerta* Tecuixin, *minor, ſeu* Teiuguacu, *Novæ Hiſpaniæ.*

Colore ſaturatè cæruleo ſquamæ cutaneæ perfunduntur, ex dilutiſſimè cæruleſcente & albo deſuper variegatæ: id, quod in capite præſertim, femoribus, & pedibus, obtinet. Cauda ad finem usque tota lemniſcata eſt.

Num. 2. *Lacerta* Tecuixin, *ſeu* Teiuguacu, *altera.*

Colore quidem hæc cum primâ minore convenit, at picturâ & variegatione mirificâ, hîc per naturam elaboratâ, illi antecedit. Attonitus ſtupeat inimitabilem hunc ornatum animus, inque creatis, colore & indole tam variis, omnipotentem reſpiciat Conditorem, & adoret.

Num. 3.

il ſe plait au bord de l'eau, & s'y jette comme la Grenouille pour éviter d'être pris. En Europe les François les apellent *Coqs-de Joûte*, & les Hollandois *Kemphaantjes*, par une expreſſion de ſimilitude; car comme les vrais Coqs-de Joûte ont leurs plumes dreſſées, de même ces ſortes de Lézards ſavent dreſſer la denture qui regne ſur leur corps, fiers pour ainſi dire d'un tel ornement. Cette denture eſt faite de grandes dents, piquantes, d'un bleu-pâle, & s'étend ſur le dos, jusques à la queuë qui eſt longue & finit en pointe. Sa tête eſt groſſe, courte, inégale par des éminences marquées ſur les yeux. De petites écailles bleues couvrent tout le front. Ses yeux ſont grands & étincelans. Ses oreilles ſont bordées tout autour de petites élevations en guiſe de paupieres. Ses mâchoires s'écartent beaucoup dans la partie poſterieure. Elles ſont garnies par deſſus de petites dents, & par deſſous de grandes écailles, piquantes & d'un bleu-clair. Le deſſus du corps eſt partout muni de grandes & larges écailles, cerclées de bandes larges & blanchâtres. Les doigts des pieds ſont bai-noirs. Le ventre tire ſur un bleu très-pâle.

N°. 4. *Lézard de Ceylan, bleu, Femelle du précedent.*

Ce Lézard eſt de la même figure que le précedent, à cela près qu'il eſt hériſſé ſur le dos d'une double denture, à ſavoir d'un rang de grandes dents, & d'un autre rang de plus petites dents qui ſortent à côté des grandes, & regnent ſur tout de dos jusqu'aux cuiſſes de derriere où elles diſparoiſſent. Sa couleur Azur eſt entrecoupée de rayes blanchâtres, qui décourent en travers ſur ſon ventre & ſur ſa grande queuë. Les écailles du ventre ſont d'un bleu-mourant.

N°. 5. *Serpent de Ceylan, nommé* Javara Epeba.

Deux rayes longues, rouſſes, formées en façon de chaine, décourent magnifiquement ſur le dos. Sur toute la longueur du ventre ſont placées des écailles d'un bleu-pâle. Mais le ventre eſt d'une couleur jaune, picotée de points rouges.

PLANCHE QUATRE-VINT ET SEIZIEME.

N°. 1. *Petit Lézard nommé* Tecuixin, *où* Teiuguacu, *de la Nouvelle Eſpagne.*

Les écailles qui couvrent ſa peau ſont d'un bleu-turquin, mêlangé de blanc & d'un bleu extrêmement pâle, principalement ſur la tête, les cuiſſes, & les pattes. Sa queuë eſt toute entiere ornée de bandes en façon de rubans.

N°. 2. *Autre Lézard* Tecuixin *ou* Teiuguacu, *plus gros.*

Sa couleur eſt la même que dans le précedent, mais il le ſurpaſſe par le tacheté admirable dont la nature l'a embelli. On ne peut conſiderer cette parure inimitable, ſi variée dans les differens Animaux, ſans être frapé d'étonnement, & ſans remonter avec une profonde adoration à la Cauſe premiere de toutes choſes.

N°. 3. *Autre*






TAB. XCVI.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.








TAB. XCVII
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.



Num. 3. *Lacerta* Teiuguacu, *seu* Texixincoyotl, *seu* Tecuixim *simpliciter dicta*, *maxima*.

Neque hæc concinno colorum apparatu binis prioribus cedit, utpote venustâ varietate, & eleganti vestitu ornata. Dixeris, sapientiæ omnis scaturiginem, Deum, hâc verè infinitâ diversitate, sibi quasi placuisse, ut tantò convinceretur Homo magis, Ipsius digito fabrefacta esse omnia, pro sua quæque indole, admirandis colorum, picturæ &c. ornamentis instructa. Indi Orientales hanc speciem *Salvogardam* vocant, quæ tamen & formâ, & picturâ, ab hac modo exhibitâ discrepat.

Num. 4. *Liguana, pectinata, & strumosa, Asiatica.*

Ex insulâ Indiæ Orientalis, Formosâ dicta, eam accepimus, quæ ferè cum Americanis convenit, solo excepto colore. Squamæ superni corporis obscurè griseæ sunt: caput verò, struma, postica femora, pedes, & cauda, latis tæniis circulata, dilutius griseo tinguntur colore. Caput cinereo dilutè griseis, & saturatè spadiceis, tegitur squamis. Strumam, anticâ in parte minuto pectine asperam, & femora postica, saturate spadicea ornat variegatio. Supra dorsum, totamque, ferè ad apicem usque, caudam, pecten longus eminet, sensim cum caudâ decrescens. Venustissimum hocce Animal nocet nèmini: quin potius in deliciis mensarum habetur. Plura de eo decursus dabit. Interea nova hinc laudandi Conditorem materies nascitur; dum vel maximè peregrina etiam animalia nobis in victum data cernimus.

Num. 5. *Liguana, strumosa, & dentata, minor, ex insulâ Formosa.*

Struma ejus, maxillæ inferiori adhærens, pro parte dentata est; dentata quoque est spina dorsi tota, â cervice ad caudæ usque dimidiam longitudinem; ultrà quam denticuli evanescunt. Caput, strumam, ventrem, crura, pedes, & caudam, saturatè cæruleus tingit color. Squamulæ corporis supini minutæ obscurè griseæ sunt. Et hæc species edulis est.

Num. 6. *Lacerta, saxatilis, capite crasso, & brevi, terrestris, Salamandræ æmulo, linguâ crassâ.*

Superna corporis facies, dilutè spadicea, eodem colore saturatiore variegatur. Dorsum minuti obsident denticuli, variegati, â cervice ad finem usque caudæ guttatæ. Femora, pedesque, punctis etiam conspersa sunt. Edulem esse hanc speciem nuspiam vel legimus, vel audivimus; licet certos quoque in usus creatam nemo facile negaverit.

TABULA NONAGESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. *Lacerta* de Taletec, *minor, innocua, in N. Hispania* Tamacolin *dicta*.

Quum lædat neminem Animalculum hocce, invisum homini non est, sed amabile potius ob miram habitus

N°. 3. *Autre Lézard* Teiuguacu, *appellé aussi* Texixincoyotl, *ou nommé simplement* Tecuixim, *très-gros, & très-grand.*

Ce Lézard ne le cede en rien aux deux précedens pour la beauté des couleurs, leur charmante varieté, & le superbe tacheté dont il est orné. Vous diriez que Dieu, la source de toute sagesse, s'est plu à cette diversité infinie de ses ouvrages, pour convaincre l'Homme d'autant mieux, que tout a été créé de sa main, & qu'il a gratifié tous les Animaux selon leur nature, de cette admirable varieté de couleurs, de traits, &c. Les Indiens Orientaux ont nommé cette Espece de Lézard *Salvogarda*, qui differe par sa figure & par son tacheté, de celle que nous venons de décrire.

N°. 4. *Liguana Asiatique, Gouétreux, ayant sur le dos un rang de grandes pointes qui diminuent vers la queuë.*

Nous l'avons reçu de l'Isle Formosa dans les Indes Orientales, & à l'exception de la couleur, il ressemble presque en tout aux Liguanas d'Amerique. Ses écailles du dessus du corps sont d'un gris-obscur. Mais sa tête, son gouétre, ses cuisses de derriere, ses pattes, & sa queuë qui est cerclée de larges bandes, sont d'un gris plus clair. Sa tête est couverte d'écailles cendrées-grisâtres, & bai-brunes. Son gouétre hérissé de petites dents dans la partie anterieure, & ses cuisses de derriere, sont colorées d'un mêlange de chatain foncé. Le dessus du dos est armé de grandes pointes, qui décourent jusqu'au bout de la queuë, mais en allant toujours en diminuant d'une maniere insensible. Ce bel Animal ne fait du mal à personne, & même sa chair passe pour être délicieuse. Mais nous aurons occasion de parler de ce Lézard plus amplement dans la suite.

N°. 5. *Liguana de l'Isle Formosa, plus petit, gouétreux, denté sur le dos, & sur une partie de la queuë.*

Le gouétre qu'il porte attaché à la mâchoire inferieure, est denté en partie. Toute l'épine du dos, est dentelée de dents qui regnent depuis le haut du cou jusqu'au milieu de la queuë, où elles disparoissent. La tête, le gouétre, le ventre, les jambes, les pieds, & la queuë de ce Lézard, sont d'un bleu-foncé. Son dos est couvert de petites écailles, minces, d'un gris-minime. Sa chair est bonne à manger.

N°. 6. *Lézard Saxatil, qui a la langue épaisse, la tête grosse & ramassée, semblable à celle de la Salamandre de terre.*

Il a le dessus du corps d'un bai-clair, ombré d'un bai-plus brun. Son dos est denté de petites dents, dont quelques-unes sont tachetées: cette denture s'étend depuis le cou jusques au bout de la queuë, qui est mouchetée de taches comme d'autant de gouttes: ses cuisses & ses pattes sont picotées de même. Nous n'avons jamais lu, ni ouï dire, que cette Espece de Lézard fût bonne à manger, quoiqu'on ne puisse nier sans témerité, qu'il ne soit créé pour quelque usage.

PLANCHE QUATRE-VINT ET DIX-SEPTIEME.

N°. 1. *Lézard* de Taletec, *petit, & qui n'est point mal-faisant; on le nomme* Tamacolin *dans la Nouvelle Espagne.*

Comme ce petit Animal n'est point mal-faisant, aussi n'est-il point haï de l'Homme, & il mérite plutôt d'en être aimé pour la beauté

habitus sui elegantiam. A capite ad finem usque caudæ protensam gerit latam tæniam, nigricantem, supra dorsum punctis hinc illinc albis distinctam, & utrinque stipatam binis aliis tæniolis, flaventibus, à cervice usque in caudam protractis: harum verò à latere venustissima utrinque pictura cernitur, quæ veluti insignia, dilutè cæruleis squamulis insculpta, punctis pluribus, lineolisque, magnis, parvis, in ambitu exaratis, variegata, refert. Antici posticique pedes in quinque desinunt unguiculos.

Num. 2. *Lacerta, major,* Tilcuetzpallin *in Nova Hispania dicta, juxta* Hernand:

Indis Orientalibus *Salvogarda* vocatur species, ad quam hæc pertinet, utpote formâ illi haud absimilis: licet multum discrepet coloribus & picturâ. Plures verò earum species dantur. Hæc, quæ sexûs masculini est, squamis tegitur saturatè plumbeis. Caput ex albo & nigro eleganter varium est. Corporis supernam faciem ocelli quasi, seu rosæ circulares, albicantes, ordine digestæ, ex nigro variegatæ in ambitu, undique exornant. Femora, pedes, horumque digitos, saturatior quidem color, at simili modo distinctus, pingit. Cauda longa, in acumen desinens, alio, quam corpus, ornamento superbit. Præcedentibus Tabulis plures harum specierum iam dum exhibuimus. Quis verò isthæc adspiciens haud extollat infinitam Conditoris sapientiam & potentiam, quâ Animantium singulis suam, tot varietatibus, tot artificiis elaboratam Ille vestem induit; homini vero soli, reliquis omnibus superiori, propriam suam imaginem impressit.

Num. 3. Liguana Senembi, *in N. Hispania,* Tamacolin *dicta, pectinata, & strumosa.*

Perelegans hæc lacerta squamulis vestitur tenuibus, rhomboideis, dilutè griseis, & subfuscis, ex saturatè spadiceo pulchre variegatis instar undulati illius textilis, quod *Moor* Belgis vocatur. Caput universum dilutè griseum est; huicque & concolor struma, longùm pendula, pro parte dentata, guttata, & marmoris instar variegata est. Ad maxillam inferiorem, plurimis armatam denticulis, album quoddam tuber, planam verrucam referens, sub auriculâ conspicitur, quod omnibus proprium est Liguanis. Pectinis supra dorsum erecti dentes hîc multò rigidiores sunt, quam in aliis hujus speciei, Surinamensibus, aut Americanis: majores verò è cervice prominent, sensimque decrescunt, prout caudæ longæ, tenuisque, apici appropinquant. Femora, pedes, & horum digiti, coloris obscurissimè grisei, squamis teguntur crassioribus & grandioribus.

Num. 4. *Lacerta, Brasiliensis,* Quetzpaleo, *caudâ annulatâ & spinosâ.*

Squamæ æquales, dilutè griseæ, supernum corpus, crura, & pedes vestiunt; frontem verò majores atque albicantes; & capitis verticem admodum minutæ, circùm majores dispersæ. Auriculas limbus fimbriat obscurè spadiceus. Notatu dignum est collare nigrum, cervici applicatum, in medio separatum. Cauda tota, in apicem desinens tenuissimum & acutissimum, squamis latis, spinosis, duro quasi ex cornu conflatis, munitur.

Num. 5.

beauté merveilleuse de sa figure. Depuis sa tête jusqu'au bout de sa queuë s'étend sur le dessus du corps une bande large, marquetée par-ci par-là, de points blancs, & accompagnée de chaque côté depuis le cou jusqu'à la queuë, de deux autres petites bandes jaunâtres. De chaque côté de ces deux bandes, regne un tacheté tout-à-fait joli, qui ressemble assez à des figures empreintes sur les Armoiries; car les taches dont je parle, sont marquées sur des écailles bleuâtres, parsemées dans leur contour de rayes de differente grandeur, & picotées de quantité de petits points. Les pieds de devant & de derriere sont munis de cinq petits ongles.

N°. 2. *Gros Lézard, nommé dans la Nouvelle Espagne* Tilcuetzpallin, *au raport d'Hernandez.*

Les Indiens Orientaux nomment *Salvogarda* l'Espece de Lézard à laquelle celui-ci se rapporte par sa figure, quoiqu'il en differe beaucoup par ses couleurs, & son tacheté. Il y a plusieurs Especes de ces Lézards ainsi nommés: celui-ci est un mâle. Il est revêtu d'écailles de couleur de plomb. Sa tête est agréablement variée de blanc & de noir. Le dessus de son corps est tout parsemé de rosettes circulaires, blanchâtres, placées avec ordre, & bordées de noir tout-autour. Les cuisses, les pieds, & les doigts des pieds, sont de la même couleur, mais plus sombre, & marquetée de semblables rosettes. Sa queuë longue, finissant en pointe, est marbrée superbement, mais d'une maniere differente du reste du corps. Nous avons déja représenté dans les Planches précedentes plusieurs Lézards de cette Espece. Qui peut en jettant les yeux sur toutes ces choses, ne pas celebrer la Sagesse & la Puissance infinie du Créateur, qui en donnant aux Animaux un habillement particulier, fait avec tant d'art & tant de diversité, a daigné former à son image l'Homme seul, & le rendre superieur à tous les Animaux?

N°. 3. *Liguana Senembi, gouétreux, armé sur le dos de grandes pointes qui vont en diminuant. On appelle ce Lézard dans la Nouvelle Espagne* Tamacolin.

Ce superbe Lézard est couvert de petites écailles, minces, rhomboïdes, grisâtres & roussâtres, ondées ou tabisées comme la Moire, d'un bai-brun. Il a toute la tête & le Gouétre d'un gris-clair. Ce Gouêtre qui pend fort bas, paroit tacheté à la façon du marbre, & est marqueté de points semés çà & là par gouttes: il est aussi denté dans la partie anterieure. Sous l'oreille, à côté de la mâchoire inferieure de ce Lézard qui est garnie de petites dents, on remarque une espece de bouton blanc, semblable à une verruë platte, & qu'ont tous les Liguanas. Le dos de ce Lézard est hérissé de dents, ou de pointes, beaucoup plus roides que dans les autres Lézards de la même Espece d'Amerique & de Surinam. Les dents qui sortent du cou, sont les plus grandes, & vont en diminuant, à mesure qu'elles regnent sur le long du corps, & qu'elles s'aprochent du bout de la queuë, qui est grosse dans son origine, longue, & très-menue à l'extrémité.

N°. 4. *Lézard du Bresil, nommé* Quetzpaleo, *qui a la queuë formée par anneaux, & garnie de pointes.*

Le dessus du corps, les cuisses, & les pattes sont revêtues d'écailles uniformes, d'un gris-clair. Le front est garni d'écailles plus grandes & blanchâtres. Le sommet de la tête est couvert de très-petites écailles, que d'autres plus grandes environnent. Le bord des oreilles est d'un bai-brun. Ce Lézard a de remarquable un Collier noir, placé sur la nuque du cou, & divisé dans le milieu. Toute sa queuë, très-pointue, & très-mince à l'extrémité, est munie d'écailles larges, piquantes, qui semblent être formées d'une corne dure.

N°. 5. Lézard






TAB. XCVIII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.



Num. 5. *Lacerta, Mexicana,* Cutezpallin *dicta, innocua, elegantissima.*

Miro hæc artificio à Naturâ picta, & variegata ex nigro, albo, & cæruleo, à capite per corpus universum, crura, pedesque squamis rhomboideis, pulcherrimis, superbit. Cauda quasi annulata est. Neminem lædit Animalculum hocce, hincque nec homini est invisum.

TABULA NONAGESIMA ET OCTAVA.

Num. 1. *Lacertus, Amboinensis, pectinatus, & strumosus, maximus,* Senembi & Iguana *dictus, amphibius.*

Ab Amboinæ incolis *Boewa* & *Senembi*, aut & *Boaja Hoetan*, sive *Bosch-Kaïman* à Maleitis adpellatur, juxta Fr. Valentini testimonium. Hispanis *Iguwana* audit, Belgis autem *de groote gekamde Leguaan.* Incomparabili equidem picturæ apparatu superbus, omnibus, quotquot America profert, Lacertis palmam præripit: quamvis autem formâ haud multum discrepet ab illâ specie, quam præcedente Tabulâ exhibuimus; magnitudine tamen, picturâ, & eximiis coloribus, illi antecellit. Squamulæ ejus superiores, saturatè spadiceæ, & purpurascentes, exiles, basi suâ albicant, & obscurè fuscis maculis undique veluti conspersæ sunt. Insignis struma, plicata, in acumen pendulum porrecta, similis illi, quæ Num. 1 Tabulæ prægressæ habetur, sub maxilla dentibus horret, & coloris est dilutè flavescentis: quo etiam colore pecten conspicuus est, longis, incurvisque dentibus eminens, serræ in modum è dorso acuminato & fimbriato erectus. Dorsi summitatem cutis tegit maculis nigricantibus ornata. Frons squamis majoribus, dilutè cæruleis, tanquam scutis, munitur. Insignes oculos, igneos, limbus elatior, teres, subosseus, pro parte dimidiâ ambiens, ab illisu defendit. Ita nimirum Conditor supremus animanti cuivis, magno, vel parvo, prospexit. Femora, pedes, & digitos, squamæ ornant majusculæ, acuminatæ, dilutè cæruleæ. Præcipuè verò cauda, prolixa, à femoribus posticis, ad sui finem usque, in plagas, nunc colore dilutè cæruleo, nunc saturatiore, variegatas distinguitur. Rictus amplus, fimbriatus, supra & infra squamis dilutioribus pulchrè vestitur. Maxillæ minutis, acutisque denticulis scatent. Lingua huic lata est & crassa, qualis Salamandrarum; cum Americanis contra lingua fissa sit. Venter, subtus albicans, ad latera saturatè cæruleus est. D. *Fr. Valentyn,* & *J. D. H. L.* in Historiâ Surinami, referunt uterque, Animalia hæc tam Orientalibus, quàm Occidentalibus Indis cibi loco esse. Quin & eorum comeduntur ova, quorum sæpe triginta simul unum ponit Animal, longiora quidem ovis gallinaceis, at luteo donata vitello, forti tunicâ, testisque admodum tenuibus prædita. Sat multa eorum possidemus, quæ extus dilutè cinerea, punctis exilibus, ruffis, notata, instar ovorum Gallinaceorum iis in locis usurpantur. Molle verò in tomentum ea reponit Animal, ut solis calore pulli inde excludantur, prout Lacertis, Salamandris, & Serpentibus ubique commune est. Species hæc, amphibia, in terrâ & aquis victum quærit; ejusque Historiam *Joannes de Laat, Markgraaf,* & *Bochartus,* dedêre.

Num. 2.

N°. 5. *Lézard du Mexique, nommé* Cutezpallin, *tout-à-fait beau, & qui ne fait du mal à personne.*

Il est varié avec un art admirable, de noir, de blanc, & de bleu. Tout son corps, sa tête, ses jambes, & ses pieds, sont couverts de magnifiques écailles rhomboïdes; d'ailleurs on ne peut haïr ce joli petit Animal, puisqu'il n'est point mal-faisant. Sa queuë semble faite par anneaux.

PLANCHE QUATRE-VINT ET DIX-HUITIEME.

N°. 1. *Lézard d'Amboine, Amphibie, très-grand, qu'on nomme* Senembi *ou* Iguana, *Gouétreux, & armé de grandes pointes sur le corps.*

Les habitans d'Amboine l'appellent *Boewa* & *Senembi*, les Malais *Boaja Hoetan*, ou *Bosch-Cayman*, au raport de Fr. Valentyn, les Espagnols *Iguwana*, & les Hollandois *de groote gekamde Leguaan.*

Ce Lézard est fort au dessus de tous les autres quelconques que produit l'Amerique, par la beauté incomparable de ses couleurs & de son tacheté. Quoiqu'il differe peu pour la figure de celui que nous avons représenté dans la Planche précedente, il le surpasse néanmoins à tous ces égards, de même que par raport à la grandeur. Les écailles dont il est couvert sur le dos, sont minces, petites, bai-brunes & tirant sur le pourpre, blanchâtres vers la base, & partout mouchetées de taches d'un brun-obscur. Son grand gouétre, pendant, jaunâtre, hérissé de dents sous la mâchoire, plissé en divers plis, & finissant en pointe, ressemble à celui du Lézard dépeint au N°. 1. de la Planche qui précede. Du dos pointu & effilé de ce Lézard, sort un rang de grandes pointes, ou dents jaunâtres, aiguës, recourbées, & faites comme des dents de scie. Le haut de son dos, est couvert d'une peau marquetée de taches noirâtres. Son front est garni de grandes écailles, d'un bleu-pâle, relevées en forme de bouclier. Ses yeux sont grands, pleins de feu, défendus des injures du dehors par un bord relevé, arrondi, cartilagineux, & demi-circulaire; car c'est ainsi que le Créateur a pourvu à la conservation de tous les Animaux, grands & petits. Ses cuisses, ses pattes, & les doigts des pieds, sont munis d'écailles assez grandes, piquantes, d'un bleu-pâle. Sa queuë est principalement remarquable par sa longueur, & par de larges espaces qui depuis le commencement jusques au bout, sont marqués ici d'un bleu-clair, là d'un bleu plus foncé. Sa gueule large, ornée d'un bord dentelé, est joliment couverte dessus & dessous, d'écailles d'un bleu plus clair. Ses mâchoires ont de petites dents trenchantes. Sa langue est épaisse, large, semblable à celle des Salamandres, au lieu que dans les Lézards d'Amerique la langue est fourchue. Son ventre a les côtés d'un bleu-turquin, & le dessous blanchâtre.

Fr. Valentyn, & J. D. H. L. dans l'Histoire de Surinam, raportent que ces Animaux servent de nourriture aux habitans des Indes Orientales & Occidentales. L'on mange même les œufs de ces Lézards, qu'ils pondent souvent jusqu'à trente en une seule ponte. Ces œufs sont plus longs que ceux de Poule, & ont la coque fort mince; leur jaune est couleur de safran, & envelopé d'une peau robuste. Nous avons une assez grande quantité de ces œufs, dont la coquille est au dehors d'un cendré-clair, & picotée de petits points roux. On s'en sert là-bas à peu près aux mêmes usages que nous employons ici les œufs de Poule. On les met sur quelque fin duvet pour en faire éclorre des Petits par la chaleur du soleil, suivant la maniere des autres Lézards, des Salamandres, & des Serpens. Le Lézard que je décris est Amphibie, vivant dans l'eau & sur terre. Jean de Laat, Markgraaf, & Bochart nous en ont donné l'histoire.

Num. 2. *Lacerta,* Ameira *dicta, ex Novâ Hispaniâ, spadicea, lineis nigricantibus ornata, caudâ bifidâ.*

Peregrinam hancce speciem Curiosus quidam ex Novâ Hispaniâ, inter alia rariora Animantia, huc allatam, musæo nostro inseruit. Supinum ejus corpus minutæ ornant squamulæ, dilutè spadiceæ, quas latæ lineæ, saturatè fuscæ, binæ supra dorsum, & binæ aliæ juxta ventris latera usque in caudæ partem crassiorem protensæ, distinguunt. Cauda rarò tam profundè bifida, ac hîc, cernitur. Spina dorsi acutissima est, & parvis aspera denticulis, ad caudæ usque divaricationem extantibus, ibi vero disparentibus. Caput, elegantibus supra nares squamis vestitum, frontem ostendit, diluta super basi ex nigro guttatam, squamis orbam. Cervici, saturatè spadiceæ, tres insident maculæ transversæ, albicantes, nigris etiam punctis adspersæ. Lingua brevis & crassa est, qualis prægressæ. Oculi grandes, lucidi, sunt. Struma nulla; sed laxior circa jugulum cutis est. Os intus plenum denticulis, extus squamulis fimbriatur. Auriculæ insignes, planæ. Omnis corporis facies superior punctis nigris notatur. Femorum, pedumque, squamæ minusculæ sunt. Vid. *J. Raji Synops. Anim. p. 266.*

Num. 3. *Lacerta, Brasiliensis,* Taraguico Aycuraba *dicta.*

Oblongo est capite & corpore, caudâ longiore: color dilutè fuscus, quasi Hepaticus, minutas ejus squamulas, quadratas, obducit. Totum verò per corpus, ne pedibus quidem & femoribus exceptis, eminentes disperguntur maculæ, albicantes, margaritarum æmulæ, & instar quasi Rosularum racematim coacervatæ: cæterùm & punctis omnia nigricantibus obsita sunt; præcipuè verò annulata cauda, quæ tanquam per sectiones variegatur. Caput acuminatum est, & rictus, supra infraque dentibus plenus, linguam continet bifurcatam. Homini non infesta aliis sese insectis, quæ assequi potest, sustentat.

TABULA NONAGESIMA ET NONA.

Num. 1. *Lacerta* Tejuguacu, *Americana, maxima,* Sauvegarde *dicta, marmorei coloris, amphibia.*

Hæc Lacertarum species & in Orientalibus, & in Occidentalibus Indiis reperitur. Isthæc ex Occidente est: cui similem D. *Merian* in *Historia Surinamensium Insectorum fig. 69* repræsentat, adnotans, quod Animalia hæcce Surinami in saltibus commorentur, ovis avium inhiantia. Multò tamen major est, cujus heîc icona damus, & plure colorum varietate exornata, quàm illa. D. *Fr. Valentyn* eam, uti plurimas alias, inter aquaticas Lacertas refert; quod ideò concedi potest, quia *amphibia* est, in aquis & tellure vivens. Tab. LXXX, in qua hujusmodi Lacertarum aliam exhibuimus speciem, simul & diximus, quamnam ob rationem nomine *Sauvegarde* donatæ sint.

Pictura hujus elegantissima est. Frontem scutata quasi insignia pulcherrimè muniunt, albis distincta lineis, quæ à parte oris anticâ, & supra grandes oculos, scintillantes, rubrisque annulis circulatos, tumque

N°. 2. *Lézard de la Nouvelle Espagne, nommé* Ameira, *de couleur chatain, à rayes noirâtres, & à queuë fourchue.*

Un Curieux ayant apporté de la Nouvelle Espagne ici, cette Espece étrangere de Lézard, parmi d'autres Animaux rares, a bien voulu en orner mon Cabinet. Le dessus de son corps est garni de petites écailles, menues, d'un chatain-clair, sur lesquelles passent des rayes larges & noirâtres, savoir deux sur le dos, & sur les côtés du ventre deux autres, qui décourent jusqu'à la partie la plus grosse de la queuë. Sa queuë est rarement fourchue en deux fourches aussi grandes qu'on les voit ici. Ce Lézard a l'épine du dos fort pointue, & hérissée de petites dents, qui disparoissent à l'endroit où se fourche la queuë. Le dessus du nez est couvert de belles écailles, tandis que le front qui n'en a point, est vergetté de noir. La nuque du col est d'un bai-brun, marqueté de trois taches, transversales, blanchâtres, lesquelles sont parsemées de points noirs. La langue, semblable à celle du Lézard précedent, est épaisse & courte. Il a les yeux grands & brillans, point de Gouêtre, mais la peau vers la gorge, lâche, & ridée. Sa gueule est bordée exterieurement de petites écailles, & est toute garnie interieurement de petites dents. Ses oreilles sont grandes & plattes. Tout le dessus de son corps est picoté de points noirs. Ses cuisses, & ses pattes sont couvertes d'assez petites écailles. Voyez l'Ouvrage de Ray, intitulé *Synopsis Animalium*, pag. 266.

N°. 3. *Lézard du Bresil, surnommé* Taraguico Aycuraba.

Il a la queuë grande, le corps & la tête oblongs. Les écailles qui le couvrent sont petites, minces, quarrées, d'un brun-clair, tirant sur la couleur du foye. Tout son corps, sans en excepter les cuisses ni les pieds, est parsemé de taches relevées, blanchâtres, semblables à des perles, & rassemblées en bouquets comme de petites Roses, qu'accompagnent partout des points noirâtres. Toute la queuë, formée par anneaux, est marquetée de même. Sa tête se termine en pointe, sa gueule est armée de dents aux deux mâchoires; sa langue est fourchue. Il vit des Insectes qu'il peut atraper, & ne nuit point à l'homme.

PLANCHE QUATRE-VINT ET DIX-NEUVIEME.

N°. 1. *Lézard* Tejuguacu *d'Amerique, très-grand, qu'on appelle aussi* Sauvegarde, *Amphibie, & marbré par tout le corps.*

On trouve cette Espece de Lézard dans les Indes Orientales & Occidentales; celui-ci vient d'Occident. Mlle Meriaan dans son *Histoire des Insectes de Surinam*, en représente un semblable, à la Fig. 69, & remarque que ces sortes d'Animaux habitent les bois de Surinam, où ils mangent les œufs des oiseaux. Le Lézard dont nous donnons ici la Figure, est beaucoup plus gros, & orné d'une plus grande varieté de couleurs, que celui de Mlle Meriaan. Fr. Valentyn le met au nombre des Lézards Aquatiques, ce qu'on peut accorder, parce que cet Animal est Amphibie, vivant également dans l'eau & sur terre. Au reste, en donnant ci-dessus la description d'un autre Lézard de cette Espece, nous avons remarqué en même tems pourquoi on les apelle *Sauvegarde.*

Ce Lézard-ci a tout le corps marbré magnifiquement. Son front est couvert de très-belles & grandes écailles, relevées en forme de bouclier, & entrecoupées par des rayes blanches, qui décourent sur la partie anterieure de la gueule, sur la mâchoire supe-






TAB. XCIX.
Fig. 4.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.



que & juxta ductum maxillæ superioris, usque ad postica aurium, quæ rubicundæ albo margine fimbriantur, sese conjungunt. Oculi insignibus palpebris, squamatis, quasi fornicati sunt. Maxillam inferiorem nigricantes maculæ ornant. Lingua, longa, lata, bifida, coloris ruffi est. Rictum plurimi obsident denticuli acuminati. Superior corporis facies, ex saturatè fusco squamata, aliis rotundis squamulis, elatioribus, albicantibus, marmoris ferè in modum, distinguitur. Ventris latera cutis vestit admodum laxa, rugosa, albis nigrisque squamulis quasi adnubilata. Ventrem, totamque corporis infernam superficiem, eximiæ tegunt squamæ, transversales, annulares, uti in serpentibus, quæ ex albo perfundatæ, nigris variegatæ maculis, ad caudæ usque principium ita disponuntur. Cauda verò tota squamis annularibus quasi circulata est, & parte sui posteriore, in acumen sensim attenuatâ, dilutè ruffum colorem acquirit. Femora, & pedes, rariore squamarum albicantium, rotundarum, elevatiorum, & racematim accumulatarum, apparatu margariti-formi superbiunt. Digiti pedum ex albo squamati sunt. Dorsum, undique glabrum, pectine caret. Pedes, uti in plurimis Lacertarum, tam antici, quàm postici, in quinque abeunt digitos, quorum qui pollicem refert, præposterè quasi, à parte externâ situs est; huic proximus digitus longissimus, reliquique tres uno singuli articulo succesivè decrescunt.

Plinius pro Serpente quadrupede hanc habuit Lacertam. *Markgravius* verò ejus exactiorem & naturæ magis congruam dedit descriptionem. Certè & hinc Lacertas & Serpentes æmulatur, quod ova ponat, radiis solaribus incubanda. Inter specimina *Tejuguacu*, seu *Sauvegarde* Lacertarum, quæ nostro in museo asservantur, una datur Americana, plus quam duplo superans hancce, tam crassitie, quam longitudine: ultrà enim tres ulnas longa est, si una cum caudâ suâ metiaris; unde ob tantam extensionem æri incidi nativâ suâ magnitudine haud potuit. Tota grisea est, supinâ corporis facie ex albo variis ornata squamis, & ad digiti latitudinem nigris squamulis circulata, quæ albis rursum quasi stellulis elaboratæ sunt. Cæterum formâ huic similis est.

Num. 2. *Lacerta* Tejuguacu, *Ceilonica; alia species.*

Formâ cum priore convenit, at minor est multo, & alio prorsus colorum apparatu picta; unde illi, quam Tab. LXXX descripsimus, magis accedit. Squamæ ejus supernæ, saturatè spadiceæ, maculis circularibus, albis, oculorum æmulis, transversim per dorsum dispositis, distinguuntur. Caput oblongo-angustum ex cineritio dilutiore & saturatiore variegatur. Idem & obtinet totum per habitum corporis: utrinque verò ad latera candidi ventris atramentum quasi diffluens deorsum candorem inquinat. Cauda longiuscula, parte sui crassiore pulchrè annulata, extremum tenuius vinculis latis, fuscis & albidis, exornatum, monstrat. Femora, & pedes, ex albo & fusco pariter varia sunt. Aures, nullo limbo prominulæ, sed profundè demersæ, albescunt. Lingua, longa, bifida est.

Num. 3. *Serpens, Africana, ex Madera, macilenta,* Levipes *dicta.*

Ob gracilitatem longitudini sociatam *macilenta* vocatur; *Levipes* autem, quia velocissima esse fertur. Dilutè violacei est coloris, saturatè spadiceis maculis, rhomboideis, per aliquam dorsi partem dispositis, tum verò disparentibus, variegata. Juxta ventris plus quam dimidiam longitudinem catenula decurrit flava,

superieure, sur les yeux, jusqu'au derriere des oreilles où elles s'unissent. Ses oreilles sont rouges, bordées de blanc. Ses yeux grands, étincelans, cerclés d'anneaux rouges, sont défendus par de grandes paupieres, faites en arc, & couvertes d'écailles. La mâchoire inferieure est mouchetée de taches noirâtres. Sa langue est grande, large, fourchue, de couleur rousse. Sa gueule est garnie de plusieurs petites dents trenchantes. Le dessus de son corps, est couvert d'écailles d'un roux-brun, parsemées & comme marbrées d'autres petites écailles, rondes, plus élevées, tirant sur le blanc. Les côtés du ventre sont revêtus d'une peau fort lâche, ridée, qu'ombrent en façon de nuage de petites écailles, transversales, disposées en forme d'anneaux comme dans les Serpens, jusqu'au commencement de la queuë. Ces écailles sont d'un fond blanc, varié de taches noires. Toute la queuë est comme cerclée d'écailles qui l'entourent en façon d'anneaux, elle se termine en pointe, & en diminuant insensiblement, elle prend un roux-clair. Les cuisses & les pattes de ce Lézard, sont superbes par des écailles blanchâtres, rondes, élevées, rassemblées en bouquets, semés çà & là, & qu'on prendroit pour un assemblage de perles. Les doigts de ses pieds, sont garnis d'écailles blanches. Son dos est partout lisse & uni, sans denture. Ses pieds de devant & de derriere, de même que dans plusieurs Lézards, se fendent en cinq doigts, dont celui qui tient lieu de pouce, est tourné en dehors & à rebours des autres; le doigt suivant est le plus long de tous; & les trois autres vont chacun en diminuant d'une articulation.

Pline a pris ce Lézard pour un Serpent quadrupede, mais Markgraaf nous en a donné une description plus exacte, & plus conforme à la verité. Ce qu'il y a de sûr, c'est que cet Animal ressemble en ceci aux Lézards & aux Serpens, qu'il pond des œufs que font éclorre les rayons du Soleil. Parmi les divers *Tejuguacus* ou *Sauvegardes* que nous conservons dans notre Cabinet, il y en a un d'Amerique, qui est au delà du double plus gros & plus grand que celui-ci: car tout compté, il a plus de trois aulnes de longueur; ce qui nous a empêché d'en pouvoir faire graver ici la figure en grandeur naturelle. Ce Lézard-là est tout gris; il a le dessus du corps couvert d'écailles variées de blanc, lesquelles à la distance d'un pouce sont environnées d'autres petites écailles noires, & ces dernieres écailles noires sont radiées de petites étoiles blanches: du reste, il a la même figure que le Lézard qui est ici dépeint.

N°. 2. *Lézard* Tejuguacu, *de Ceylan; Espece differente.*

Ce Lézard ressemble aussi pour la figure au précedent, mais il est beaucoup plus petit, & d'ailleurs orné de couleurs tout-à-fait differentes. Le dessus de son corps, est couvert d'écailles d'un bai-obscur, & marquetées de taches rondes, blanches, placées en travers sur le dos; on les prendroit pour autant d'yeux. Sa tête étroite, oblongue, est dans des endroits d'un cendré-clair, & dans d'autres d'un cendré plus foncé, mélange qu'on observe pareillement sur le corps. Mais son ventre est blanc, & tout taché de noir sur les deux côtés, comme d'autant de marques que fait une encre qui découle. Sa queuë passablement longue, est formée en anneaux dans sa partie la plus grosse, tandis que son autre bout plus mince, est entouré de larges bandes, brunes & blanches. Ses cuisses & ses pieds, sont semblablement variés de blanc & de brun. Ses oreilles, dont les bords ne paroissent point, sont blanchâtres, & enfoncées bien avant. Sa langue est grande & fourchue.

N°. 3. *Serpent d'Afrique, de Madere, qu'on nomme par excellence le Serpent Maigre & Agile.*

On l'appelle le Serpent *Maigre*, parce que son corps est long & très-mince; & on lui donne l'épithete d'*Agile*, parce qu'on dit qu'il rampe avec une extrême vitesse. Sa couleur est d'un violet-pâle, tacheté sur une petite partie du dos, de taches rhomboïdes, bai-brunes, & qui disparoissent sur le reste du corps. Le long de la plus grande partie du ventre, décourt une petite chaine

flava, tandem quoque evanescens. Ventris squamæ dilutè cineritii sunt coloris. Caput squamis dilutè violaceis ornatur. Rictum oris luteus margo fimbriat.

Num. 4. *Avis, Auricoma, Mexicana.*

Aureus hic, ex viridi, aliisque coloribus, vividissimè relucens, conspicitur habitus, oculorum aciem perstringens, nec vel Apellæâ etiam manu imitabilis. Superat artem Natura, si ullibi, certè colorum inter se miscelâ.

TABULA CENTESIMA.

Num. 1. *Draco arboreus, volans, Americanus, amphibius; sive Basiliscus.*

Lacertam ferè refert, nisi, quod capitis posticæ parti insidentem gerat cucullam quasi Monachorum, cartilagineam, intus cavam, extus squamosam. Scriptores veteres, *Plinius*, in *Hist. Anim. lib. VIII, cap.* 21, *Ælianus*, *Hist. Anim. l. X, c.* 7. *Galenus*, *Abensina*, tum & *Piso*, *Grevinus*, aliique, *Regulum*, seu *Basiliscum* vocarunt; siquidem cucullâ, instar coronæ, insigniatur, cujus tamen similitudinis ego quidem hîc video nihil. Ala, pinnas Percæ majoris referens, supra dorsum universum protenditur, aculeatis erecta ossiculis, quæ intermediis, uti pinnæ piscium, membranis squamatis colligantur; prope cervicem oriunda in principio caudæ desinit, latissima quidem in dorsi medio. Supra caudæ admodum longæ partem dimidiam, superiorem, similis, at latior, eminet ala pinnata, in utrumque latus mobilis. Natans, aut volans Animal, ventilabri instar, illas expandit alas, eâ, quâ hic exhibentur, ratione: siquidem & in aquis sibi victum quærat. At verò in terrâ, aut super arboribus, quas plerumque incolit, hærens alas suas demittit, & quasi complicat, rursum diducendas, quando ab una in aliam arborem transvolat. Cuculla capitis volantibus quoque usui est, quippe quam aëre ita inflare norunt, ut levius inde caput reddatur, nec & in aquis subsidat. Uti verò eò immittere aërem, ita & pro lubitu rursum exhaurire possunt. Cucullâ demptâ caput, quale Lacertarum, est, linguâ tamen brevi & crassâ, Salamandrarum æmulâ, donatum. Supra palpebras bini cernuntur dimidiati annuli, ossei, albicantes, quibus palpebræ membranaceæ, tenuiter squamatæ, oculisque obtegendis accommodatæ, adhærent. Os acuminatum & fimbriatum est. Corpus supinum, ubique ex cinereo saturatè griseum, minutis squamulis, per series digestis, vestitur. Per dorsum & ventrem, pinnatasque alas, nonnullæ disperguntur maculæ, albicantes, quæ hinc marmoream quandam variegationem inducunt. Femora, pedes, digitos, finemque tenuis caudæ, maximæ omnium squamæ tegunt. Ventris color dilutè cinereus est. Pedes, uti in Lacertis, quinque in digitos abeunt, longissimos, aduncis, acutisque, unguibus armatos: multò tamen breviores sunt antici posticis. Caudæ extremum inæquale nodosis quasi articulis constat, in Lacertis quidem haud ita comparatum.

Rarum certè est Animal hocce, nec frequenter nostras in oras adfertur. Certos interim esse velim spectatores, quod hæc ejus icon nativam prorsus formam exprimat. *Jonsthonus* varias quoque ejus tradit delineationes, sed nonnisi mutuatas, & descriptas juxta exempla, ab antiquis Scriptoribus data; neque certè isthoc

ne jaune, qui disparoit pareillement tout d'un coup. Les écailles du ventre sont d'un cendré-clair. La tête est couverte d'écailles d'un violet-pâle. L'ouverture de la gueule est bordée de jaune.

N°. 4. *Oiseau du Mexique, d'un blond-doré.*

Il est de couleur d'or, nuancé de verd & de diverses autres couleurs, d'une maniere qui éblouit la vuë, & que le pinceau d'Apelles même ne sauroit bien imiter; car si jamais la Nature a surpassé l'Art, c'est certainement dans l'admirable mélange des couleurs de ce bel Oiseau.

PLANCHE CENTIEME.

N°. 1. *Dragon, d'Amerique, Amphibie, qui vole, & qui se tient sur les Arbres; ou autrement Basilic.*

Il ressemble de figure au Lézard, excepté qu'il porte sur le derriere de la tête un Capuchon comme celui des Moines, cartilagineux, creux en dedans, & couvert d'écailles au dehors. Les anciens Ecrivains, *Pline* par exemple, dans son *Histor. Nat. Liv. VIII. ch.* 21, *Elien* dans son *Hist. des Anim. Liv. X. ch.* 7, *Galien*, *Abensina*, parmi les Modernes *Pison*, *Grevin*, & quelques autres, ont nommé cet Animal, *Basilic*, comme qui diroit *petit Roi*, parce qu'il porte un Capuchon en forme de Couronne, ce que je ne vois néanmoins nullement dans celui-ci.

Son aile ressemblant aux nageoires d'une grosse Perche, s'étend sur toute la longueur du dos, relevée par de petits os pointus, placés d'espace en espace, & attachés de même que les nageoires des Poissons à des membranes garnies d'écailles. Cette aile naît près de la nuque du cou, finit au commencement de la queuë, & s'élargit le plus vers le milieu du dos. Sur la moitié superieure de sa longue queuë, regne une autre aile, en forme de nageoire, semblable à la précedente, mais plus large, & mobile de chaque côté. Quand cet Animal nage ou vole, il déplie ses ailes en façon de van, de la maniere dont elles sont ici représentées. Il vit également dans l'eau & sur la terre. Mais quand il est sur terre, il se poste d'ordinaire sur des arbres, & alors il abat ses ailes, les ramasse, & ne les déplie que pour voler d'un arbre à l'autre. Le Capuchon de la tête de ces Animaux les aide aussi à voler, car ils savent si bien l'enfler d'air, que leur tête en devient plus legere, & n'enfonce pas dans l'eau s'ils viennent à nager; & comme ils peuvent remplir d'air ce Capuchon, ils peuvent pareillement en retirer l'air à leur fantaisie. Otez le Capuchon, la tête de ce Dragon ressemble à celle des Lézards. Sa langue est épaisse, petite, semblable à celle des Salamandres. Il y a au dessus des paupieres deux demi-anneaux, osseux, blanchâtres, auxquels sont attachées les paupieres qui sont membraneuses, couvertes de minces écailles, & faites d'une maniere très-propre à défendre les yeux. Sa gueule est dentelée, & pointue Il a tout le dessus du corps d'un cendré gris foncé, & couvert de petites écailles, minces, rangées par ordre. Le dos, le ventre, & les ailes, sont parsemés & comme marbrés çà & là de quelques taches blanchâtres. Le bout de sa queuë menue, ses cuisses, ses pieds, & les doigts des pieds, sont revêtus de plus grandes écailles que le reste du corps. Son ventre est d'un cendré-clair. Ses pieds se fendent, comme dans les Lézards, en cinq doigts, fort longs, armés d'ongles aigus & crochus; mais cependant les doigts des pieds de devant sont beaucoup plus courts que ceux des pieds de derriere. Le bout inégal de sa queuë, semble fait par articulations pleines de nœuds, ce qui n'est pas de même dans les Lézards.

Cet Animal est veritablement peu commun, & surtout en Europe, où on ne le transporte que rarement. J'ose bien néanmoins assurer pour un fait certain, que la représentation qu'on en voit ici, est entierement conforme à sa figure naturelle. Jonston nous en a donné diverses représentations, mais toutes empruntées ou




TAB. C.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.



iſthoc Animal unquam uſurpaſſe oculis videtur. Unde mirum non eſt, tot commiſſos eſſe errores, tam circa hujus, quam aliorum Animalium, deſcriptiones. Reliqua, quæ de Baſiliſcis perhibentur, figmenta ſicco pede prætterimus. Vid. *Jonſthoni lib. II de Serpentibus, fol.* 33.

Num. 2. *Lacerta, Tigrina, pectinata, Americana,* Ascalabos *dicta.*

Ab incolis Americæ ſic vocatur, quia tacitè & ſuſpenſo quaſi gradu hominem opprimit, haud equidem ipſi nocitura, ſed ejus potius amans veluti conſpectum, nec maligni quidquam intendens. Singulari, & elegantiſſimo ſuperbit habitu è ſquamulis rotundis, ſaturatè fuſcis, atque albis maculis, more Tygrino, notatis. Quæ ſupernam corporis partem tegunt, ſquamæ omnes, margaritarum inſtar, ſeſe efferunt. E cervice, dilutius flaveſcente, pecten eminet altus, binis ſquamarum geminatarum ſeriebus, quâ è cute oritur, ſuffultus, ne nimiâ præ laxitate collaberetur. En novum infinitæ Conditoris ſapientiæ jubar, dum vel minutiſſimas etiam viliſſimorum Animalium partes neceſſariis inſtructas adminiculis videmus. Capitis peregrina admodum forma eſt. Frons intropreſſa penitus, & trigona eſt, aggeratis quaſi ſuperciliis, & fimbriatis, conſpicua, pari ferè ratione, ac in Chamæleontibus, quorum capiti analogum quid hîc datur. Oculi, profundè intra orbitas locati, tenuibus ſquamulis, margaritarum æmulis, ornantur. Auriculis membrana obtenſa eſt. Cutis maxillæ inferioris, & juguli, ſtrumæ in modum, laxè dependet. Femorum, pedumque ſquamæ majores ſunt, & marmoris inſtar variegatæ. Pedum quilibet quinos in digitos abit, curtis unguibus armatos. Cauda, majuſculis veſtita ſquamis, ex albo & fuſco latè lemniſcata, exilem è dorſo ſuo pectinem, ſerratum, erigit. Ventris etiam ſquamæ majores ſunt, & albicant.

Num. 3. *Lacerta Ceilonica, viſu jucunda.*

Minutiſſimæ totum Animalculum ſquamæ, ſaturatè ruffulæ, veſtiunt. Caput, cum cervice, ex albo nitidiſſimo variegatur. Dorſum maculæ, & tæniolæ, majores & minores, in caudam usque conſpicuæ, exornant. Femora, pedes, digiti, totumque abdomen, maculis itidem, Tigridis in modum, varia ſunt.

Num. 4. *Serpens Ceilonica, maculata, ob peractam vernationem valdè glabra.*

Frons pallidè ruffula magnis, parvisque, ſquamulis pulchrè veſtitur. Quæ corpus ſupinum tegunt, ſquamæ omnes minutiſſimæ ſunt, ruffæ, & albis maculis magnis, parvisque, marmoris inſtar, diſtinctæ.

Num. 5. *Serpens ex regno Siam,* Sibylla *dicta.*

Ab incolis illius regni Serpens hæc maximi æſtimatur; ſiquidem confidentiſſimi credant, illam, dum ſeſe offert, certiſſimum boni fauſtique anni præſagium exhibere. Minuta quidem eſt, colore Crocea, rubris tæniolis annulata, exilibus, nitidisque, ſquamulis ornata. Caput dilutè flavi eſt coloris. Caudæ extremum tenuiſſimum.

TABULA

ou tirées d'après celle des anciens Auteurs, & certainement il ne paroit pas avoir jamais vu lui-même ce Dragon. Ainſi il n'eſt pas étrange, qu'on ait commis tant d'erreurs, & par raport à la deſcription de cet Animal, & à l'égard de celles de tant d'autres. Je paſſe ſous un profond ſilence les fictions qu'on a débité de tout tems ſur le Dragon. On n'a qu'à lire *Jonſton* au *Livre II* de ſon Ouvrage qui traite des Serpens, page 33 & ſuiv.

N°. 2. *Lézard d'Amerique, nommé* Ascalabos, *tacheté comme le Tigre, & hériſſé d'une denture, ſur le derriere du cou.*

Les Ameriquains appellent ce Lézard *Aſcalabos*, parce qu'il ſe préſente à l'homme, en marchant doucement & ſans faire de bruit, non pour lui nuire, ni avoir intention de lui faire aucun mal, mais plutôt parce qu'il ſemble ſe plaire à le regarder. Cet Animal n'eſt pas d'une figure moins ſinguliere que belle. Il eſt couvert de petites écailles, rondes, d'un brun-foncé, marquetées à la façon du Tigre, de taches blanches. Toutes les écailles qui couvrent le deſſus de ſon corps, ſemblent n'être qu'un tiſſu de perles. De deſſus ſon cou, qui eſt d'un jaune-pâle, s'éleve une grande denture, ſoutenue & affermie dans l'endroit où elle ſort de la peau, par deux rangs de doubles écailles. Nouvel exemple de la ſageſſe infinie du Créateur, qui s'étend jusqu'à pourvoir même à la conſervation des moindres parties de ces Animaux qui ſont les plus vils à nos yeux. Sa tête eſt d'une figure bien étrange. Son front triangulaire & entierement enfoncé, eſt encore remarquable par une touffe de ſourcils qui rebordent à peu près comme dans les Caméléons, dont la tête a quelque convenance avec celle de ce Lézard. Ses yeux enfoncés dans leurs orbites, ſont garnis dans leur contour de petites écailles minces, ſemblables à des perles. Ses oreilles ſont couvertes d'une membrane. La peau de la mâchoire inferieure & de la gorge, pend lâchement en façon de Gouêtre. Les écailles des cuiſſes & des pieds, ſont grandes, & comme marbrées. Chaque pied ſe fend en cinq doigts, munis d'ongles courts. Sur ſa queuë qui eſt couverte d'aſſez grandes écailles, & entourée de larges bandes brunes & blanches, regne une petite denture faite en façon de dents de ſcie, qui prend ſon origine du dos. Les écailles du ventre ſont grandes & blanchâtres.

N°. 3. *Lézard de Ceylan, tout-à-fait joli.*

Des écailles très-menues, d'un rouſſâtre-obſcur, couvrent tout le corps de ce petit Animal. Sa tête & ſon cou, ſont veinés de rayes d'une blancheur éclatante. Son dos eſt orné jusqu'à la queuë, de taches, & de bandes larges & étroites. Tout le bas-ventre, les cuiſſes, les jambes, les pieds, & les doigts de ſes pieds, ſont auſſi tachetés à la maniere du Tigre.

N°. 4. *Serpent de Ceylan, tacheté, & revêtu d'une nouvelle peau très-liſſe.*

Son front d'un rouſſâtre-clair, eſt joliment couvert de grandes & de petites écailles. Mais les écailles du deſſus du dos, ſont toutes très-menuës, de couleur rouſſe, & marbrées de taches blanches, de differente grandeur.

N°. 5. *Serpent du Royaume de Siam, nommé* Sibylla *par les habitans.*

Les Siamois font un très-grand cas de ce Serpent, parce qu'ils croyent fermement que ſa rencontre eſt un préſage certain d'une heureuſe année. Son petit corps jaune comme le ſafran, eſt couvert de petites écailles, minces, luiſantes, & eſt entouré de bandelettes rouges. Il a la tête d'un jaune-pâle, & le bout de la queuë fort menu.

TABULA CENTESIMA ET PRIMA.

Num. I. *Lacerta, Americana, maxima,* Cordylus, & Caudiverbera, *dicta.*

Caudiverberam vocant, quia motu continuo caudam crispat & intorquet. Græcis veteribus *Uromastix*, quod, adnotante *Jonsthono*, caudæ mobilitatem designat, vocabatur. Sunt, qui Crocodilis, aliique, qui Draconibus hanc putant accensendam esse speciem. Utrique tamen errant: ad *Iguanas* enim & pertinet, & proximè accedit, excepto capite, quod Serpentem magis, quam Lacertam, exprimit. Id verò parvum est, tenue, ex tereti in acutum convergens, angusto, at profundè hiante, rictu, ex luteo fimbriato, donatum. Auriculas tenuis quoque succingit fimbria. Oculi prægrandes, nitidi, relucent. Lingua, uti Serpentum & Lacertarum, bifida discrimen quoddam ab Iguanis & Salamandris, brevi crassâque linguâ donatis, involvit: at corpore, femoribus, pedibus, horumque digitis, ipsis apprimè congruit. Antici æquè ac postici pedes in quinque abeunt ungues aduncos, acuminatos, digitorum æmulos. Truncus cæterum corporis, à capite ad bicubitalem usque caudam, teres est & crassus, minutisque tegitur squamis, saturatè spadiceis. Femora, pedes, & digitos, croceæ exornant maculæ. Caudæ crassæ dorsum erecto margine, serrato, ad finem usque, fimbriatum est. Lacertarum hæcce species, quibus in oris nascitur, ab incolis in victum sumitur, & vel carne Gallinarum habetur acceptior. Quibus volupe est plura de hoc Animali rescire, videant *Ælianum*, *Bellonium*, *Ambrosinum*, *Rondeletium*, *Jonsthonum*, &c.

Boussetus hunc in modum de eo cecinit idiomate Belgico:

Hier word op 't keurigst U de Kordyl afgebeelt,
Gelyk hy op het land en in het water speelt,
En onder al 't gediert, dat op vier voeten gaat,
Is 't lang en dunne hooft en mond van kleine maat.

Quod in prosâ Latinâ ferè ita sonat. „ En hîc Cordylum quam exactissimè depictum, prout in „ terrâ & aquis ludit! Inter quadrupeda omnia nulli caput oblongo-angustum, & os, tam concinno „ modulo fabrefacta contigerê".

Veteribus vera Cordylorum species ignota, nec unquam visa fuit; siquidem eo sub nomine depinxerint Animal Lupiforme, caudâ Lacertarum spinosâ, & annulatâ, donatum, monstrosum penitus, prout apud *Jonsthonum*, *Tab. LXXIX*, est videre.

TABULA CENTESIMA ET SECUNDA.

Num. I. *Hydra, Serpens.*

En effigiem Animalis, pro Serpente septicipite habiti, nobis datam à peregrino quodam Domino, qui anno

PLANCHE CENT ET UNIEME.

N°. I. *Lézard d'Amerique, nommé en Latin,* Cordylus & Caudiverbera, *très-gros, & très-grand.*

On lui a donné ce dernier nom de *Caudiverbera*, comme qui diroit en François *Fouette-queuë*, parcequ'il frise, & qu'il entortille sa queuë, en la fouettant continuellement de côté & d'autre. C'est aussi pour cela que les Anciens Grecs l'ont appellé *Uromastix*, suivant la remarque de Jonston. Il y a des Auteurs qui rangent cette Espece de Lézard parmi les Crocodiles, & d'autres parmi les Dragons; mais c'est mal à propos, car il apartient à la classe des Iguanas, auxquels il ressemble de fort près, excepté pour la tête qui approche plus de celle du Serpent que du Lézard. En effet, il a la tête petite, étroite, ronde-oblongue, & finissant en pointe. Sa gueule extrêmement fendue, est jaune dans le tour des bords; ses oreilles sont entourées d'une bordure mince; ses yeux sont grands & brillans. Sa langue fourchue comme celle des Serpens & des Lézards, marque quelque difference de cet Animal d'avec les Iguanas & Salamandres qui ont la langue épaisse & courte; mais d'ailleurs, il leur ressemble parfaitement par le corps, les cuisses, les pattes, & les doigts. Ses pattes de devant & de derriere se terminent en cinq grifes, crochues, & pointues, qui imitent des doigts. Le tronc de son corps, depuis la tête jusqu'à la queuë longue de près de deux coudées, est gros, rond, couvert de minces écailles, bai-brunes. Les cuisses, les pattes, & les doigts des pattes, sont marquetés de taches d'un jaune de safran. Le dos de sa grosse queuë, est hérissé jusqu'au bout d'une denture entaillée comme de dents de scie. On mange cette Espece de Lézard dans les païs où ils naissent, & même sa chair y est plus estimée que celle de Poule. Ceux qui seront curieux d'en savoir davantage, peuvent consultel *Elien*, *Bellon*, *Ambrosin*, *Rondelet*, *Jonston*, &c.

Bousset a décrit ainsi cet Animal dans les quatre vers Hollandois suivans.

Hier word op 't keurigst U de Kordyl afgebeelt,
Gelyk hy op het land en in het water speelt,
En onder al 't gediert, dat op vier voeten gaat,
Is 't lang en dunne hooft en mond van kleine maat.

C'est-à-dire à peu près en François:
„ Voici la représentation très-exacte de ce Lézard, tel qu'on le „ voit se jouer tantôt sur terre, & tantôt dans l'eau. Entre tous „ les quadrupedes en est-il quelcun, dont le museau, & la tête „ oblongue, & allant en s'étrecissant, soient formées sur ce „ modele?

Remarquons pour finir, que la véritable Espece de ce Lézard, nommé *Cordylus* en Latin, est effectivement inconnue aux Anciens, & qu'ils ne l'ont jamais vu, puisqu'ils ont dépeint sous ce nom un Animal entierement monstrueux, qui a la figure du Loup, la queuë du Lézard armée de pointes, & faite en anneaux, comme on en peut voir la représentation à la *Planche LXXVIII* du Livre de *Jonston* qui traite des Quadrupedes.

PLANCHE CENT ET DEUXIEME.

N°. I. *Hydre, ou Serpent à sept Têtes.*

Voici la représentation de l'Animal qui passe pour le Serpent à sept têtes. Un Etranger qui en 1720 me fit l'honneur de venir voir






TAB. CI.
Fig. 1.








TAB. CII.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.



anno 1720 Thesaurum nostrum exoticorum naturalium perlustrare non est dedignatus! Perhibebat Ille, se Hamburgi oculis id usurpasse, esse id Serpenti simile, septem capitibus altum erectis, totidemque amplè hiantibus donatum faucibus, longis brevibusque dentibus obsessis, binis demum pedibus, & longâ caudâ, præditum; quod quidem, licet pro Serpente septicipite habeatur, magis tamen Draconem, quam Serpentem, referat.

Fateor, paradoxam mihi visam esse hanc relationem, & fabulæ, quam veritati, propinquiorem. At anno insequente D. F. *Eibsen*, verbi Divini Minister Dingensis, in regione quadam Ducatus Bremensis, Wursten dictâ, ad me invisit, meum contemplandi Museum gratiâ, qui & ipse similia mihi de hâc Hydrâ narrans promittebat, sese ejus, prout Hamburgi prostat, vivam mihi imaginem transmissurum; siquidem amicitia, sibi cum D. Possessoribus, Dreyern & Hambel, mercatoribus Hamburgensibus, intercedens, opportunam hoc faciendi occasionem ipsi suppeditaret: primò enim ab Illustri Comite van Koningsmarck possessum fuisse istud Animal; Eo verò defuncto, lege hæreditatis, ad Cognatum ejus, D. Comitem van Leeuwenhaupt transfluxisse. Audieram quidem illud argento venale offerri; iam vero & de hâc re interrogans certior fiebam, pretium decem millium florenorum pro eo peti: quæ enormis summa tanto majus in me excitabat desiderium, exactam ejus videndi delineationem. Stabat promissis D. *Eibsen*, optatam mihi effigiem transmittens: quâ tamen haud acquiescens literas hâc de re exarabam ad Amicum meum, D. *Joan: Freder: Natorp*, Hamburgi, Virum rei naturalis curiosissimum, qui & ipse illud viderat, & naturæ, non artis, opus esse affirmabat. Hic autem, rogatu meo, nativâ formâ, & vivis coloribus, depictum illius exemplum mihi transmittebat, juxta quod descriptam hic nunc icona exhibemus.

Color ejus obscurè spadiceus ex cinereo-griseo quasi obumbratur. Dorsum tuberibus inæquale est: ad latera hujus utrinque sex conspiciuntur tubera, cornea, oblonga: sub his utrinque juxta ventris latera septem alii, globosi, cornei, nodi, à pedibus ad caudam usque digesti, hærent. Subspadicea trunci totius, septemque capitum, pellis squamata non est, sed quasi marmoris in modum variegata. Colla anterius transversis veluti annulis circulata sunt. Ora septem pari omnia hiatu patent, dentibus Leoninis armata. Cauda longa rhomboideis tota squamis vestita est. Pes uterque quadrifidus est, longis acutisque unguibus munitos porrigens digitos.

Hac si occasione quidquid de Hydris, & Draconibus, maximam partem pro majoribus serpentibus habitis, antiquitas nobis tradidit, excutere vellem, vereor, ne tædium Lectori moveam; quia figmentorum hic plena sunt omnia. *Conradus Gesnerus, Hist. An. Lib. IV, pag.* 459, *Hydram*, ipsi dictam *monstrosam*, exhibet, sive serpentem Septicipitem, capitibus Leoninis, quasi coronatis, ab anticâ corporis parte binis pedibus instructam, & caudâ deorsum intortâ; de quâ simul narrat, horridissimam hancce Serpentem aquaticam septicipitem ex Turciâ Venetias translatam anno 1530, ibi publico omnium expositam conspectui fuisse, dein vero Galliarum Regi transmissam, & 6000 Ducatorum æstimatam. Id, quod incredibile quidem videtur rerum naturalium peritis. *Aldrovandi* etiam in *libro de Serpentibus* Draconis septicipitis icon habetur. *Athanasius Kircherus, lib. VIII de Animal. subterran. p.* 91, ejusmodi repræsentat Draconem, uno capite, binis auribus equinis, ore dentibus pleno, linguâ brevi, binis alis, pinnas piscium referentibus, totidemque pedibus, instructum, squamatum, & cauda quasi Lacertæ præditum. *Joan: Bapt: Helmontius* suo in libro *pag.* 985 refert, se Bruxellis anno 1599 vidisse, quod Bos, tribus herba-

voir mon Cabinet de Curiosités Naturelles, m'en donna le premier la figure. Cet Etranger me disoit avoir vu l'Animal même à Hambourg; qu'il ressembloit à un Serpent, à sept têtes élevées, ayant chacune la gueule béante, armée de grandes & de petites dents; que du reste il avoit seulement deux pattes, & une longue queuë; de sorte que quoiqu'il passât pour un Serpent à sept têtes, il aprochoit néanmoins davantage d'un Dragon que d'un Serpent. J'avoue que cette relation me parut fort paradoxe, & tenir plus de la fable que de la vérité.

Mais l'année suivante, Mr. *F. Eibsen*, Ministre du S. Evangile dans un endroit du Duché de Breme qu'on nomme Wursten, venant un jour voir mon Cabinet, me raconta la même chose de cette Hydre, & me promit de m'en procurer la figure tirée d'après cet Animal qui est à Hambourg, ce qu'il pouvoit éxécuter d'autant plus aisément qu'il étoit lié avec Mrs. *Dreyern*, & *Hambel*, Négocians Hambourgeois, possesseurs de cette Hydre. Il m'aprit qu'elle avoit d'abord apartenu au Comte de Koningsmarck, & qu'ensuite après sa mort, elle étoit tombée en héritage au Comte de Leeuwenhaupt. Comme j'avois ouï dire qu'elle étoit à vendre pour dix mille florins, & qu'il me confirma cette particularité, la grosseur de la somme réveilla mes désirs d'en avoir une fidele copie. Mr. *Eibsen* tint parole, & me la procura cette copie que je souhaitois. J'avouerai pourtant que n'osant m'y fier absolument, j'écrivis encore à mon ami, Mr. *Jean Freder. Natorp*, de Hambourg, homme très-curieux dans l'Histoire Naturelle, qui a vu de ses yeux la même Hydre, & qui m'a assuré qu'elle n'étoit nullement l'ouvrage de l'Art, mais véritablement celui de la Nature. Cet ami, à ma requisition, m'en a aussi envoyé la copie en grandeur naturelle, & fort bien enluminée. C'est sur cette derniere qu'on a faite la figure que je donne ici.

La couleur de cette Hydre est d'un bai-brun, qui paroit ombré d'un cendré-gris. Son dos est inégal & raboteux. On aperçoit sur chacun des côtés, six gros boutons, oblongs, & durs comme la corne, sous lesquels regnent aussi le long des flancs, sept autres tubercules, ronds, de la même nature, & placés depuis les pattes jusques à la queuë. La peau de tout le tronc du corps, de même que des sept têtes, n'est couverte d'aucune écaille, mais elle est d'une couleur tirant sur le chatain, & variée à la façon du marbre. Les sept cous sont cerclés dans la partie de devant, comme d'anneaux mis en travers. Toutes les sept gueules sont également béantes, & armées de dents de Lion. Sa longue queuë est toute garnie d'écailles rhomboïdes. Chaque patte se termine en quatre orteils, munis d'ongles longs & pointus.

Si je voulois discuter ici ce que les Anciens ont écrit sur les Hydres & les Dragons qui passent la plûpart pour de grands Serpens, je craindrois d'ennuyer le Lecteur, parce que ce qu'ils en raportent n'est qu'un tissu de fables & de fictions. Conrad Gesner parmi les Modernes, dans son *Histoire des Animaux* Liv. IV. pag. 459, représente une *Hydre* qu'il apelle *monstrueuse*, laquelle avoit deux pattes de devant, la queuë bouclée en bas, & sept têtes, dont chacune semblable à celle d'un Lion, portoit une espece de couronne. Il raconte, que cet horrible Serpent aquatique à sept têtes, fut aporté de Turquie à Venise en 1530, & là fut exposé en public à la vuë de tout le monde, qu'ensuite il fut envoyé au Roi de France, & qu'on ne l'estimoit pas moins de 6000 Ducats. Cela paroit incroyable à ceux qui entendent l'Histoire-Naturelle. L'on peut voir une autre figure d'un Serpent à sept têtes, dans le Livre d'Aldrovandus qui traite *des Serpens*. Athanase Kircher, pag. 91 de son VIII Livre des *Animaux Souterrains*, représente un pareil Dragon, couvert d'écailles, ayant une seule tête, deux oreilles de Cheval, la gueule garnie de dents, la langue petite, deux ailes ressemblant à des nageoires de Poisson, deux pattes, & une queuë comme de Lézard. Jean Baptiste van Helmont écrit à la page 985 de son Livre, qu'il a vu à Bruxelles en 1599, qu'un Bœuf après avoir mangé trois especes d'herbes differentes, vomit un Dragon qui avoit la tête de Serpent,

herbarum speciebus ante pastus, vomitu reddiderit Draconem, capite serpentino, & caudâ quasi Anguillæ, donatum. Narrant alii, Draconem nasci, quando Serpens Serpentem devoravit. Hujus farinæ figmenta D. Professorem *Joh. Jac. Scheuchzerum* eò adducunt, ut in *Jobi Physica Sacra*, *pag.* 259, fateatur, se omni hactenus ad Dracontologiam adhibita opera invenisse nihil, quod usquequaque sibi posset satisfacere: qua dein occasione simul animadvertit, quot quantisque passim narratiunculis circumduci se & falli mundus patiatur. Hieroglyphicam Draconum significationem in Sacris Paginis breviter demonstrat D. *Arnoldus Ruimig Tom. I Hieroglyph. Sacr. pag.* 145; item *Majus* in *Histor. Anim. Sacr.* & alii.

Num. 2. *Lacerta, Americana, volans; seu Draco volans.*

Non adeo grandis hæc est & elegans, ac quæ Tab. LXXX, Num. 3, exhibetur Africana. Alæ ejus, minusculæ etiam, coloris ex ruffo cinerei, maculis oblongis, saturatè spadiceis, obliquè versus oram alarum euntibus, variegantur, & molli ex osse constant, tenaci pelle, uti pinnæ piscium, obducto. Femora pedum anticorum alis adfixa sunt; posteriorum verò libera. Crassior caudæ pars acutis horret spinis. Cauda cæterum, tenuis, & longa, obscuris maculis distinguitur. Superior omnis & inferior corporis superficies minutis squamulis tegitur. Vid. Tab. LXXX.

Num. 3. *Avis Americana, Rubicilla; seu* Phœnicuri *species.*

Aves inter oscines pulchritudine nulli cedit, nigra quippe crista, lucidos oculos ambiente, & rostro brevi, acuminato, albo, superbiens. Collum anterius maculâ nigrâ notatum est. Pectus & ventrem cyaneus ornat color; coccineus verò amœnissimus alas, caudam, & dorsum. Pedes longi, graciles, unguiculis tenuibus, & concinnis, innituntur.

Num. 4. *Avis, Americana, cristata,* Rubetra *dicta.*

Et hæc inter oscines Aves non infima, cristam gerit luteam, fusca cæterum sub rostro luteo, longiore, & ex ruffo lutea circa collum & truncum corporis. Pennæ remiges, & cauda, cærulo coruscant pigmento, dum pennæ alarum vestitrices dilutè flavescunt.

TABULA CENTESIMA ET TERTIA.

Num. 1. *Fœtus Crocodili Ceilonici, ex ovo prodiens.*

Crocodili hæc progenies suo in ovo sub arenis incubata, perfectitudinem adepta, inde erumpere nititur in vitales auras, sibi per terram & aquas quæsitura pabulum. Rarum certè specimen, quod forte fortunâ ipso hoc in exclusionis actu repertum, hac sub formâ, liquore Arack conditum, ex insulâ Ceilonensi nobis transmissum est. E maximis quidem est horum Animantium speciebus, aquas magis, quam terram, inhabitans. Scutiformes illæ squamæ, latæ, grandes, ellipticis tuberculis inæquales, speciei diagnosin

Serpent, & la queuë d'Anguille. D'autres Auteurs avancent que le Dragon nait, quand un Serpent a dévoré un autre Serpent. De pareils traits, de semblables sottises, ont porté le Professeur Jean Jaques Scheuchzer à reconnoitre dans sa *Physique Sacrée*, sur le Livre de Job pag. 259, qu'il n'avoit encore rien trouvé touchant l'Histoire-Naturelle des Dragons, qui pût le moins du monde le satisfaire; sur quoi il ne peut s'empêcher de réfléchir, de combien de fadaises & de contes de vieilles, le monde souffre partout qu'on le nourrisse & qu'on le berce. Au reste ceux qui seront curieux d'entendre la signification Hieroglyphique des Dragons dont parle l'Ecriture Sainte, peuvent recourir à Arnoldus Ruimig dans ses *Hieroglyphiques Sacrés* Tom. I, pag. 145, à Majus dans son *Histoire des Animaux Sacrés*, & à d'autres.

N°. 4. *Lézard d'Amerique qui a des ailes, ou Dragon ailé.*

Ce Lézard n'est ni si grand, ni si beau, que le Lézard d'Afrique représenté au N°. 3 de la Planche 80. Ses ailes aussi d'une moindre grandeur, sont cartilagineuses, & couvertes d'une peau tenace comme les nageoires des Poissons; leur couleur est d'un roux-cendré, vergetté de taches bai-brunes, oblongues, qui décourent obliquement vers les bords. Les cuisses des pattes de devant sont accruës aux ailes, mais les pattes de derriere ont le jeu libre. Sa queuë est longue, menue, marquetée de taches brunes, & garnie de petites pointes de chaque côté du haut-bout. Le dessus & le dessous du corps sont couverts de minces & petites écailles. Voyez la Planche 80.

N°. 3. *Oiseau d'Amerique, nommé* Rubicilla; *ou Espece de Rossignol de muraille.*

Il ne le cede en beauté à aucun Oiseau de chant. Sa tête est hupée d'une crête noire, ses yeux luisans, son bec blanc, court, & pointu; le devant de son cou marqué d'une tache noire; sa poitrine, & son ventre, bleus; son dos, ses ailes, & sa queuë, d'un rouge d'écarlate; ses pieds longs, grêles, munis d'ongles bien faits, & déliés.

N°. 4. *Oiseau d'Amerique, qu'on apelle* Rubetra, *orné d'une Crête.*

Celui-ci n'est pas non plus un des moindres Oiseaux de chant. Il a la crête jaune, le bec jaune aussi, excepté dessous qu'il est brun. Son plumage est autour du cou, & sur le corps, d'un roux-jaune. La queuë, & les grosses plumes des ailes, sont d'un bleu-éclatant, tandis que les petites plumes sont d'un jaune-pâle.

PLANCHE CENT ET TROISIEME.

N°. 1. *Petit d'un Crocodile de Ceylan, sortant de l'œuf.*

Ce Petit de Crocodile, couvé sous le sable, tâche dès qu'il est formé, de sortir de sa coque pour chercher sa nourriture sur terre ou dans l'eau. Il est rare de rencontrer un Petit de Crocodile justement au terme qu'il vient à éclorre. Celui-ci, qu'on a trouvé par hazard dans le tems qu'il sortoit de sa coque, m'a été envoyé de l'Isle de Ceylan, conservé dans de l'Arack. Il doit être mis au rang de la plus grosse Espece de Crocodiles, vivant plus dans l'eau que sur la terre. Ses écailles dures, larges, grandes, chargées de boutons de figure ovale, caractérisent son Espece. Sa tête est longue, & menue; ses narines larges & relevées. Les deux


TAB. CIII.
Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 1.
C
A
B
Fig. 5.



diagnosin exhibent. Caput ejus longum, tenue, elevatioribus patet naribus. Rictus, oblongo-angustus, serratim committitur ad auriculas usque, quæ longo & angusto hiant foramine, fimbriato. Oculi grandes multum protuberant. Verticem capitis, ad cervicis usque cum hoc articulationem, scutatæ tegunt squamæ, latiusculæ. Collum verò squamulæ minores, elevatæ, collaris instar, vestiunt. Antici pedes ratione squamarum rhomboidearum, lutearum, & macularum saturatè spadicearum, cum eo, qui ante exhibitus est, conveniunt.

Ovum, anserino majus, vi solis radiorum, fervente in arenâ, subspadiceum acquisivit colorem, & quasi commaculatum apparet; cæterum ocellis veluti albicantibus, plurimisque punctis nigris, variegatur. Triplici autem gaudet involucro, lit. A, B, C notato. Lit. A externam, duram, crustosam indicat testam; lit. B alteram tunicam membranaceam; C intimam, quæ unà cum ovi vitello corpori Animalis etiamnum adhæret. Recens exclusis pullis umbilicus patet, sensim dein concrescendo sese claudens, ut ante memoravi.

Num. 2. *Crocodilus, Africanus, recens natus.*

Alia hujus est forma, alius squamarum apparatus, quam Ceilonensis. Africani multò minores sunt illis, qui ex Indiis Orientalibus & Americâ proveniunt, & pro ratâ capite multo crassiore, rostroque breviore, gaudent. Squamæ supini corporis hic luteæ, reticulatæ, maculis spadiceis, quasi Tigrinis, variegantur: idemque & in femoribus, pedibusque, obtinet. Pedum, tam anticorum, quam posticorum, pars extrema, quatuor digitis, unoque pollice, manum quasi referens, uno colore luteo picta est. Venter dilutè flavescit. Caudæ, spadiceis tæniis annulatæ, dorsum erectis squamis grandioribus veluti pectinatum est. Species hæc magis terram, aut flumina, non adeo profunda, incolit, utpote natando vix apta; siquidem posticorum pedum digitos nullâ membranâ colligatos gerat.

Num. 3. *Crocodili, Africani, recens nati, altera species.*

Priori similis est, solâ picturâ exceptâ: reticulatæ enim hujus squamæ, quadrangulæ, saturatè luteæ, dilutè fuscis tæniis per caudam æquè, ac totum corpus, distinguuntur. Pectinatæ etiam, quæ è caudæ dorso eminent, squamæ huic, quam priori, majores sunt. Postici ejus pedes quatuor tantum, uti plerumque obtinet, digitos promunt.

Num. 4. *Crocodilus, Americanus, ex Curassoâ.*

Africanis ferè quoad squamas & formam congruit, nisi, quod naso breviore, & crasso caudæ principio, duplici serie squamarum erectarum pectinato, gaudeat. Bini autem illi ordines squamarum circa caudæ medium sese uniunt. Dorsum ejus totum saturatè spadiceum est; at dilutioribus tæniis ambitur cauda. Venter ex albo flavescit, dilutè fusca variegatione distinctus.

Num. 5. *Ovum Crocodili, Africani.*

Id unà cum aliis rarioribus è Promontorio Bonæ Spei nobis transmissum est, penitus quidem album, nigrisque punctis conspersum. Magnitudine cedit multùm iis, quæ in Americâ & Indiis Orientalibus haben-

deux mâchoires de sa gueule oblongue-étroite, & fendue jusqu'aux oreilles, se joignent par une suture comme de dents de scie engagées les unes dans les autres. Le trou des oreilles est étroit, long, & dentelé dans les bords. Ses grands yeux sortent de la tête, laquelle depuis le sommet jusqu'à la nuque du cou, est défendue par de larges & fortes écailles. Son cou est couvert de petites écailles, élevées, qui forment tout autour comme un collier. Ses pattes de devant sont revêtues d'écailles rhomboïdes, jaunes, mouchetées de taches d'un bai-obscur.

L'œuf de ce Crocodile paroit comme sali; il est plus gros qu'un œuf d'Oye, d'une couleur tirant sur le chatain, qu'il a prise étant placé dans un sable brulant, par la chaleur des rayons du soleil. Du reste, il est parsemé de taches blanchâtres comme d'autant de petits yeux, & picoté de plusieurs points noirs. Il est composé de trois tuniques désignées par les lettres A. B. C. La lettre A, marque la coque externe, dure, forte, épaisse. La lettre B, dénote la seconde tunique, membraneuse. La lettre C, indique la tunique interne, encore adhérente avec le jaune d'œuf au corps du Crocodile. L'ombilic est ouvert dans les Petits de ces Animaux nouvellement nés; ensuite, comme je l'ai déja remarqué cidessus, il se ferme en se joignant insensiblement.

N°. 2. *Crocodile d'Afrique, nouvellement éclos.*

Il est d'une tout autre figure, & couvert d'écailles toutes differentes de celles du Crocodile de Ceylan. D'ailleurs, les Crocodiles d'Afrique sont beaucoup plus petits que ceux d'Amerique, & des Indes. Leur tête est aussi plus grosse à proportion, & leur museau plus court. Les écailles du dessus du corps, des cuisses, & des pattes de celui-ci, sont jaunes, maillées, & tigrées de taches chatain. Les pattes de devant & de derriere ressemblent assez à une main d'homme, se fendant en quatre doigts & un pouce, dont la couleur est jaune. Le ventre tire sur un jaune-pâle. Sur le dos de la queuë qui est toute cerclée de bandes chatain, regne une dentelure formée par d'assez grandes écailles, redressées & pointues. Cette Espece de Crocodile se plait davantage sur terre, ou cherche les endroits de l'eau les moins profonds, ne pouvant pas nager avec facilité, parce que les doigts de ses pattes de derriere ne sont attachés par aucune membrane.

N°. 3. *Autre Espece de Crocodile d'Afrique, nouvellement éclos.*

Ce Crocodile ressemble au précedent, excepté pour la couleur; car ses écailles, maillées, & faites en lozange, sont d'un jaune foncé, qu'entrecoupent sur tout le corps, & sur la queuë, des bandes d'un brun-clair mises en travers. Il regne aussi sur le dos de sa queuë une dentelure d'écailles, mais plus grandes que celles du Crocodile précedent. Ses pattes de derriere n'ont que quatre doigts, ainsi qu'on l'observe d'ordinaire.

N°. 4. *Crocodile d'Amerique, de Curaçao.*

Il aproche beaucoup des Crocodiles d'Afrique, pour la figure & les écailles qui le défendent; mais son nez est plus court, le commencement de sa queuë plus gros, & d'ailleurs revêtu d'un double rang d'écailles, taillées aussi en façon de dents; ce double rang d'écailles se forme en un seul vers le milieu de la queuë. Le dessus de son corps est d'un bai-brun, & sa queuë est entourée de bandes d'un bai moins foncé. Son ventre est de couleur isabelle, variée d'un brun-clair.

N°. 5. *Oeuf de Crocodile d'Afrique.*

On nous l'a envoyé parmi d'autres raretés, du Cap de Bonne Esperance. Il est entierement blanc, parsemé de points noirs, & beaucoup plus petit que les œufs de Crocodile d'Amerique & des Indes Orientales. Plusieurs Auteurs raportent, que les Barbares & les

habentur. Authorum multi referunt, ova Crocodilorum tam à Barbaris, quam Christicolis, in cibum sumi: quam rem in medio relinquimus. Haud ita pridem à Reverendo Viro *Georgio Henrico Werrently*, olim Bataviæ Verbi Divini Interprete, nunc verò hic loci commorante, bina Crocodilorum ova dono accepimus, præter alia rariora, qui & tunc aliud nobis monstravit Crocodili ovum, valdè oblongum, binis vitellis præditum: unde patet, idem, quod nonnullis Gallinis & Anseribus, nonnunquam & Crocodilis contingere.

Num. 6. *Alga marina, spinosa, ex Africâ.*

Spinulæ hic acutæ, nigricantes; foliola furcarum ferè in modum efformata, coloris thalassini; caulis verò & ramuli flavescentes, conspiciuntur.

Num. 7. *Alga marina, Africana, ramulis denticulatis, ruffulis, flosculis* Anagallidis *luteis.*

TABULA CENTESIMA ET QUARTA.

Num. 1. En hîc ovum Crocodili Curassavici, suum adhuc integrè fœtum continens, attamen hujus jam exitum molientis rostro aliquantisper pertusum! Natura, summo dirigente Numine, ubique adeò fuit provida, ut ad speciei propagationem nihil deficeret uspiam. Horumce equidem Animantium ova crassiorem multò, quam Gallinacea, aut Anserina, habent corticem exteriorem, at contrà friabiliore rursum de materie Calcariâ concretum. Tunica testam Calcariam succingens crassior itidem est & tenacior, quam in Anserinis, Alutæ tenuiori, digitis haud facile dilacerandæ, similis. Discimus hinc, Animalculum capite licet jam jam per exteriores binos cortices, pertusos, emisso, attamen binis anticis pedibus, & corpore reliquo, è testa prorsus emergere nondum posse, utpote debito virium gradu nondum instructum: funiculus enim umbilicalis vitellum ovi arctè adhuc ambit & illigat; inde verò pabulum derivatur sustentando, augendo, & roborando pullo dicatum, donec hic involucra penitus perrumpere queat. Ita, decrescente sensim vitello, Animalculum adolescit, quod dum totum è testâ prorupit, reliquum vitelli, tunicâ involutum, funiculo umbilicali adhuc adnexum monstrat: cernitur tum alius præterea funis, secundinæ similis, ex involucro membranaceo, quo Animalculum continebatur, constans, internæ testæ superficiei adhærens, & ipsius pulli etiam abdomini infixus.

In decursu ostendemus hac in Tabula, quânam ratione fœtus Crocodilorum sensim accrescant, & è vitello ovi, quamdiu succulentus hic est, & nutritia materia dives, suum trahant pabulum, sive testa adhuc reconditi sint, sive defacto exclusi. At ubi proprio quærendo victui, qui ore assumitur, aptum est Animal, tum partes illæ, quibus funiculus umbilicalis & secundinæ hactenus adhæserê, separantur, absceduntque, & liberum dimittunt Animal proprium nunc alimentum vel in aquis, vel super terram, pro suâ quodlibet specie conquirere coactum. Aquas & maria qui inhabitant Crocodili, posticâ parte instar Anserum, Anatumque, palmipedes sunt, ut natare queant: terrestres contra aut parum, aut nihil monstrant membranacei

& les Chrétiens habitans de ces païs-là, mangent également les œufs de Crocodile, ce que je laisse indécis sans m'amuser à l'examiner. Il n'y a pas longtems que Mr. *George Henri Werrently*, ci-devant Ministre de l'Evangile à Batavia, & demeurant présentement dans cette Ville, m'a donné outre d'autres raretés, deux œufs de Crocodile. Il m'a aussi montré un œuf de cet Animal, fort oblong, lequel avoit deux Jaunes; d'où il paroit qu'il arrive quelquefois aux œufs de ces Animaux, la même chose que nous observons ici dans quelques œufs de Poule & d'Oye.

N°. 6. *Algue marine, d'Afrique, garnie de petites épines.*

Ses épines sont noirâtres & piquantes; ses feuilles de couleur de mer, fourchues en deux en maniere de fourche; sa tige & ses branches tirent sur le jaune.

N°. 7. *Algue marine, d'Afrique, à rameaux dentelés, & à petites fleurs de Mouron, jaunes.*

PLANCHE CENT ET QUATRIEME.

N°. 1. Voici un œuf de Crocodile de Curaçao, contenant encore son fruit tout entier, qui néanmoins cherche déja à en sortir, l'ayant même un peu percé avec son museau. Ainsi la Nature, sous la direction de l'Etre supreme, pourvoit tellement à tout, qu'il ne manque rien à la propagation de chaque Espece. Les œufs de ces Animaux, ont la coque exterieure beaucoup plus épaisse que les œufs d'Oye ou de Poule, mais en même tems plus friable. La tunique interieure contiguë, est aussi plus épaisse & plus forte que dans les œufs d'Oye, & ressemble assez à un cuir fin corroyé, qu'on ne peut si aisement déchirer. Nous aprenons de là que cet Animal, quoiqu'il ait déja porté la tête hors de ces deux envelopes exterieures, ne peut pourtant pas encore sortir de la coquille ses deux pieds de devant & le reste de son corps, manque de forces nécessaires. Le cordon ombilical est encore uni au jaune de l'œuf, & l'environne étroitement. C'est par ce canal que l'embrion du Crocodile reçoit sa nourriture, son accroissement, & ses forces, jusqu'à ce qu'il soit en état de rompre entierement ses envelopes. Ainsi à mesure que le jaune de l'œuf diminue, l'Animal s'accroît; & quand il est hors de sa coquille, l'on voit qu'il a encore attaché au cordon ombilical le reste du jaune de l'œuf qui est envelopé d'une membrane. Outre ce cordon, on aperçoit un autre ligament, semblable à l'arriere-faix, composé de l'envelope membraneuse où l'embrion étoit auparavant renfermé, adhérent à la tunique interieure, & joint au bas-ventre du petit Animal.

Nous ferons voir à l'œil dans cette Planche, comment les fœtus de Crocodile prennent insensiblement leur accroissement, & tirent leur nourriture du jaune de l'œuf tant qu'il abonde de ce suc nourricier, soit que ces fœtus soient renfermés dans leur coque, soit qu'ils soient éclos. Dès que le fœtus est éclos, & en état de prendre sa nourriture par la gueule, alors ces parties où le cordon ombilical & l'arriere-faix ont été jusqu'à présent adhérens, se séparent, se retirent, & laissent l'Animal libre de chercher sa vie dans l'eau ou sur la terre, selon l'Espece dont il est. Les Crocodiles qui habitent dans les fleuves ou dans la mer, ont les pieds de derriere en patte d'Oye ou de Canard, pour pouvoir mieux nager. Mais les Crocodiles Terrestres ont les doigts des pieds libres,






TAB. CIV.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 9.
Fig. 10.
Fig. 11.
Fig. 12.
A. vander Laan fecit.



nacei inter pedum ſuorum digitos, licet tamen & in aquis vivere hi queant. Plurima de Crocodilis figmenta narrantur, quæ hujus loci non ſunt.

Num. 2. Alterum hocce ovum prominens Crocodili roſtrum monſtrat, capite interim ejus nonniſi pro parte dimidiâ inde excluſo.

Num. 3. *Ovum aliud Crocodili, pullo fœtum.*

Hoc tertio in ovo caput collumque pulli excluſa cernuntur, reliquâ corporis parte adhuc profundè reconditâ. Glutinoſa, ſpiſſa, materies, lutea, transparens, in ovo deprehenditur, quæ caput, cuculli inſtar, contegit & deprimit: pollicem lata eſt iſta galea, in medio craſſior, quam in ambitu, & ovi interioribus adligatur. Forte gluten iſtud pars eſt ſeminis virilis, prout in omnibus ovis Animalium fœcundatis conſpicitur, quæ ibi condenſata huic nunc uſui inſervit, ad caput ſcilicet deprimendum, & in eo, quem Natura ipſi hîc dedit, flexu detinendum, ne id ob Animalis longitudinem maturius teſtam perterebraret.

Num. 4. *Quartum Crocodili ovum, cum pullo.*

Hîc ſpina dorſi incurvati acuminata teſtam ovi diffringens Crocodilo exitum ſternit; ſigno, non ſemper caput præcedere, uti in pullis Anſerum, Gallinarum, & avium aliarum, obtinet, qui roſtris ſuis, parte quippe ipſorum duriſſimâ, tunicam internam & teſtam ovi rumpunt, & effringunt, matre interim extrinſecus plerumque ſuam quoque operam conferente ad ovi corticem leniter diſſolvendum, ut contenti pulli erumpere queant. Contrarium hic in pullis Crocodilorum deprehenditur, qui ovi teſtam & membranas quandoque dorſo ſuo, quandoque roſtro, perterebrant. Tamdiu hi in ovo permanent, donec vitelli ope ad juſtum incrementi terminum pervenerint, proprio deinceps corpori curando apti: neque exitum moliuntur prius, quam de alimento neceſſario ſibi proſpicere queant. En rem admiratione digniſſimam! Pullis hisce, alienâ ope deſtitutis, Deus providet, ut vivi conſerventur.

Num. 5. Quintum Crocodili ovum oſtendit a latere dorſum pulli incurvatum, caputque deorſum ſpectans, glutinoſâ & craſſâ ſuâ placentâ extuberans. Partem binorum tegminum exteriorum a latere diſcidimus, ut Animalculi ſuis adhuc in membranis reconditi forma pateret. Tenax & lenta pinguitudo, axungiæ flavæ ſimilis, ſub involucro membranaceo, totum ejus corpus obtegit. Ipſum verò involucrum extus & intus vaſculis ſanguineis, variè ramificatis, perreptatur. Gaudet & ſuâ vitellus tunicâ, vaſculis ſanguineis inſtructâ.

Num. 6. Crocodilus hicce ferè totus iam ex ovo prodiit, caudam ſi exceperis, & vitellum, qui funiculo umbilicali adhæreſcit eousque, donec ſenſim emunctus & penè conſumtus ſit.

Num. 7. En alium hic Crocodili pullum fœmininum, cujus in abdomine vitellus ferè totus concluſus hæret, exceptâ parte quadam funiculi membranacei ſuperſtite, quæ inde propendens tandem, abdomine perfectè clauſo, decidit. Notabile admodum eſt, quod fœmellæ Crocodilorum vitellos ſuos intra abdomen conſumant, uti Gallinarum & aliarum Avium pulli; maſculi contra vitellos extra abdomen pendulos gerant, ſenſim exſugendos, donec, quod ſupereſt, arefactum decidat.

Num. 8.

bres, & peu ou point attachés par une membrane, quoique cependant ils puiſſent auſſi vivre dans l'eau. On fait ſur les Crocodiles bien des contes, dont cet Ouvrage n'eſt point un repertoire.

N°. 2. L'on voit dans un ſecond œuf le muſeau du Crocodile qui ſort, & ſeulement une moitié de la tête qui eſt dehors.

N°. 3. *Troiſieme œuf de Crocodile, avec le Fœtus.*

La tête & le cou du fœtus paroiſſent hors de la coque de ce troiſieme œuf, mais le reſte du corps y eſt encore renfermé. Une matiere épaiſſe, visqueuſe, jaune, transparente, formée en façon de coiffe, couvre & abaiſſe la tête de ce fœtus. Cette coiffe large d'un pouce, & plus épaiſſe dans le milieu que dans le contour, eſt attachée à l'interieur de l'œuf. Peut-être que cette espece de membrane gluante, que l'on remarque dans tous les œufs d'Animaux qui ont été fécondés, eſt une portion de la ſemence du Mâle, laquelle après s'être épaiſſie & condenſée, ſert à abaiſſer la tête du petit Animal, & à la retenir dans cette poſture pliée, de peur que la longueur de cet Animal renfermé, ne lui faſſe percer avec ſa tête la coque de ſon œuf avant le tems requis.

N°. 4. *Quatrieme œuf de Crocodile, avec ſon Petit.*

C'eſt ici l'épine pointue du dos de ce Petit de Crocodile, laquelle a rompu la coque de l'œuf, & lui en a fourni l'iſſue. Preuve, que la tête de ces Animaux ne ſort pas toujours la premiere, comme il arrive dans les Petits d'Oye, de Poule, & d'autres Oiſeaux, qui rompent avec leur bec dur, la tunique interne & la coque de l'œuf, la Mere de ſon côté les aidant d'ordinaire, & travaillant à amollir exterieurement cette coque, pour faciliter à ſes Petits d'éclorre. Mais on remarque, que les Petits de Crocodile percent les membranes & la coque de leur œuf, quelquefois avec le dos, & quelquefois avec le muſeau. Ils y demeurent renfermés jusques à ce qu'ils ayent aquis leur groſſeur néceſſaire pour être en état de vivre par eux mêmes, & ils ne tentent point de ſortir de l'œuf avant ce terme. Choſe digne d'admiration que la maniere dont Dieu a pourvu à la vie & au ſoutien de ces ſortes d'Animaux!

N°. 5. Ce cinquieme œuf de Crocodile fait voir de côté, le dos courbé du Petit qui y eſt contenu, de même que ſa tête regardant en bas, & ceinte de ſa coiſe épaiſſe & glutineuſe. Nous avons coupé ſur le côté une portion des deux tuniques exterieures, pour que l'on vît la forme de ce petit Animal, encore envelopé de ſes membranes. Une graiſſe visqueuſe, gluante, & ſemblable à du vieux-oing jaune, enduit tout le corps par deſſous ſon envelope membraneuſe. Cette envelope eſt parſemée, tant exterieurement qu'interieurement, de diverſes ramifications de vaiſſeaux ſanguins. Le jaune de l'œuf eſt couvert de ſa propre tunique, laquelle reçoit auſſi pluſieurs vaiſſeaux ſanguins.

N°. 6. Ce Crocodile-ci eſt tout entier hors de ſon œuf, à l'exception ſeulement de ſa queuë, & du jaune qui demeure toujours adhérent au cordon ombilical, jusqu'à ce que ce ligament ſoit presque disparu.

N°. 7. Voici un autre Petit Femelle de Crocodile, dans le bas-ventre duquel le jaune de l'œuf eſt contenu presque tout entier, excepté cette partie du cordon de l'ombilic qui demeure pendante, & qui ne tombe que quand l'ombilic eſt parfaitement refermé. C'eſt une choſe fort remarquable, que les Crocodiles Femelles conſument entierement le jaune de l'œuf dans leur basventre, de même que les Petits de Poule & d'autres Oiſeaux, tandis que les Mâles au contraire, portent ce jaune hors de leur basventre, & le ſucent inſenſiblement, jusqu'à ce que ce qui reſte, étant devenu ſec & ſans ſuc, vienne à tomber.

N°. 8. Ce-

Num. 8. Pullus hic est Crocodili masculus, posticâ corporis parte adhuc ovi testæ adhærens.

Num. 9. Hic pullus integre iam exclusus, vitello tamen ope funiculi adhuc alligatus est: succo plenissimus etiamnum vitellus est, vasisque sanguineis præditus.

Num. 10. *Crocodilus junior, Ceilonicus.*

Non insigne est horum quoad formam à præcedentibus Crocodilis Marinis discrimen. Crasso sunt & curto capite. Squamæ planæ & oblongæ, ex luteo & spadiceo, marmoris in modum, variegatæ, cutim tegunt. Dicuntur non adeo maligni esse, quam Crocodili marini; siquidem in fluminibus habitantes, & pabulum suum quærentes, ubi in terram prodeunt, fugiant hominem, & ocyus sese in aquas rursum proripiant.

Num. 11. Pullus hicce Crocodili fœmininus ventrem exhibet ferè penitus clausum, parva saltem portione funiculi umbilicalis inde adhuc propendente.

Num. 12. Ab omnibus hicce reliquiis liberatus pabulum, quo se sustentet, proprio marte quærere iam novit.

Præcedente Tabulâ de pullis Crocodilorum Africanorum & Ceilonensium, horumque ovis, iam locuti sumus: interea vero temporis collectionem hancce elegantissimam dono accepimus à Fautore nostro venerandissimo, D. *Frederico Eck*, cujus iam ante singularem laudavimus munificentiam. Conspiciuntur hic varia Crocodilorum ova, unà cum pullis tam contentis, quam defacto exclusis, ordine pulcherrimo, juxta successivas periodos digesta, ut forte centum annorum spatio concinna adeò series reperiri vix queat; siquidem omnia hic collecta & perfecta, prout in Tabulâ repræsentantur, oculis queant usurpari. Sub arenis oræ maritimæ, in portu Craco, reperta, optimè constituta, & conservata, in lagena liquore *Kilduivel* repletâ huc pervenerunt. Specimina hæcce pretiosissima rarissimè obvia sunt alicubi, & mirabilium Dei operum documenta præbent luce meridianâ clariora. Ita Conditor supremus ex decreto suo imperscrutabili cuncta quam sapientissimè, & summâ cum providentiâ, creavit, uti Psalmista *Ps. CIV* canit. Quæ porrò de Crocodilis notanda veniunt, sequentes Tabulæ dabunt.

Num. 1. Lit. A. Ovum Crocodili.
B. Testa ejus exterior, Calcaria, dura, quæ Animalculi contenti allisu facile frangitur & desquamatur.
C. Rostrum pulli iam iam prorupturum.
D. Involucrum crassum, membranaceum, Alutæ instar tenax, non facile rumpendum.

Num. 2. Lit. A. Rostri ferè pars dimidia, iam è testa prominens.

Num. 3. Lit. A. Hic caput & colli pars iam exclusa sunt.
B. Materies dura, glutinosa, caput deprimens.
C. Involucra interna, quibus in ovo continetur pullus.

Num. 4. Lit. A. Hîc pullus dorso curvato, & capite deorsum spectante, per medium ovi prorumpere conatur, uti lit. D monstrat.
B. Membrana crassa intermedia est.
C. Membrana interior tenuis, quasi complicata.

Num. 5.

N°. 8. Celui-ci est un Petit Mâle de Crocodile, dont le derriere du corps adhére encore à la coque de l'œuf.

N°. 9. Ce Petit, quoiqu'entierement éclos, est néanmoins encore attaché au jaune de l'œuf par le cordon ombilical. Ce jaune est même plein de substance, & paroit parsemé de vaisseaux sanguins.

N°. 10. *Jeune Crocodile de Ceylan.*

Il n'y a pas une fort grande difference quant à la figure, entre ces sortes de Crocodiles, & les Crocodiles de Mer, dont nous avons parlé précedemment. Ils ont la tête grosse & courte, la peau couverte d'écailles plattes, oblongues, marbrées de jaune, & de chatain. On dit qu'ils ne sont pas d'un naturel aussi méchant que les Crocodiles de Mer, d'autant que vivant dans les rivieres, s'ils abordent à terre, & qu'ils voyent un homme, ils se sauvent & se jettent bien vite dans l'eau.

N°. 11. Ce Petit de Crocodile qui est une Femelle, a le ventre presque absolument fermé, hormis seulement une petite portion du cordon ombilical qui en pend encore.

N°. 12. Le Crocodile dépeint ici, délivré de tout arriere-faix, sait déja chercher par lui-même la nourriture qui lui est propre.

Nous avons parlé dans l'explication de la Planche précedente, tant des Petits de Crocodiles d'Afrique & de Ceylan, que de leurs œufs. Mais je ne dois pas oublier de dire, que cette superbe Collection m'a été donnée en présent par une personne que j'honore singulierement, Mr. *Frederic Eck*, duquel j'ai déja eu occasion de louer les liberalités genereuses qu'il m'a faites. Je viens de mettre devant les yeux de mes Lecteurs plusieurs œufs de Crocodile avec leurs Petits qui y étoient contenus, ou qui venoient d'en sortir. Une pareille suite, rangée avec ce bel ordre, selon les termes successifs de l'accroissement de ces Animaux, est quelque chose de si rare, qu'on auroit peut-être de la peine dans le cours d'un siecle, de former ou de rencontrer un assortiment aussi curieux en ce genre. Je n'invente rien, j'ai dans mon Cabinet la Collection de ces œufs que je peux montrer, & qui sont tels qu'on les a ici représentés. On les a trouvé dans le Port Craco, sous les sables du rivage de la Mer, & ils me sont parvenus en bon état, & fort bien conservés dans une bouteille pleine de cette espece d'Eau-de-vie nommée *Rum* dans le langage du païs, & *Kilduivel* en Hollandois. On rencontrera très-rarement quelque part ailleurs, ces sortes de précieuses montres, qui manifestent si évidemment la diversité des merveilleux ouvrages de Dieu, lequel, comme dit le Psalmiste, au Ps. CIV, a fait toutes ses œuvres avec sagesse. Nous renvoyons aux Planches suivantes les autres particularités remarquables sur les Crocodiles, nous contentant d'ajouter ici l'explication des lettres marquées aux N°. qui composent cette Planche.

N°. 1. Lettr. A. Oeuf de Crocodile.
B. La tunique exterieure, & la plus dure de l'œuf, laquelle par le choc du petit Animal qui est renfermé, peut se rompre & s'écailler aisément.
C. Le museau du fœtus qui est prêt à sortir.
D. L'envelope épaisse, membraneuse, semblable à un cuir fin corroyé, & difficile à déchirer.

N°. 2. Lettr. A. Une partie & presque une moitié du museau, sorti de la coque de l'œuf.

N°. 3. Lettr. A. La tête, & une partie du cou de ce fœtus, qui paroissent déja dehors.
B. La matiere visqueuse, & membraneuse, qui baisse sa tête.
C. Les envelopes internes qui le couvrent dans l'œuf.

N°. 4. Lettr. A. Ce Petit de Crocodile tâche avec son dos pointu & courbé, & ayant la tête pendante en bas, de sortir par le milieu de l'œuf, qu'indique la Lettre D.
B. Membrane épaisse, mitoyenne.
C. Membrane interieure, mince, qui semble plissée.

N°. 5. Let.






TAB. CV.
Fig. 1.
Fig. 2.
A
B
C
D
E
Fig. 3.
Fig. 4.



Num. 5. Lit. A. Placenta hic cernitur crassa, glutinosa, a capite subtus latente extrusa.
B. Dorsum Animalculi incurvatum.
C. Testa ovi exterior, crustosa.
D. Membranæ mediæ, crassæ, reflexæ, interior superficies, tenuibus fibris & vasculis sanguineis perreptata.
E. Membrana interior, tenuibus pariter vasculis sanguineis instructa, sub spisso liquore Animalculum continens, uti in aliis quadrupedibus obtinet, abdomini pulli ope funiculi umbilicalis adhærens.

Num. 6. Lit. A. Pullus ferè totus exclusus, excepta cauda, & vitello, quæ interiori membranæ adhuc adnexa sunt.
B. Crassa illa placenta est, quæ capiti imposita erat, nunc pede postico deorsum pressa.

Num. 7. Lit. A. Crocodili pullus fœmininus, vitellum integrum ventri inclusum gerens.
B. Ventris expansio, vitellum includens.
C. Vitellus ipse, è quo nutrimentum pullus trahit, donec emunctus ille & contractus sit.
D. Reliquiæ interioris ovi tunicæ.

Num. 8. Lit. A. Ventris hiatus.
B. Funis umbilicalis, ovi cavo adhuc annexus.
C. Bini funiculi, abrupti, qui vitello ovi adnati erant.

Num. 9. Lit. A. Crocodilus ovi, testâ quidem, nondum verò vitello, liberatus.
B. Vitellus, ramificationibus vasorum sanguineorum ornatus.
C. Funiculi membranacei, aperto in abdomine disseminati.

Num. 10. Crocodilum exhibet, reliquiis omnibus excussis nitidum.

Num. 11. Lit. A. Crocodilus fœmininus, cujus nondum integrè concretum est abdomen.
B. Funiculus umbilicalis tamdiu propendens, donec venter penitus coiverit.

Num. 12. Crocodilus omnibus numeris absolutus, iamdum adolescens.

TABULA CENTESIMA ET QUINTA.

Num. 1. *Lacerta Ceilonica, major, mas,* Cessator *dictus.*

Nec Hominem timet Animal hoc, nec vicissim illi metum incutit; siquidem malignâ careat indole. A latere id repræsentamus conspiciendum, ut Testiculi visui pateant, rarò alioqui in Lacertarum genere extus, sed plerumque intus in abdomine, siti; prout in multis etiam serpentibus obtinet, quarum aliæ extrinsecus testiculos gerunt, aliæ intus latentes: id, quod ante per varias icones demonstravimus. Illis igitur hac dote convenit iste Lacertus. Spinosi autem sunt ejus testiculi exterius, & propè anum è peculiari quilibet aponeurosi dependent. Dorsum Lacerti, concinnè pictum, ex saturatè spadiceo & albo variegatur. Venter ex ruffo luteus oblongas, minutasque, squamulas suas, tæniolarum instar ordinatas, variegatione

N°. 5. Lettr. A. Arriere-faix, épais, glutineux, poussé dehors par la tête du fœtus caché dessous.
B. Son dos courbé.
C. La coque exterieure de l'œuf.
D. L'interieur de la seconde membrane épaisse & repliée, pour faire voir ses fibres menues, & les vaisseaux sanguins dont elle est parsemée.
E. La membrane interieure, fournie aussi de vaisseaux sanguins. Elle renferme le Petit du Crocodile entouré d'un liquide épais, & de même que dans les autres quadrupedes, elle est adhérente au bas-ventre du fœtus par le moyen du cordon ombilical.

N°. 6. Lettr. A. Petit de Crocodile presque entierement sorti, excepté la queuë & le jaune, qui sont encore attachés à la membrane interieure.
B. Cette coife qui couvroit sa tête, est ici mise sous ses pieds.

N°. 7. Lettr. A. Petit Femelle, qui a le jaune de l'œuf contenu tout entier dans le bas-ventre.
B. L'étendue du ventre qui contient ce jaune de l'œuf.
C. Le jaune même dont il tire sa nourriture, jusqu'à ce qu'il l'ait consumé.
D. Le reste de la membrane interieure de l'œuf.

N°. 8. Lettr. A. L'ouverture du ventre.
B. Le Cordon ombilical encore adhérent à l'œuf.
C. Les deux cordons attachés à l'œuf, rompus.

N°. 9. Lettr. A. Crocodile délivré de la coque de son œuf, mais non pas du jaune.
B. Le jaune parsemé de ramifications de vaisseaux sanguins.
C. Les cordons membraneux répandus dans le bas-ventre ouvert.

N°. 10. Ici est représenté un jeune Crocodile, net de tout ce qu'il porte au sortir de l'œuf.

N°. 11. Lettr. A. Crocodile Femelle, dont le bas-ventre n'est pas encore entierement fermé.
B. Cordon ombilical qui est pendant en bas, jusqu'à ce que le bas-ventre soit parfaitement fermé.

N°. 12. Crocodile parfait, qui commence à devenir grand.

PLANCHE CENT ET CINQUIEME.

N°. 1. *Grand Lézard de Ceylan, Mâle, nommé le Lézard* Paresseux.

Il ne craint pas l'homme, & l'homme ne le craint pas non plus, parce qu'il n'a point de méchanceté. Nous le représentons couché de côté sur le dos, pour faire voir ses testicules, qui dans ce genre de Lézard, paroissent rarement exterieurement, mais sont pour l'ordinaire placés interieurement dans le bas-ventre: ce qu'on observe aussi dans plusieurs Serpens, dont les uns ont leurs testicules situés au dehors, & les autres cachés en dedans, ainsi que nous l'avons montré par plusieurs figures. Ce Lézard donc leur ressemble à cet égard. Ses testicules garnis de pointes, sont placés exterieurement près de l'anus, & pendent chacun de leur aponeurose particuliere. Son dos est joliment varié d'un mélange de blanc, & de bai-brun. Son ventre d'un roux-jaune, est couvert

riegatione ex albo in cinereo luteum tendente distinctas exhibet. Tota sic caudæ facies inferior pariter se habet. Colli prona pars, & femora squamulis rhomboideis, marmoris in modum pulcherrimè variegatis, teguntur.

Num. 2. *Lacerta alia Ceilonica, fœmella; ovula sua monstrans.*

In dorsum resupinatam exhibemus, ut ex aperto abdomine exempta, binis tunicis inter se junctis colligata, conspici queant ovula, quæ quidem anterius circa sternum crassiusculâ quadam membranâ, communi, adfiguntur, dum singula rursus proprio suo gaudent involucro membranaceo, cujus ope à se mutuo disparata sunt. Fœmella, dum pariendi tempus urget, laxatis involucris ovula excutit, haud aliter, ac Serpentibus usitatum est, & singula ilico in locum aliquem villosum, tutum, reposita, materie molli corrasâ tegit, ut solis calore incubentur; sicque, donec omnibus sese liberaverit, procedit. Venter hujus, insignibus squamis rhomboideis vestitus, ex dilutè cinereo satis eleganter pingitur. Maxilla inferior subtus, & postici pedes à latere interno, magnis quoque, at diversimodè tamen comparatis, teguntur squamis. Collum cæteroquin, & femora antica, cum pedibus, subtùs minutis maculis, ruffis, distinguuntur. Inter femora postica, ante anum, inter minores alias, tres conspiciuntur squamæ grandiores, albicantes, trifolii instar compositæ: inde tum cauda porrigitur, quæ ad finem usque annulata, squamata, singulis in squamis maculam subruffam ostendit. Superior corporis pars, ruffa, saturatè fuscis exornatur maculis. Cutis crassa & tenax est.

A. Ligamenta monstrat membranacea, quibus ovula alligantur.
B. Distinctionem ostendit inter binas ovulorum series conjunctas.
C. Ovulum propriâ suâ tunicâ inclusum, involucro communi liberatum.
D. Involucrum ovo iam excluso orbum.
E. Vulva est, per quam excernuntur ova, prope intestini ultimi finem patens, uti in Gallinis & avibus.

Num. 3. *Crocodilus, Aquaticus, Ceilonicus; mas.*

Supina corporis pars squamis corneis, crassis, protuberantibus, saturatè spadiceis, limbo dilutè luteo fimbriatis, tegitur. Caudæ medium geminatis ejusmodi squamis scutiformibus, eminentibus, divaricatis, vestitur; quæ verò inde ad finem usque conspiciuntur squamæ, simplices sunt, flexiles, & instar cornei pectinis dispositæ, dilutè flavæ. Capitis, à fronte ad cervicem usque, cutis tenuis est, & dilutè flavi quoque coloris. Oculos cavum osseum extuberans continet. Squamulæ laterales, femora, pedes, horumque digiti, exiguis maculis, ex luteo & fusco variis, distinguuntur. Quæ porrò hic dicenda forent, binis iam prægressis Tabulis commemoravimus, additurі solum ea, quæ huc pertinentia legimus in descriptione Itineris in Indias Orientales, datâ à D. *Cornelio de Penyn, pag.* 355. Narrat ibi Author, captum esse Crocodilum sedecim cum dimidio pedes longum, sex vero cum semisse crassum, a quo duos supra triginta homines deglutitos fuisse, certo constitisset, præter alios fortè plures ignotos: hujus verò in ventre aperto Sceleton hominis fuisse repertum. Res certè videtur impossibilis. Quo enim alia illa triginta & unum devenerê Sceleta? An adeò subitò hæc colliquari ibi posse quis credat? Nos contra didicimus, quod hominem Crocodilus formidet, illoque viso, vel saltem audito, aufugiat: qua de re in sequentibus plura.

Num. 4.

couvert de petites écailles, minces, oblongues, rangées par bandes, distinguées par une bigarrure de blanc tirant sur le cendré-jaune. Tout le dessous de la queuë est marqué de même. Le dessous du cou, & les cuisses, sont munies de petites écailles, rhomboïdes, marbrées magnifiquement.

N°. 2. *Autre Lézard de Ceylan, Femelle, qui fait voir ses œufs.*

Nous l'avons représenté couché sur le dos, afin que par l'ouverture faite au bas-ventre, on puisse voir les œufs qu'on en a tiré, & qui sont attachés par deux membranes jointes entre elles. Ces œufs sont attachés en devant, vers le Sternum, par une membrane commune assez forte; ils ont encore chacun leur propre envelope membraneuse, qui les sépare distinctement. Quand cette Femelle de Lézard aproche du terme de jetter bas ses œufs, leurs ligamens se relâchant, elle les fait tomber un par un, à la maniere des Serpens, jusqu'à ce qu'elle les ait tous posés, dans quelque endroit sûr, velouté, qu'elle couvre d'une matiere douce & molle, & ensuite la chaleur du soleil les fait éclorre. Son ventre est d'un cendré-clair, couvert de grandes écailles rhomboïdes. Le dessous de la mâchoire inferieure, & les pattes de derriere dans leur côté interieur, sont aussi munies de grandes écailles, mais d'une figure differente. Le dessous du cou, & les pattes de devant, sont mouchetées de petites taches rousses. Au devant de l'anus, entre les cuisses de derriere, au milieu de plusieurs petites écailles, paroissent trois grandes écailles, blanchâtres, faites en forme de Trefle. C'est là où la queuë prend son origine; elle est composée par anneaux jusques au bout, & couverte d'écailles, dont chacune est marquetée d'une tache roussâtre. Le dessus du corps est orné de taches d'un brun-foncé. Sa peau est épaisse & tenace.

A. Montre les ligamens membraneux auxquels les œufs sont attachés.
B. Dénote la séparation qui regne entre les attaches réunies des œufs.
C. Indique l'œuf libre de son envelope commune, mais encore renfermé dans sa propre membrane.
D. Marque cette derniere envelope dégagée de l'œuf.
E. Désigne la matrice par où les œufs sortent; elle est située comme dans les Poules & les Oiseaux, près du bout du dernier intestin.

N°. 3. *Crocodile Aquatique, Mâle, de Ceylan.*

Il a le dessus du corps garni de fortes écailles, dures comme la corne, relevées, bai-brunes, ornées d'une bordure d'un jaune-clair. Le milieu de sa queuë, est aussi couvert d'un double rang de semblables écailles, mais qui sont étendues & couchées de plat; ensuite depuis le milieu de la queuë jusqu'à l'extrêmité, décourt un seul rang d'écailles redressées, flexibles, d'un jaune-pâle, & découpées en façon de dents. Une peau mince, d'un jaune-pâle, couvre la tête depuis le front jusqu'au chignon du cou. Les yeux sont placés dans des orbites osseux qui sortent hors de la tête. Les cuisses, les pattes, & les orteils, sont garnis de petites écailles qui vont de biais, & qui sont marquetées de taches jaunes & brunes. Ce que je pourrois dire ici au sujet des Crocodiles, je l'ai déja exposé dans l'explication des deux Planches précedentes. Ainsi je me contenterai seulement de raporter un trait que j'ai lu dans la *Description d'un Voyage aux Indes Orientales*, donnée par Corneille de Penyn. Cet Auteur à la page 355 de son Livre raconte, qu'on prit un Crocodile long de seize pieds & demi, & large de six pieds & demi, lequel avoit dévoré trente deux hommes, de science certaine, sans ceux qu'on ne savoit pas, & que même son ventre ayant été ouvert, on y trouva un squelete d'homme. Cependant cette Histoire si bien avérée, paroit impossible. Car que sont devenus les autres trente & un squeletes d'hommes qu'avoit englouti ce Crocodile? Qui est-ce qui pourra croire que ces trente & un squeletes ayent été si promtement fondus dans le corps de cet Animal? Certes il est si peu croyable que le Crocodile dévore l'homme, que nous sommes informés au contraire qu'il le craint, & que s'il le voit, ou même l'entend, il se sauve. Mais nous en parlerons plus au long dans la suite.

N°. 4. *Cro-*




Fig. 1.
Fig. 2.

Num. 4. *Crocodilus, Ceilonicus, supinus; fœmina.*

Priori congener dorſo incumbit, ut viſui magis pateant inferiora. Omnis ejus inferna ſuperficies à maxilla inferiore ad finem usque caudæ ſquamis tecta eſt cinereo luteis, planis, rhomboideis, ordinatim, habitâ ratione proportionis mutuæ, in annulos diſpoſitis. Inter anticos pedes maximæ omnium & longiſſimæ hærent ſquamæ. Ventris hiatus hisce in animantibus longitudinalis eſt, qui tamen transverſalis ad ventrem cernitur in Serpentibus, Lacertis, aliisque. Id verò & dignum hic notatu eſt, quod in fœmellis hiatus iſte in ambitu undique ſquamulis minutis, at valdè elatis, ſuccingatur: qui apparatus in maſculis deeſt. Perhibent cæterum de Crocodilis, quod, ubi ſpeciem ſuam propagaturi coitum moliuntur, fœmella ſeſe in dorſum reſupinet, tantò ut commodius marem recipere queat, tumque ſponte reſurgere impos à mare in ventrem denuo revolvi debeat. Teſtatur hoc inter alios *Louis de Capine* in *Itiner. Americ. fol.* 11.

TABULA CENTESIMA ET SEXTA.

Num. 1. *Crocodilus, Americanus, amphibius.*

Crocodili variis gaudent nominibus, pro variis, quas incolunt, regionibus. Græcis Κροκόδειλος, Ægyptiis *Champſan*, Turcis *Kimſak*, Braſilianis *Jakare*, Indis Orientalibus & Occidentalibus *Kaymans*, &c. vocantur. Plures eorum reperiuntur ſpecies, non magnitudine ſolum, ſed & formâ, & coloribus, discrepantes. Sunt, qui grandes gerunt, obtuſoque apice eminentes ſquamas, quaternis, & ſenis altè exſurgentium tuberum, corneorum, anguſtos, obtuſosque in apices convergentium, ſeriebus, à capite per dorſum ad finem usque caudæ, ordine digeſtis, deſuper ornatas; ventris pariter lateribus ſimili apparatu inſtructis: prout in eo, quem præſens Tabula exhibet, Crocodilo videre eſt, nobis qui liquore, *Kilduivel* dicto, conditus ex America transmiſſus eſt. Plurimos poſſidemus alios majores minoresque; uti ex datis jam ante minorum aliquot, formâ & picturâ diverſorum, iconibus patet.

Crocodili amphibii ſunt, & aquæ, & telluris incolæ. Dicuntur autem potiſſimum in magnis fluminibus, Nilo, Nigro, Gange, &c. tum & ad maris littora, commorari, alto ſeſe committentes nunquam, partim ne piſcium grandiorum præda fiant, partim verò, ut terræ proximi ſua ibi in colliculis arenoſis exponere ova queant ſolis calore incubanda. Quin & perhibent, Hominem ipſis metui eſſe usque eò, ut vel audientes eum fugam capeſſant; alia interim Animalia, quæ eos formidant, perſequi, ut capta deglutiant.

Zoographi veteres, *Ariſtoteles*, *Plinius*, *Ælianus*, &c. Crocodilos Lacertis accenſuerê, immeritò certè; ſiquidem peculiare ſuis cum ſpeciebus genus conſtituant. Quis unquam Lacertum vidit tres ulnas longum, ſi vel cauda etiam in acumen attenuata ſimul menſuretur? At Crocodilus adultus viginti etiam pedes ſuperat longitudine. Qui hîc repræſentatur, nondum anni unius ætatem vixit, ad illas interim ſpecies pertinens, quæ quotannis creſcunt. Crocodilos linguâ carere, Græci Latinique priſcorum temporum ſcriptores dicunt, rei certè magis gnari, quam recentiorum nonnulli, absque veri ſpecie contradicentes, uti *Olaus*

N°. 4. *Crocodile de Ceylan, Femelle, couchée ſur le dos.*

Il eſt de la même Espece que le précedent. On l'a couché ſur le dos pour que l'on vît bien tout le deſſous de ſon corps, qui eſt couvert depuis la mâchoire inferieure jusqu'au bout de la queuë, d'écailles cendrées-jaunes, plattes, rhomboïdes, diſpoſées par ordre en façon d'anneaux eû égard à leur proportion. L'orifice de l'anus eſt longitudinal dans ces Animaux, au lieu qu'il eſt transverſal dans les Serpens, les Lézards, & autres. Une choſe qui mérite encore d'être remarquée, c'eſt que cet orifice dans la Femelle ſeule, eſt entouré de tous côtés de petites écailles, minces, & fort élevées, qu'on ne voit point dans le Mâle. On raconte des Crocodiles, que quand ils cherchent à s'acoupler pour perpetuer leur Espece, la Femelle ſe couche ſur le dos pour mieux recevoir l'aproche du Mâle, & qu'enſuite ne pouvant d'elle-même reprendre ſa premiere poſture, le Mâle la retourne ſur le ventre; c'eſt ce que témoigne entre autres Auteurs Louïs de Capine, dans ſon *Voyage d'Amerique* page 11.

PLANCHE CENT ET SIXIEME.

N°. 1. *Crocodile d'Amerique, Amphibie.*

Les Crocodiles ſont nommés diverſement, ſelon les divers païs qu'ils habitent. Les Grecs les apellent Κροκόδειλος, les Egyptiens *Champſan*, les Turcs *Kimſak*, les Braſiliens *Jakare*, les Indiens Orientaux & Occidentaux *Kaymans*, &c. On en trouve plusieurs Especes differentes, non ſeulement en grandeur, mais en figure, & qui ſont ornées ſur le dos, depuis la tête jusqu'à l'extrêmité de la queuë, de quatre ou de ſix rangs de tubercules fort élevés, durs comme la corne, & terminés en pointe étroite & obtuſe. Ce même ornement ſe rencontre auſſi ſur les côtés du ventre, comme on peut le voir dans le Crocodile ici dépeint. On nous l'a envoyé d'Amerique, conſervé dans la liqueur nommée *Rum* par les habitans du païs, & par les Hollandois *Kilduivel*. Nous poſſedons encore beaucoup d'autres Crocodiles, grands & petits, & nous avons déja donné des repréſentations de quelques-uns d'entre les petits, differens de figure & de couleur.

Les Crocodiles ſont Amphibies, habitans de l'Eau & de la Terre. On dit qu'ils vivent principalement dans les grands fleuves, tels que le Nil, le Niger, le Gange, &c. ou bien au bord de l'Océan, n'oſant point s'avancer en pleine Mer, en partie de peur de devenir la proye de plus gros Poiſſons, en partie afin qu'étant près de Terre, ils puiſſent y poſer leurs œufs dans des côteaux de ſable, pour y être couvés par la chaleur du ſoleil. L'on raporte encore, qu'ils craignent tellement l'homme, que même dès-qu'ils l'entendent ils prennent la fuite; tandis qu'ils pourſuivent néanmoins d'autres Animaux qui les craignent à leur tour, & qu'ils avalent s'ils les peuvent attraper. Les anciens Naturaliſtes, *Ariſtote*, *Pline*, *Elien*, &c, ont mis les Crocodiles au nombre des Lézards; mais certes ſans raiſon, puisque les Crocodiles forment une Claſſe particuliere d'Animal, qui a ſous ſoi ſes differentes Especes. En effet, qui a jamais vu un Lézard long de trois aulnes, en comprenant même dans cette meſure toute ſa queuë? Mais un Crocodile au fort de l'âge, a au delà de vint pieds en longueur; car celui qui eſt ici dépeint, n'a pas encore un an, & il apartient néanmoins à l'Espece de ceux qui croiſſent chaque année. Les anciens Ecrivains Grecs & Latins, marquent expreſſément que les Crocodiles n'ont point de langue; de quoi en vérité ils ont parlé avec plus de connoiſſance, que quelques-uns des Modernes qui les ont contredits mal à propos, comme par exemple, Olaus Wormius, Borrichius, Gerardus, & Blaſius qui dans ſon *Anatomie des Animaux*, nous aſſure pag. 275, que la langue

Olaus Wormius, *Borrichius*, *Gerardus Blasius*, *Anatom. Animal. pag.* 275, asserens, linguam ipsis esse brevem & crassam, retrò in faucibus profundè sitam. Nos tamen contrarium docuit repetita in tribus Crocodilorum speciebus faucium dissectarum inspectio quam attentissima, qua quidem lingua nobis nulla, nec vel quidquam linguæ Analogum, comparuit, sed substantia saltem è minutis quibusdam glandulis composita sub cute hærens. Glabræ fauces sunt, nec vel simile quid piscium linguis continent: Oesophagus enim plurimis fimbriatus rugis, quidquid orificium ejus amplissimum ingreditur, viâ sat commodâ transmittit.

Sola mobilis est maxilla superior, cervici inarticulata. Inferior autem immobilis cum sterni osse coalescit roboris augendi gratiâ: ob hujus verò ossis immobilitatem est, quod capite inflexili usque rectâ protenso prospiciat, decurratque semper Crocodilus. Rictum supra infraque acuti obsident dentes, serie tamen nequaquam geminatâ, uti cum aliis D. *Merian* placuit; licet Hæc ipsa simplicem tantum dentium seriem in Crocodili icone exhibeat.

Oculi prægrandes, extuberantes, vividè scintillantes, osseâ in orbita tuti hærent, immobiles tamen, hinc recta semper antrorsum, uti & currit Animal, prospicientes. Frontem totam, orisque superiorem partem, unum constituit os, immobile, ad aures usque protensum: hæ verò exiguo limbo cinctæ, latæ, profundè introrsum collocatæ sunt ibi, ubi squamæ majores incipiunt, prope maxillæ superioris articulationem ita quidem comparatam, rictus ut amplissimè diduci queat. Ideò solum collo heîc inflexo repræsentatur Animal istud, quia nativa ejus magnitudo alias spatium Tabulæ superasset. Supini corporis squamæ, in annulos transversales distinctæ, rhomboideæ, arctissimè adeò inter se unitæ sunt, ut nulla compareat divisio: earum verò color saturatè croceus ex obscurè spadiceo densè variegatur. Juxta dorsi longitudinem, & ventris latera, altum exsurgentia tubera pectinatim digeruntur. Ventrem squamæ transversales, ut in Serpentum nonnullis, oblongæ, dilutè flavæ ornant: femora vero, pedes, horumque digiti squamis eleganter tessellatis, aut reticularibus, partim dilutè flavis, partim subspadiceis, vestiuntur. Crocodilorum nonnullis antici æquè ac postici pedes in quinos abeunt digitos; aliis verò postici saltem in quatuor, antici tamen perpetuò in quinque desinunt, qui aduncis acutisque unguibus muniuntur, hominis hinc manui, quaternis digitis, unoque pollice, præditæ, magis, quam ferarum ungulis, similes. Posticorum digiti pro parte membranis intermediis, ut pedes Anserini, colligantur: id quod in iis obtinet, qui aquarum plerumque incolæ tali structurâ ad natandum opus habent. Ova sua, ut ante monui, in arenam deponunt Crocodili in loca, ab hominibus, ferisve, ea ablaturis, parum trita; tegunt dein arenâ, aliisque rebus villosis, ut minus conspicua hoc sub tegmine per solis radios excludantur.

Juxta testimonium *J. Nieuwhovii*, in *Itinerar. Brasil. p.* 35, viginti, ad triginta, pariunt ova simul, anserinis magnitudine æqualia. *Ælianus*, *Lib. X*, sexaginta; *Gesnerus* quinquaginta, alii plura, alii pauciora ab iis ova uno partu poni asserunt. *W. Bosman*, in *Historiâ Oræ auriferæ Guineensis pag.* 29, *T. II*, refert, trucem hancce bestiam prægrandi numero in omnibus illius regionis fluminibus reperiri, præcipue vero in Chama & Boutry, ubi vel quinquaginta uno se die vidisse testatur, hosque inter tam enormes, qui vel viginti pedum longitudinem æquarint. Neque tamen, ait porrò, se audivisse unquam, quod Animalia isthæc aut homines, aut alias bestias devoraverint; at equidem, quod ad fluminum ripas calentibus sese solis radiis exponant, tantopere interim homines pavitantia, ut iis perceptis ilico rursum summa cum vi in fundum fluviorum sese præcipitent. Addit dein, quod ob insignes squamas, quadratas, quibus,

langue des Crocodiles est courte, épaisse, & située bien avant au derriere du palais. Cependant, par la dissection très-exacte, & très-attentive que nous avons faite de ces parties, dans trois Especes de Crocodile, nous n'avons pu découvrir ni langue, ni quoi que ce soit qui aprochât d'une langue, mais nous avons trouvé seulement une substance glanduleuse sous la peau. Le palais de ces Animaux est lisse, uni, & ne contient même rien qui ressemble en quelque façon à une langue telle qu'ont les Poissons. Leur œsophage plein de rides, laisse passer commodément tout ce qu'il reçoit par son orifice superieur qui est fort large.

La seule mâchoire superieure est mobile, & s'articule à la nuque du cou. Mais la mâchoire inferieure est immobile, attachée pour augmenter sa force à l'os du Sternum, duquel l'immobilité fait que le Crocodile court, regardant toujours la tête roide, & étendue en devant directement. Sa gueule est garnie aux deux mâchoires de dents pointuës, mais non pas d'un double rang de dents à chaque mâchoire, ainsi qu'il a plu à Mlle. Meriaan de le dire, quoiqu'elle même n'ait représenté qu'un seul rang de dents, en donnant la figure de cet Animal. Ses yeux sont grands, sortant hors de la tête, étincelans, placés en sureté dans leur orbite osseux, immobiles pourtant, desorte qu'ils regardent toujours droit devant, qui est la maniere dont chemine le Crocodile. Tout le front & la partie superieure du museau, sont formés par un seul os, fixe, étendu jusqu'aux oreilles, lesquelles sont larges, ceintes tout autour d'une petite bordure, & enfoncées interieurement dans l'endroit où les plus grandes écailles prennent leur origine, savoir près de l'articulation de la mâchoire superieure, qui est disposée de maniere qu'elle laisse à cet Animal une très-grande ouverture de gueule. C'est pourquoi on a ici dépeint ce Crocodile, ayant le cou plié, parce qu'autrement sa grandeur naturelle eût surpassé l'espace de la Planche. Les écailles du dessus du corps sont rhomboïdes, si serrées entre elles qu'on n'y aperçoit aucune séparation, mais distinguées par anneaux qui décourent transversalement. La couleur de ses écailles est d'un jaune de safran foncé, mêlangé d'un bai fort brun. Le long du dos & des côtés s'élevent de gros tubercules ou boutons, taillés en denture qui se continue jusqu'au bout de la queuë. Les cuisses, les jambes, & les orteils sont revêtus d'écailles joliment quarrelées ou treillissées, les unes d'un jaune-pâle, les autres tirant sur le chatain. Dans quelques Crocodiles les pieds de devant & de derriere se terminent en cinq doigts; dans d'autres les pieds de derriere ont seulement quatre doigts, mais les pieds de devant en ont constamment cinq, munis d'ongles pointus & crochus; de sorte que ses pieds ressemblent bien mieux à une main d'homme fendue en quatre doigts & un pouce, qu'à des pieds de bêtes sauvages. Ajoutons que les doigts des pieds de derriere dans les Crocodiles Aquatiques, sont en partie joints par des membranes comme les pattes d'Oye, ce qui leur est utile & nécessaire pour nager. Les Crocodiles, comme j'en ai déja averti, font leurs œufs au milieu du sable, dans des endroits peu frequentés des bêtes ou des hommes qui pourroient les prendre; après quoi ils les couvrent de sable & de quelque matiere cotonneuse, pour qu'étant ainsi cachés, ils viennent à éclorre par la force des rayons du soleil.

Ces Animaux pondent vint à trente œufs à la fois, de la grosseur des œufs d'Oye, au raport de J. Nieuwhof, page 35 de son *Voyage du Bresil*. Gesner parle de cinquante dans une seule ponte; Elien de soixante, Liv. X; ainsi les uns en comptent plus, les autres moins. Guillaume Bosman dans son *Histoire de la Guinée Orientale*, Tom. 2, pag. 29, raporte qu'on trouve des Crocodiles en grand nombre dans tous les fleuves de ce païs-là, principalement dans le *Chama*, & le *Boutry*, où il dit en avoir vu plus de cinquante en un seul jour, parmi lesquels il s'en trouvoit de vingt pieds de long. Il assure cependant qu'il n'avoit jamais ouï dire, que ces Animaux dévorassent d'autres bêtes ni des hommes; mais bien qu'ils se couchoient au soleil sur le bord des fleuves, & qu'ils avoient tant de frayeur des hommes, que quand ils en apercevoient,



Fig. 1.

Fig. 2.

Fig. 3.

quibus, uti scutis, obteguntur, nec ensis, nec sclopeti ictu queant interfici. Tanta est ossium, quibus gaudent, durities. Siccatos asservo Crocodilos, ab 8 ad 12 pedes longos, quorum unus octo prægrandes squamas, cervici, Rosæ instar, insidentes, gerit; aliis verò non nisi sex ejusmodi squamarum sunt. Supina corporis pars lata est; venter verò planus, media quasi sutura unitus, præ reliquis maximè extenuatus. Squamæ, crassæ, cornuum instar prominulæ, à parte dorsi extremâ ad finem usque caudæ, pectinatim sibi mutuo intersitæ decurrunt.

Non pauci Autores Crocodilorum dederê historiam, iconas autem accuratas nulli. Nobis quum larga suppetat horum Animantium copia, facilius est, veram eorum exhibere descriptionem, quam illis, qui ex aliorum saltem narrationibus sua formarunt, nunquam interim vel vivum, vel mortuum, Crocodilum propriis oculis contemplati. D. Professor *J. Jacobus Scheuchzerus*, in *Jobi Physica*, nuper edita, *p.* 446, Crocodilum putat esse animal illud, Leviathan dictum, de quo Deus ad Jobum, *cap. XL*, 20, loquitur. Nos hanc quæstionem decidere non præsumemus. Cui volupe est, plura de Crocodilis rescire, videat *Gesnerum*, *Jonsthonum*, *Rajum*, & alios.

Num. 2. *Lacerta Heliaca, Americana, pectinata.*

Id ei nomen venit, quia aureo lucet ad latera pigmento, dorsumque monstrat pectinatum, saturatè viride. Cauda tamen longa, & tenuissimè desinens, ex viridi flava est, non pectinata. Crocodili terrestris, qui maximam partem Lacertis se sustentat, esca est. Caput ejus, Salamandræ terrestris æmulum, squamis rhomboideis utrinque densissimè obsidetur. Sub auriculis tuber conspicitur, ad latera maxillarum eminens, pariter squamatum.

TABULA CENTESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. *Salamandra Americana, posteriore parte Lacertam referens, amphibia; mas.*

Capite & trunco corporis Salamandram, cruribus verò & pedibus Lacertam refert. Caput enim breve, crassum, spinosum, squamulis minutis, dilutioribus, quas spinulæ veluti aculeatæ undique obsident, totam suam pellem saturatè spadiceam gerit vestitam. Lingua curta, alba & crassa est: in ore plurimi hærent supra infraque denticuli acuminati. Oculi grandes, tenebricosi, supercilio productiore, subosseo, defenduntur. Auriculæ brevissimæ annulum saltem referunt, a quo profundè interiora versum meatus auditorius tendit. Cæterum corporis supinam faciem, obscuris squamis tectam, tubercula aspera, nigricantia, & puncta alba, distinguunt. Femora, pedes, horumque digiti, dilutioribus squamis, uti in Lacertis, vestiuntur. Cauda crassa ad finem usque aculeatis squamis, cinereo-griseis, annulata est. Venter cinereo griseus minutas squamulas gerit. Quas circa Salamandras habuimus observationes, prægressæ Tabulæ docent. Veteres Scriptores multa de iis figmenta tradiderê, quorum apud Jonsthonum nonnulla recensentur, hîc ideo non repetenda.

Num. 2.

voient, ils se précipitoient incontinent au fond de l'eau. Cet Auteur ajoute, que les Crocodiles sont défendus par de grandes écailles quarrées, qui leur servent de bouclier, & si dures, qu'on ne peut les percer ni avec le fer, ni à coups de fusil. Je conserve des Crocodiles séchés, longs depuis huit pieds jusqu'à douze, dont l'un porte huit grandes écailles, placées au dessus de la tête en forme de rosette, & les autres en ont seulement six. Le dessus de leurs corps est large; leur ventre aplati, extraordinairement extenué à proportion du reste du corps, & paroissant joint par une suture. Leurs écailles sont épaisses, élevées en maniere de corne, & regnant depuis l'extrémité du dos jusqu'au bout de la queuë par des dentures qui s'entrecoupent les unes les autres.

Plusieurs Auteurs ont fait l'Histoire des Crocodiles, aucun n'en a donné de figure exacte. Comme nous avons l'avantage de posseder un bon nombre de ces Animaux, il ne nous a pas été difficile d'en fournir des descriptions & des représentations plus vraies, que ces personnes qui ont formé uniquement les leurs sur le raport d'autrui, & qui n'ont jamais contemplé de leurs yeux des Crocodiles morts ou vifs. Mr. le Professeur J. Jaques Scheuchzer dans sa *Physique de Job*, Ouvrage écrit en Langue Allemande, & imprimé dernierement, prétend à la page 446, que le Leviathan dont il est parlé dans le Livre de Job, Chap. XL, est le Crocodile, ce que nous n'entreprendrons point de décider. Ceux qui souhaiteront d'en savoir davantage sur cette matiere, peuvent consulter Gesner, Jonston, Ray, & les autres Naturalistes.

N°. 2. *Lézard d'Amerique, doré comme le Soleil, & dentelé sur le dessus du corps.*

Ses côtés sont d'un jaune doré éclatant. Son dos d'un verd-foncé, est hérissé d'une denture découpée en forme de dents de scie. Sa longue queue, verte & jaune, est sans denture, mais entortillée, & fort menuë à l'extrémité. Il sert de pâture au Crocodile de terre, qui se nourrit principalement de Lézards. Sa tête, semblable à celle de la Salamandre terrestre, est partout revêtue d'écailles rhomboïdes. Il porte aussi sous les oreilles, de chaque côté des mâchoires, un gros bouton couvert d'écailles.

PLANCHE CENT ET SEPTIEME.

N°. 1. *Salamandre d'Amerique, Amphibie, Mâle, ayant le derriere du corps d'un Lézard.*

Sa tête & son corps sont tels que dans les autres Salamandres, mais elle ressemble au Lézard par les pattes & les pieds. Sa tête est grosse, ramassée, garnie au dessus de piquans, & couverte d'une peau bai-brune, munie d'écailles minces, d'une couleur plus claire, toutes hérissées comme de petites pointes. Sa langue est courte, blanche, épaisse. Sa gueule est armée de petites dents affilées, tant à la mâchoire superieure qu'à la mâchoire inferieure. Ses yeux sont grands, noirâtres, défendus par des sourcils cartilagineux qui s'avancent en dehors. Ses oreilles sont très-courtes & ressemblent à un anneau. Le conduit de l'ouïe descend profondément vers l'interieur de l'oreille. Le dessous du corps est revêtu d'écailles de couleur sombre, parsemées de points blancs & de petits boutons noirâtres, rudes au toucher. Les écailles des cuisses, des pattes, & des doigts des pieds, sont comme dans les Lézards, d'une couleur moins chargée. Sa queuë grosse dans son origine, menuë au bout, est formée par anneaux, d'écailles piquantes, cendrées-grises. Son ventre est d'un cendré-gris, couvert de petites & minces écailles. Nous avons exposé dans l'explication des Planches précedentes nos diverses observations concernant les Salamandres; les anciens Ecrivains ont débité bien des fables sur leur compte, dont quelques-unes se trouvent raportées par Jonston, auquel on peut recourir.

Num. 2. *Salamandra, Americana, amphibia; prioris fœmella.*

Formâ priori proximè accedit, nisi quod corpore sit breviore, & elegantius picto. Caput, verruculis scatens spinosis, albæ tegunt squamulæ. Supra oculos multum prominens obtenditur arcus, horum defensioni accommodatus. Occipitium latum laxâ cute, aculeatâ, tanquam fasciâ, vestitur. Universa corporis supini facies, saturatè cinerea, tuberculis prominulis, verrucosis, & spinulis pungentibus, aspera est. Supra dorsum quinæ conspiciuntur albæ maculæ, transversim positæ, instar margaritarum, acuminatæ supra, & minutas inter squamulas quasi impressæ. Femora, & pedes, caudamque annulatam, majores tegunt squamæ, spinis horridæ. Femora ventri, laxioris & rugosæ cutis ope, juncta hærent. Squamæ tenues ventris dilutè cinereæ sunt. Pedum digiti & ungues eâdem hic, ac in Lacertis, ratione comparati sunt.

Num. 3. *Salamandra, Americana, Lacertæ æmula, altera.*

Chamæleontem refert capite, quod squamæ uniformes ad collum usque tegunt: collum verò laxa & ampla cutis, plicata inde quasi propendens, ambit. A latere cervicis, retro auriculas, acutæ spinæ stelliformes conspiciuntur; quin & è cervicis summitate spinosi aculei prominent. Color supini corporis cinereo-luteus est: spinosis ibi squamulis plena omnia. Venter dilutè cineracei est coloris. Femora, & pedes, majusculis pariter & acuminatis pollent squamis. Et cauda simili modo comparata, non, ut in prioribus binis, annulata, sed suprà ex albo squamata est.

TABULA CENTESIMA ET OCTAVA.

Num. 1. *Salamandra vera; seu* Gekko *Ceilonicus, maximus, brevi caudâ, amphibius.*

Hac in Tabula Zoologiæ curiosis novem diversæ Salamandrarum species exhibentur, ex insulâ Ceilonensi nobis transmissæ. Dantur & plures adhuc hujusce generis species tam formâ, quam picturâ, inter se discrepantes. Quin & alia etiam Indiæ Orientalis loca hoc Animal alunt, inculta præcipuè & saltuosa, uti Amboina, Java, Makasser, &c. quod D. *Fr. Valentyn T. III, fol. 294*, testatur. Nobis sufficiet hæcce saltem Ceilonica juxta observationes nostras descripsisse.

Qui hoc sub numero repræsentatur *Gekko*, inter maximos est, quos unquam videre, aut reperire licuit. Occurrit hic primò caput valdè latum. Pictura universi corporis supini satis elegans est; dum squamulæ cutaneæ, ex ruffo cinereæ, protuberantibus exasperantur colliculis, saturatè spadiceis, quos inter maculæ regnant albicantes, è plurimis tuberculis elatioribus, tanquam margaritis, in floris speciem compositæ, in medio suî tuberculo grandiore, quasi colliculo, ornatæ: unde spectaculum nascitur venustissimum. Quotquot harumce macularum capiti insident, tuberosæ non sunt: at tales demum supra cervicem & circa auriculas incipiunt apparere. Auriculæ non extrorsum producuntur, sed oblongo saltem foramine hiant in capite. Oculi grandes osseo defenduntur supercilio. Rostrum, obtusum anterius, binas, amplùm patentes, fert nares, crassisque & fimbriatis labiis linguam grandem, latam, & longam, plurimosque denticulos

N°. 2. *Salamandre d'Amerique, Amphibie, Femelle du précedent.*

Elle ressemble beaucoup de figure à son Mâle, excepté qu'elle a le corps plus court, & marqué plus joliment. Sa tête est couverte de petites écailles blanches, & parsemée de boutons ou petites verrues, hérissées de pointes. Ses yeux sont cachés sous une espece d'arcade très-propre à les défendre des injures du dehors. Le derriere de la tête assez large, est couvert d'une peau lâche, & piquante par de petites épines. Tout le dessus du corps est d'un cendré-obscur, raboteux par des tubercules hérissés de petites épines. Il regne sur le dos cinq grandes taches blanches, posées transversalement, formant chacune comme un amas de perles, relevées en pointe, & marquées au milieu de petites écailles minces. De plus grandes écailles pointues, couvrent sa queuë formée en anneaux, ses cuisses, & ses pattes. Ses cuisses sont attachées au ventre, au moyen d'une peau ridée & fort lâche. Son ventre est revêtu de minces écailles d'un cendré clair. Ses doigts de pieds, & ses ongles, sont faits comme ceux des Lézards.

N°. 3. *Autre Salamandre, d'Amerique, aprochant du Lézard.*

Sa tête ressemble à celle du Cameleon. Elle est revêtue jusques au col d'écailles uniformes. Son col est couvert d'une peau lâche, ample, formant divers plis. Le dessus du col est armé d'épines pointues, qui regnent aussi en façon d'écailles de chaque coté de cette partie, derriere les oreilles. Le dessus du corps, cendré-jaune, est garni de petites écailles piquantes. Le ventre tire sur un cendré-clair. Les cuisses & les pattes sont munies d'assez grandes écailles, aiguës pareillement. Il en est de même de la queuë, qui au reste n'est point faite en anneaux comme celle des deux Salamandres précedentes, mais qui a le dessus couvert d'écailles blanches.

PLANCHE CENT ET HUITIEME.

N°. 1. *Vraie Salamandre; ou* Gekko *de Ceylan, Amphibie, très-grand à courte queuë.*

Je présente dans cette Planche aux curieux de l'Histoire des Animaux, neuf Especes differentes de Salamandres, qui m'ont été envoyées de l'Isle de Ceylan. Il y en a encore plusieurs Especes de même genre, & qui different entre elles, tant pour la figure que pour le tacheté. Ce n'est pas la seule Isle de Ceylan qui produit cet Animal, on le trouve aussi dans divers autres endroits des Indes Orientales, principalement dans les endroits incultes ou remplis de forêts, comme à Amboine, à Java, à Macassar, &c, au témoignage de Fr. Valentyn Tom. III pag. 294. Mais il nous suffira de décrire ici suivant nos propres observations, les Salamandres de Ceylan, nommées autrement *Gekko*.

Le Gekko ici représenté est un des plus grands que j'aye jamais eu occasion de voir ou de rencontrer. Sa tête est fort large, tout le dessus de son corps est marqueté fort joliment; car les écailles cutanées, d'un roux cendré, sont hérissées d'éminences, comme d'autant de petits côteaux bai-bruns, qu'entrecoupent des taches blanchâtres, composées en façon de bouquets de plusieurs tubercules qui ressemblent à des perles, & ornées au milieu d'un tubercule élevé au dessus des autres; ce qui est tout-à-fait joli à la vuë. Toutes les taches marquées sur la tête, sont plattes, unies, sans tubercules, qui ne commencent à paroitre qu'autour des oreilles & sur le col. Ses oreilles ne sortent point au dehors, mais elles s'enfoncent dans la tête par un conduit oblong. Ses yeux sont grands, défendus par un sourcil osseux. Sa gueule est obtuse par devant; ses narines fort ouvertes; ses babines épaisses, dentelées;






TAB. CVIII.
Fig. 6.
Fig. 3.
Fig. 10.
Fig. 7.
Fig. 10.
Fig. 4.
Fig. 9.
Fig. 8.
Fig. 2.
Fig. 5.
Fig. 1.

denticulos recondit. Femorum pedumque ſquamæ & pictura, uti corporis ſuperni, ſeſe habent; quin & in his rotunda tubercula conſpiciuntur. Pedes in quinque abeunt digitos, qui omnes latis & rotundis extremis, è quibus ungues prodeunt, terminantur. Venter dilutè griſeus minutis ſquamulis orbicularibus tegitur. Cauda, brevis, & obtuſa, tuberculis quoque margaritarum æmulis aſpera eſt. D. *Fr. Valentyn* ait, hanc ſpeciem pro venenatâ haberi; quum in ſtagna aquarum, quibus delectatur, cœlo pluviam minitante, liquorem ſalivoſum effundat vel maximè noxium homini, qui aquam eo infectam infortunatò haurit. Poſt pluvias ilico de terræ antris, quæ inhabitant, emergunt iſthæc animantia, pabulo ſuo, formicis nempe & lumbricis, inhiantia: lacunis verò rurſum exſiccatis ſuas repetunt ſpeluncas, ibique deliteſcunt. Interim vix crediderim, tam truculentum iis ineſſe toxicum, ac perbibetur.

Num. 2. Gekko *Ceilonicus, caudâ circinatâ.*

Formâ ferè priori ſimilis eſt, ſed caudâ gaudet longâ, acuminatâ, aliis ferè omnibus communi, annulis, quaſi totidem articulis, circulatâ. Totius corporis ſuperni ſquamulæ, ex cinereo dilutè flavæ, rotundis, albicantibus, maculis prominentibus, tanquam margaritis, aſperæ ſunt, orbæ interim tuberculis ſpadiceis, quæ circa collum duntaxat & aures conſpiciuntur. Frons lata ſquamulis albis, margaritarum æmulis, tota variegatur. Cauda circinata maculis extuberantibus, rotundis, albis, paſſim ornatur.

Num. 3. Gekko *Ceilonicus, tertius.*

Cum priore propemodum convenit, exceptâ caudâ, quæ non circinata eſt, ſed ſquamulis magnis, albicantibus, prominulis, tota inveſtitur. Pictura reliqua non differt.

Num. 4. Gekko *Ceilonicus, quartus, ſupinus.*

Caudæ principium bini ambiunt lati annuli, articulorum ſimiles. Ceterum ſquamæ totius corporis albicantes margaritas referunt. Oris inferiora anterius ſquamis craſſis, latiſque, fimbriantur. Supinum repræſentavimus, ut ſutura pateret, quæ ſubtus per medium caudæ juxta longitudinem decurrit.

Num. 4. Gekko *Ceilonicus, quintus.*

Corporis trunco, gracili & macilento, ad priorem ſub Num. 3 accedit. Cauda in medio annulata eſt; in apice ſquamata. Differentiæ, quæ in hiſce Animalibus occurrunt, præcipuè in caudarum & picturæ corporis varietatibus hærent.

Num. 6. Gekko *Ceilonicus, ſextus, annulatus.*

Caudæ hic principium ſex annulis articulatis ambitur; tenuior verò ejus pars deinceps minutis ſquamulis tegitur: ſimilibuſque & tota gaudet corporis ſuperna facies, quæ ex luteo dilutè cinerea minutis tuberculis orbicularibus, albis, tanquam margaritis, conſperſa eſt.

Num. 7.

dentelées; ſa langue groſſe, grande, & large; ſes mâchoires armées de pluſieurs petites dents. Ses cuiſſes & ſes pattes ſont couvertes d'écailles ſemblables à celles qui regnent ſur le deſſus du corps, & relevées pareillement par des tubercules ronds. Ses pieds ſe fendent en cinq doigts munis d'ongles aux extrêmités qui ſont larges & arrondies. Son ventre eſt d'un gris-clair revêtu de petites écailles minces, de figure orbiculaire. Sa queuë eſt courte, obtuſe, & raboteuſe par des tubercules dont elle eſt garnie, & qui imitent des perles. Fr. Valentyn dit, que cette Eſpece de Salamandre paſſe pour venimeuſe, qu'elle ſe plait dans les eaux croupiſſantes, & que quand le tems ſe met à la pluie, elle jette une bave très-dangereuſe pour un homme qui auroit le malheur d'avaler de cette eau empoiſonnée. Dès qu'il a plu elle ſort de la taniere qu'elle habite, pour chercher à ſe nourrir de fourmis & de vers: mais d'abord que la terre vient à ſe ſécher, elle retourne ſe cacher dans ſon trou. Pour moi, j'aurois bien de la peine à croire que le venin de ces Animaux ſoit auſſi violent que le raporte cet Auteur.

N°. 2. Gekko *de Ceylan, à queuë cerclée d'anneaux compaſſés.*

Il aproche beaucoup du précedent par la figure. Mais il a la queuë longue, finiſſant en pointe comme il eſt ordinaire à preſque toutes les Salamandres, & cerclée d'anneaux qui ſemblent emboités les uns dans les autres. Tout le deſſus du corps eſt couvert de petites écailles, en partie cendrées & en partie d'un jaune-pâle, marquetées de taches rondes, blanchâtres, relevées par deſſus, reſſemblant à des perles, d'ailleurs ſans aucuns tubercules, qu'on aperçoit ſeulement autour du cou & des oreilles, où ils ſont d'un bai-obſcur. Son front eſt large, revêtu de petites écailles blanches, comme d'autant de perles. Sa queuë eſt joliment parſemée de taches rondes, blanches, & relevées.

N°. 3. *Troiſieme* Gekko *de Ceylan.*

Il ne differe presque du précedent que par ſa queuë qui n'eſt point compaſſée d'anneaux, mais qui eſt toute couverte de petites écailles blanchâtres, aſſez élevées. Du reſte il eſt formé & tacheté de la même maniere.

N°. 4. *Quatrieme* Gekko *de Ceylan, couché ſur le dos.*

Le commencement de ſa queuë eſt entouré de deux grands anneaux en forme d'articulation. Les écailles de tout le corps ſont blanchâtres, & reſſemblent à des perles. Le deſſus de la mâchoire inferieure eſt bordé en devant d'écailles larges & épaiſſes. Nous avons dépeint cette Salamandre couchée ſur le dos, pour faire voir la ſuture qui décourt ſur le milieu du deſſous de la queuë ſelon toute ſa longueur.

N°. 5. *Cinquieme* Gekko *de Ceylan.*

Il reſſemble par ſon corps maigre & délié au Gekko repréſenté ſous le N°. 3. Sa queuë eſt dans le milieu faite en anneaux, & garnie d'écailles à l'extrémité. En général la difference qui ſe rencontre dans ces Animaux, conſiſte principalement dans la diverſité de la queuë & du tacheté du reſte du corps.

N°. 6. *Sixieme* Gekko *de Ceylan, dont une partie de la queuë eſt formée par anneaux.*

Le commencement de la queuë de celui-ci, eſt cerclé de ſix anneaux qui s'articulent enſemble, tandis que l'autre partie de la queuë eſt couvert de minces & petites écailles, ſemblables à celles qui garniſſent tout le deſſus du corps parſemé auſſi de petits tubercules, blancs, orbiculaires, comme d'autant de perles.

N°. 7. *Sep-*

Num. 7. Gekko *septimus, caudâ circinatâ.*

Hic rursus caudæ origo crassior, articulis circulata, in apicem dein abit acuminatum, minutis squamulis vestitum. Collum quoque collaris instar bini circumdant annuli. Totum cæteroquin corpus punctis & margaritis albicantibus nitet. Femora, pedesque, maculis albis majoribus variegantur.

Num. 8. Gekko, *pullus.*

Caput ejus oblongum est: corporis superficiem squamulæ tegunt tenuissimæ, maculis dilutissimis variegatæ. Caudam longam annulatim ambiunt parvæ quasi margaritæ, quæ supra acuminatæ apparent.

Num. 9. Gekko, *pullus alter, prioris,* Num. 3, *æmulus.*

Num. 10. *Ova Salamandræ, seu* Gekko.

Isthæc hoc loco ostendimus corrigendi erroris gratia, quem hîc Authorum plurimi commisêre; uti *Paulus Wurfbainius* in *Salamandrologiâ Norimbergensi*, & *Jacobæus de Ranis & Lacertis*, dicentes, Gekko-Salamandras, uti Viperas, viviparas esse. At certiora nos testimonia edocuerê, quod hæc animantia ovula sua, villis tecta, in loca sole irradiata deponant, ut fotu quotidiano incubentur.

Nomen *Gekko* ipsis datum est ob sonum, quem edunt instante pluviâ: tum enim, præ gaudio quasi, quinquies vel sexies altum exclamant *Gekko*, præcipuè vesperâ appropinquante. Unde ruricolæ certissimo semper augurio imminentes pluvias prognosticantur.

TABULA CENTESIMA ET NONA.

Num. 1. *Serpens Ceilonica, longissima, tenuissima, vulgò* Gliricapa.

Capiendi glires habilitate vel ipsas Feles superat. Ex dissectâ ejusmodi Serpente Glirem, Lacertam, & Ranam, extraximus. Caput & collum inusitata ornat pictura, & elegantissimus macularum apparatus. Oculi grandes sunt & lucidi. Totum verò dorsum, à cervice ad finem usque caudæ, retiformes tæniæ, versicolores, saturatè rubræ, virides, luteæ & albæ, variegant. Luteus color aurum nativum, albus verò argentum purissimum refert; viridis demum argento substratus vividissimè pellucet. Squamæ ventrales prorsus candicant; dorsales verò oblongæ sunt, & juxta latera rhomboideæ. Quæ in Americâ proveniunt hujusce speciei Serpentes, pulchræ etiam sunt, sed ab hisce superantur vivido colorum tono.

Num, 2. *Lacerta parva, lepida, Ceilonica.*

Ex luteo dilutè viridis, maculis saturatè spadiceis variegata, Serpenti Gliricapæ in escam cedit.

Num. 3.

N°. 7. *Septieme* Gekko *à queuë cerclée d'anneaux compassés.*

Le gros bout de sa queuë est composé d'anneaux enchassés l'un à l'autre, & son extrémité revêtue de minces & petites écailles, finit en pointe. Son col est entouré de deux anneaux en guise de collier. Son corps est tiĉté de points, & moucheté de taches blanchâtres semblables à des perles. Ses cuisses & ses pattes sont aussi marquetées de semblables taches, mais plus grandes.

N°. 8. *Petit du* Gekko.

Il a la tête oblongue, & le dessus du corps couvert de petites écailles très-minces, parsemées de taches d'une couleur fort claire. Sa queuë est grande, faite en anneaux, grenée comme de petites perles, qui semblent pointues.

N°. 9. *Autre Petit du* Gekko, *pareil au* Gekko *représenté au* N°. 3.

N°. 10. *Oeufs de la Salamandre, ou du* Gekko.

Nous les représentons dans cet endroit, à dessein de corriger l'erreur qu'ont commis plusieurs Auteurs, entr'autres Jean Paul Wurffbainius dans son Livre intitulé *Salamandrologia*, imprimé à Nuremberg en 1683 in 4°. & Oliger Jacobæus dans sa Dissertation Latine *Des Grenouilles*, imprimée à Rome en 1676 in 8°. prétendant tous deux que les Gekko sont vivipares de même que les Couleuvres; mais nous savons par des témoignages plus surs, que ces Animaux pondent des œufs, qu'ils les couvrent de quelque chose de cotonneux, & qu'ensuite la chaleur du soleil les fait éclorre.

Au reste on a donné à cette Espéce de Salamandre le nom de *Gekko*, à cause du cri qu'elle pousse quand le tems se dispose à la pluie, car alors elle jette plusieurs fois, comme par un mouvement d'aise, le cri de *Gekko*, surtout à l'aproche du soir. C'est delà que les Paisans tirent toujours un présage certain qu'il doit pleuvoir.

PLANCHE CENT ET NEUVIEME.

N°. 1. *Serpent de Ceylan, très-long, & très-délié de corps, nommé communément le Serpent Mangeur de Loir.*

Il surpasse les Chats mêmes dans l'art de prendre les Loirs. Aussi en dissequant un Serpent de cette Espece, nous trouvames dans son corps un Loir, un Lézard, & une Grenouille. Sa tête & son col sont d'un mélange de couleurs peu commun, & d'un tacheté magnifique. Ses yeux sont grands & brillans. Son dos depuis le chignon du col jusqu'à l'extrémité de la queuë, est rayé de bandelettes faites en forme de réseaux, de diverses couleurs, jaunes, blanches, vertes, & ponceau. Le jaune qui regne ici, est un jaune doré; le blanc, un blanc argentin; & le verd couché sous ce blanc, un verd gai, vif, éclatant. Ses écailles sur le ventre sont toutes blanchâtres. Celles du dos sont de figure oblongue, & rhomboïdes sur les côtés. Les Serpens de cette Espece qui viennent d'Amerique, sont beaux, mais fort inferieurs à ceux de Ceylan pour la vivacité des couleurs.


N°. 2. *Petit Lézard de Ceylan, très-joli.*

Il est d'un jaune verdâtre, varié de taches bai-brunes; il sert de nourriture au Serpent qui précede.

N°. 3. *Sala-*







TAB. CIX.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 7.
Fig. 8.
Fig. 5.
Fig. 6.



Num. 3. *Salamandra prodigiosa, Amboinensis, scutata.*

Capitis postica pars, uti in Chamæleonte, binis cornubus acuminatis armatur. Oris apici crassum insidet tuber, eminentibus, in ambitu, tuberculis albidis stipatum. Oculi insignes & circinati sunt: collum tumet. E dorso separati eriguntur dentes, qui versus corporis posteriora, & caudam, magis sibi mutuo appropinquati serram referunt. Totum corpus, dilutè flavum, ex subcæruleo adumbratum, tuberculis albis, elevatioribus, tanquam margaritis multifariis, obsitum & quasi guttatum est. Ejusmodi margaritæ & sub oculis, & circa maxillam inferiorem cernuntur. Squamata vero cauda iis caret, nonnullis interim annulis cæruleis circulata. Femora, pedesque, & horum digiti, longa, gracilia, magnis, & pallidè cærulescentibus squamis investiuntur. Relatum nobis est, Animalia isthæc dispersa à se mutuo sonum edere, quem congenera alia echûs instar reddant similem, hocque dato quasi signo ea se rursus congregare.

Num. 4. *Salamandra scutata, altera, Amboinensis.*

Caput hujus multò brevius, quam præcedentis, scuto itidem minore munitum est. Collum crassum & teres est; auriculæ sunt, quales Lacertarum; unde ad has quodammodo accedere videtur. At capite tamen, & linguâ brevi, crassâque, Salamandram refert. Binæ hæ species Amboinenses sunt, & Salamandris ideò accensentur: acclamant enim sibi mutuò; quod Lacertis proprium non est. Squamulæ ejus tenues & minutæ, ruffulæ, ex albo quasi obnubilantur. A capite ad longam usque caudam serrati dentes extant. Femora, pedes, & digiti, longa & gracilia sunt, uti in Lacertis.

Num. 5. *Salamandra, Americana, caudâ bifidâ; Lacertæ species spuria.*

Dorsum ejus ex saturatè flavo & nigro maculatur: ad latera verò utrinque color paulò magis diluitur. Squamæ insignes, vel ipsâ etiam in caudâ bifurcatâ, ordine justo in annulos digestæ sunt. Frontem squamæ majores, dilutè flavæ, ornant; collum verò, & pedes, aliæ minores.

Num. 6. *Bufo Americanus, spinosus,* Tapayaxin; *sive Salamandra orbicularis.*

Caput ferè Salamandræ æmulum, lingua curtâ, crassâ, & ore acuminato, donatum est. Corpus teres, latum, tumens, ex cinereo dilutè griseum, obscuris maculis obnubilatur. Squamæ subtiles sunt. Tota corporis superficies, dorsum verò præcipuè usque ad caudam in acumen desinentem, aculeis horret. Pedes, horumque digiti, uti in Lacertis, sese habent.

Num. 7. *Anguiculus, Americanus, ex fusco griseus, maculis albis notatus.*

Pictura ejus haud adeò jucunda est. Ventrales squamæ albicant.

Num. 8. *Serpens minor, Africana, lineis nigris & albis in dorso distincta.*

TABULA

N°. 3. *Salamandre d'Amboine, extraordinaire, munie sur la tête comme d'un bouclier.*

Elle a le derriere de la tête armée comme le Cameleon, de deux cornes pointues. Sur la pointe de la gueule est placé un gros tubercule, boutonné tout autour d'autres tubercules blanchâtres. Ses yeux sont grands, cerclés d'anneaux. Son col est goitreux. Il s'éleve sur le dessus du corps une denture taillée en façon de dents de scie, plus séparées sur le dos, & plus serrées sur le derriere du corps & sur la queuë. Tout son corps est d'un jaune pâle ombré d'un bleu-clair, & marqueté comme par gouttes, de quantité de boutons blancs, ronds, élevés, qu'on prendroit pour des perles. On aperçoit de pareils boutons sous les yeux & autour de la mâchoire inferieure; mais on n'en voit point sur la queuë qui est couverte d'écailles, & entourée de quelques anneaux bleus. Les cuisses, les pattes, & les doigts des pieds de cette Salamandre, sont longs, déliés, revêtus d'assez grandes écailles bleuâtres. L'on nous a raporté que ces Animaux se trouvant disperses jettent un cri que leurs pareils repetent en maniere d'Echo, & que ce cri est le signal qu'ils ont pour se rassembler.

N°. 4. *Autre Salamandre d'Amboine, portant sur la tête comme un bouclier.*

Elle a la tête plus petite que la Salamandre précedente, & armée d'un plus petit bouclier. Son col est gros & rond. Ses oreilles sont comme celles des Lézards avec qui elle paroit avoir quelque raport; mais néanmoins elle a la tête & la langue de la Salamandre. On range aussi parmi les Salamandres ces deux Animaux que produit l'Isle d'Amboine, car ils s'appellent par leur cri, ce que ne font point les Lézards. Celle-ci est revêtue de petites écailles, minces, roussâtres, ombrées de blanc. Son dos depuis la tête jusqu'à sa longue queuë, est hérissé de dents faites en façon de scie. Ses cuisses, ses jambes, & les doigts de ses pieds, sont grêles, & longs, de même que dans les Lézards.

N°. 5. *Salamandre d'Amerique à queuë fourchue; Espece bâtarde de Lézard.*

Son dos est taché de noir & de jaune foncé, qui s'éclaircissent un peu davantage sur les côtés. Son corps est couvert de grandes écailles disposées avec simetrie, & formées par anneaux, qui regnent pareillement sur sa queuë fourchue. Les écailles du front sont plus grandes, & d'un jaune-pâle; celles des pattes & du col sont plus petites.

N°. 6. *Crapaud d'Amerique nommé* Tapayaxin, *hérissé de pointes sur le corps. Ou Salamandre de figure ronde.*

Cet Animal a la tête approchante de la Salamandre, la langue épaisse & petite, & la gueule finissant en pointe. Son corps est rond, large, bouffi, d'un gris-clair cendré, ombré de taches brunes. Les écailles sont très-minces. Le dessus de son corps & son dos principalement est hérissé de piquans jusqu'au commencent de sa queuë pointue au bout. Il a les pattes & les doigts des pieds comme les Lézards.

N°. 7. *Petit Serpent d'Amerique, gris-brun, parsemé de taches blanches.*

Il est d'une couleur qui ne plait pas beaucoup à la veuë: ses écailles sont blanchâtres sur le ventre.

N°. 8. *Petit Serpent d'Afrique, barré sur le dos de rayes noires & blanches.*

TABULA CENTESIMA ET DECIMA.

Num. 1. *Serpens tæniolis & catenulis ornata.*

Ad latus utrumque ventris tæniolæ decurrunt nigræ, catenarum in modum elaboratæ. A capite ad caudam usque, per ſpinam dorſi, lemniſcus protenditur ſaturatè rubicundus; quem inter & catenatam tæniam dilutè cæruleus regnat color. Squamæ ventrales, dilutè flavæ, binis ſingulæ punctis rubris, tanquam ocellis, notantur. Caput partim dilutè cæruleſcit, partim rubet.

Num. 2. *Serpens, Americana, eleganter marmoris in modum verſicolor.*

Squamulæ minutæ, ſaturatè luteæ, ſpadiceis quaſi flammis variegantur. Ventris ſquamas ſimilis ex fuſco & albo variegatio ornat. Caput minutis tegitur ſquamulis, ſaturatè luteis. Cauda acutiſſimè terminatur.

Num. 3. *Serpens ex Guineâ, Leucophaea, ex fuſco maculata per ſupernam corporis faciem.*

Squamæ ventrales prorſus albicant. Capitis & fuſcus, & Leucophæus, color dilutior eſt, quam dorſi.

Num. 4. *Lacertus, Americanus, ſingularis; mas.*

Pictura elegantiſſima totum ejus corpus inveſtit. Squamulæ tenues, ſaturatè virides, punctis oblongis & rotundis, nigricantibus, aliisque ocellis quaſi albicantibus interſperſis, ordine concinno per ſeries digeſtis, à capite ad caudam usque, quin & ipſis in femoribus & pedibus, denſiſſimè obſeruntur. Cauda ſingularis, longiſſima, & tenuiſſimè terminata, annulis circulata, maculis ſaltem nigris ornatur.

Num. 5. *Lacerta, Americana, ſingularis; fœmella prioris.*

Magnitudine, habitu, colore, cum priore convenit, excepto, quod inter puncta corporis ſupini nigricantia haud conſpiciantur albicantes illi ocelli; ſed contra venter nigris & albis maculis variegetur. Femora pedesque nigris maculis circularibus, Tigrino more, diſtinguuntur. Cauda habitior, longa, pariter annulata, maculis oblongis, nigricantibus, ad finem usque gaudet.

Num. 6. *Avis* Gonambucho, *Americana.*

Hæc Avium ſpecies Surinami frequentiſſima, Alaudæ noſtratis magnitudine & habitu, Philomelæ inſtar, ſuaviſſimè canit. Plumæ dilutè griſeæ ſunt. Pennæ remiges, introrſum albæ, extus griſeæ, rubri quid intermiſti exhibent. Alarum ſuperiora, pectus, & caudæ facies ſuperna, pennis quoque pro parte rubellis

PLANCHE CENT ET DIXIEME.

N°. 1. *Serpent orné de bandelettes faites en chaînons.*

De chaque côté du ventre de ce Serpent s'étendent deux bandelettes, noires, formées en façon de chaînes. Sur l'épine du dos depuis la tête jusqu'à la queuë décourt une bande d'un rouge foncé. L'espace qui eſt entre cette bande & celle qui eſt faite en chaîne, eſt d'un bleu-mourant. Les écailles du ventre ſont d'un jaune-pâle. Chacune de ſes écailles eſt marquetée de deux points rouges, qui imitent de petits yeux. Sa tête eſt en partie rouge, en partie tirant ſur un bleu-clair.

N°. 2. *Serpent d'Amerique, marbré fort joliment de diverſes couleurs.*

Il eſt couvert de petites écailles, minces, d'un jaune foncé, varié de taches bai-brunes, qui décourent en maniere de flammes. Les écailles du ventre ſont ornées d'un pareil mêlange de blanc & de brun. Sa tête eſt garnie de petites écailles, menuës, d'un jaune-foncé. La queuë ſe termine en pointe très-aiguë.

N°. 3. *Serpent de Guinée, de couleur rouſſâtre, tacheté de brun ſur tout le deſſus du corps.*

Ses écailles du ventre tirent entierement ſur le blanc. Sa tête eſt d'un brun-rouſſâtre plus clair que ſur le dos.

N°. 4. *Lézard d'Amerique, Mâle, ſingulier.*

Tout ſon corps eſt magnifiquement tacheté. Ses minces & petites écailles d'un verd de mer, ſont toutes mouchetées, avec ſimetrie & par rang, de taches noirâtres, rondes, & oblongues, entremêlées comme d'yeux blanchâtres, régulierement diſpoſés. Cette moucheture regne depuis la tête jusqu'à la queuë, comme auſſi ſur les cuiſſes & ſur les pattes. Sa queuë eſt fort grande, recourbée d'une maniere ſinguliere, cerclée d'anneaux, parſemée de points noirs, & ſe termine en une pointe aiguë, longue, & menue.

N°. 5. *Lézard d'Amerique, ſingulier, Femelle du précedent.*

Il eſt tout ſemblable au précedent pour la grandeur, la figure, & le tacheté, excepté que parmi les taches noirâtres ſemées ſur le deſſus de ſon corps, il ne regne point d'yeux blanchâtres, comme ſur le corps du Lézard précedent. Mais ſon ventre au contraire eſt moucheté de taches noires & blanches. Ses pattes & ſes pieds ſont tavelés de taches noires, & rondes. Sa queuë eſt plus groſſe que celle du Mâle; elle eſt longue, cerclée d'anneaux, & marquetée d'un bout à l'autre de taches oblongues, placées en travers.

N°. 6. *Oiſeau d'Amerique qu'on apelle* Gonambucho.

Cette Eſpece d'Oiſeau, très-commune à Surinam, a la groſſeur & la figure de l'Alouette de nos païs. Il chante auſſi mélodieuſement que le Roſſignol. Ses petites plumes ſont d'un gris-clair. Les maitreſſes plumes de ſes ailes ſont blanches par deſſous, & griſes par deſſus avec quelque mêlange de rouge. Ses ailes, ſa poitrine, & le deſſus de ſa queuë ſont couverts de plumes dont une






TAB. CX.
Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 1.
Fig. 4.
Fig. 5.






TAB. CXI.
Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
A

rubellis gaudent. Caput totum griseum rostro parvo, acuminato, pollet. Incolæ referunt, Aves hascce multum amare Triticum Turcicum, seu Mieli, cujus summis apicibus insident.

Num. 7. *Avis* Tuite, *Americana*, *variegata.*

Ex oris Hispanorum Americanis translata nobis hæcce Avicula elegantissimè picta est. Pennæ præsertim remiges, & cauda expansa, è rubro, flavo, cæruleo, & albo, marmoris instar, variegatæ, albo limbo fimbriantur. Caput diluto rubori purpuram miscet. Thorax, dilutè luteus, saturatâ flavedine obumbratur. Rostrum acuminatum, concinnum, flavet. Oculi præ claritate coruscant. Pedes gratè rubent. Nomen à sono, quem edit, sortita est.

TABULA CENTESIMA ET UNDECIMA.

Num. 1. *Fœtus Elephantis Africani ineditus.*

Animus erat, primam hancce THESAURI nostri partem prægressâ Tabulâ CX^ma^ finire; at, quum intereà temporis rarum hocce inediti Elephantis nobis obvenerit spectaculum, id equidem dignissimum videbatur, quod inter Animantia quadrupeda æri incisum huc referretur, brevi adnexâ ejus descriptione. Id verò efficiendi veniam nobis clementer dederê Nobilissimi Societatis Indiarum Occidentalium Moderatores, quorum in manibus hunc usque in diem est fœtus iste, capaci phialæ, spiritu repletæ, ad putredinem ejus arcendam, inditus, repositusque in conclavi rationum, quod habetur in ædibus ad fossam, *Cingel* dictam, intrà hanc urbem exstructis, ab hâc Societate nomen sortitis. Nos ibi loci illum, habitu, & magnitudine, nativis, delineari ita, uti è matris utero exsectus in phialâ asservatur, curavimus, & hac nunc in Tabellâ repræsentamus. Videtur certè nondum dimidium gestationis tempus in utero absolvisse; licet omnibus tamen suis membris, uti decet, instructus iam sit.

Priscorum Authorum nonnulli referunt, pullos Elephantinos mox à partu Porco adulto, saginato, magnitudine æquales esse; alii verò vitulo anniculo, pingui: at fœtus hicce utroque multò minor est. Neque adeò exactè notum hactenus est tempus gestationis Elephantum: dum aliqui Scriptores, uti Plinius, illud sesquianno; alii, uti Aristoteles, duobus annis absolvi, dicunt; Strabo sedecim duntaxat menses statuit; alii rursum alios figunt terminos, hic prolixè haud enumerandos. Idem verò Strabo & asserit, Fœmellam Elephantinam ante duodecimum, aut & decimum quintum ætatis suæ annum, haud se sociare; neque marem coire, nisi ubi decimum octavum, aut vicesimum annum attigerit. Quæ res utrum vera sit, haud adeò certò sciri potest; siquidem feræ hæ bestiæ, illo præcipuè sub æstu, nullos cominus homines perferant.

Historiæ Elephantum haud immorabimur diutius, utpote quam alii ante nos dedere satis amplam. Quantum ad huncce fœtum ineditum; pellis ejus glabra prorsus est, omnique pilo nuda. Caput grande, & rude est, pro corporis totius formâ, longâ donatum proboscide, rugosâ, anterius perforatâ, quâ aquam pro potu hauriunt animantia hæc, & cibum ori ingerunt. Proboscidis hujus extremum anterius latum est, crassoque limbo fimbriatum, cujus ope contrectare omnia, & firmiter tenere queunt, ut

une partie tire sur le rouge-pâle. Toute sa tête est de couleur grise; son bec est court & pointu. Les habitans de Surinam disent que ces sortes d'Oiseaux aiment beaucoup le blé de Turquie, ou le Mieli, & qu'ils se perchent sur les sommités de cette Plante.

N°. 7. *Oiseau d'Amérique, nommé* Tuite, *superbe par le mélange de ses couleurs.*

On nous a envoyé de l'Amerique Espagnole ce petit Oiseau, charmant par la beauté de son plumage. Les grosses plumes de ses ailes, de même que sa queue déployée, sont peintes & comme marbrées de rouge, de jaune, de bleu, & de blanc, avec une bordure blanche. Sa tête est ornée d'un mélange de pourpre & de couleur de rose. Sa poitrine est d'un jaune-pâle ombré d'un jaune foncé. Son bec est jaune, pointu, bien taillé. Ses pieds d'un beau rouge. Ses yeux brillans, pleins de feu. C'est du son que forme cet Oiseau, qu'on lui a donné le nom de *Tuite*.

PLANCHE CENT ET ONZIEME.

N°. 1. *Fœtus d'un Eléphant d'Afrique, qu'on a tiré du ventre de la Mere.*

Nous avions dessein de finir à la Planche CX qui précede, la description de cette premiere partie de notre Cabinet. Mais comme depuis nous avons eu occasion de voir ce rare exemple d'un Fœtus d'Eléphant, il nous a paru très-digne de la curiosité du Public, d'en donner une courte description, & d'en faire graver ici la figure parmi les Quadrupedes: ce que Messieurs les Directeurs de la Compagnie des Indes Occidentales, entre les mains desquels est présentement ce Fœtus, nous ont permis fort obligeamment. Il est placé dans un grand vase de verre, rempli de quelque Esprit distillé, propre à en empêcher la corruption. Ces Messieurs le tiennent ainsi conservé dans la Maison qui leur apartient à Amsterdam, & qui est connue sous le nom de Maison de la Compagnie des Indes Occidentales. Là nous en avons fait tirer d'après l'original la représentation en grandeur & en figure naturelle, telle que ce Fœtus ôté du ventre de la Mere, paroit avoir dans le grand vase où on le conserve. C'est cette représentation que nous donnons dans cette Planche. Quoique ce Fœtus ait déja tous ses membres bien formés, il ne semble pourtant pas être parvenu à la moitié du terme ordinaire que la Mere le porte.

D'anciens Auteurs ont écrit, que les Petits d'Eléphant sont d'abord en naissant de la grosseur d'un Pourceau engraissé, & d'autres veulent qu'ils ayent alors la grosseur d'un Veau gras d'un an. Mais ce Fœtus-ci est de beaucoup plus petit qu'aucun de ces deux Animaux. Nous ne savons pas jusqu'à présent avec exactitude combien de tems porte la Femelle de l'Eléphant. Quelques Ecrivains comme Pline disent six mois, d'autres comme Aristote deux ans, Strabon compte dix-huit mois, d'autres enfin établissent encore des termes differens qu'il n'est pas nécessaire de raporter ici. Le même Strabon assure que la Femelle de l'Eléphant ne souffre point l'aproche du Mâle avant l'age de douze ni de quinze ans, mais seulement dans sa dix-huitieme ou vintieme année. Il n'est pas néanmoins facile de savoir la vérité de ce fait, puisque ces Animaux quand ils sont en chaleur ne s'acouplent qu'en secret, & jamais en présence de l'homme.

Nous ne nous arrêterons pas davantage à détailler ce qui regarde l'Histoire générale des Eléphans, puisque d'autres l'ont déja fait amplement avant nous. Je reviens donc à la description de ce Fœtus qu'on a tiré du ventre de sa Mere. Toute sa peau est nue & entierement dénuée de poils. Sa tête est informe, & grande à proportion du reste du corps. Sa trompe est longue, ridée, & percée à l'extrêmité anterieure d'un trou par lequel l'Animal porte dans la bouche le liquide & le solide qu'on lui offre. L'extrêmité anterieure de la trompe est large, entourée d'un

ut suis Homo manibus. Neque tamen binis illa foraminibus, uti icones plurimæ repræsentant, sed uno duntaxat pervia est: & certè apertura duplex impedimento foret rerum contrectationi & ingestioni in os. Dedit Conditor sapientissimus hisce Animalibus instrumentum singulare, quo suum capere alimentum possent; siquidem maximi, gravissimique ipsorum dentes obstent, quo minus ore illa suo de terrâ cibum queant sumere. Animalculum hocce insignes iamdum rigidasque fert aures, in adultioribus quidem ob enorme pondus deorsum pendulas. Linguæ pars quædam ipsi ex ore prominet, signo, quod illa satis longa sit hisce Animantibus, nec adeò profundè in faucibus hæreat, uti cum Jonsthono alii perperam dixerê. Maxilla inferior parva est, paucâque carne, uti in Porcis, obducta. In oris parte supernâ rotundum patet foramen, per quod dentes maximi superiores sese penetrant, excrescentes tunc, quando sugere desinit pullus. Bina Elephantes ubera habent, papillis instructa, Equinis similia: neque tamen nisi unum saltem pro vice fœtum simul in utero gestant, qui exclusus ubera matris per bienne spatium sugit, dein verò ob excrescentes binos dentes superiores ab hoc negotio impeditur. En iterum heic evidentissimum Providentiæ summi Creatoris documentum!

Truncus corporis hujusce fœtûs, & femora, pedesque, grossa sunt & rudia. Pedes bini antici quinis digitis, brevibus, inæqualibus, postici verò quaternis tantum terminantur, obtusique quodammodo subtus crassissimo callo, cui inter currendum innituntur, instructi sunt. Cauda longa in acumen tenue convergit, instar caudæ excoriatæ Agnorum. Senioribus grossi, fibrosique, & tenaces admodum, pili è caudæ extremo prodeunt; cujusmodi caudas aliquot nostro in musco asservamus.

Ita Dei Mirabilia in usum Hominis ubique elucescunt. Considera saltem, quanti ex dentibus Elephantinis in Hominem fructus redundent! Dum milleni artifices concinnâ eorum præparatione, in ornatum & delectationem aliorum, panem lucrantur. Omnes certe Creaturæ, magnæ, parvæ, cicures, indomitæ, terrestres, & aquaticæ, Hominis destinatæ sunt usui & dominio.

Num. 2. *Abortus fœmininus Æthiopis, ex Curassoâ.*

Semestris ille est, & liquore conditus, nobis ab Amico ex Curassoâ transmissus eâ, quâ hic visui exponitur, formâ. Perfecti infantis membris gaudet omnibus. Æthiopum Americanorum liberis latus plerumque, planus, & intropressus est nasus, naribus amplis patulus; caput globosum, ipsoque iam in utero pilis brevibus, nigris, lanuginosum; supercilia pariter pilo ruffulo iam tunc instructa sunt, & sat prominula. Cæterum recens editorum tota superficies nigricat, exceptis facie, manibus, genubus, & pedibus, quæ tum adhuc albicantia paulò post nigra evadunt. Variis animantibus exoticis & rarioribus exhibendis dum operam damus, de Homine equidem simul agere animum non induximus; at abortum saltem huncce Æthiopis, quum omnibus numeris absolutus sit, prægresso Elephanti inedito subjungere Analogiæ gratiâ voluimus, ulteriorem interim ejus descriptionem non daturi: de Æthiopum enim œconomiâ, propagatione, partu, &c. satis actum est ab Itineratoribus.

Num. 3. En binos hic Agnellos, primo in principio incrementi constitutos, à lanione nobis, tanquam rari quid, oblatos, quos ideò & asservamus! Matrice dissectâ fœtus hosce binos membranaceæ cuidam

d'un bord épais & musculeux, au moyen duquel l'Eléphant prend tout ce qui lui est présenté & le retient fermement, comme l'homme peut le faire avec ses mains. Il faut remarquer que sa trompe n'est point percée au bout de deux trous, comme la plupart des figures la dépeignent, mais d'un seul; & certes une double ouverture deviendroit un obstacle à cet Animal pour manier & porter à la bouche ce qu'on lui présente à avaler. Le sage Créateur a donné à ces Animaux cette partie singuliere pour prendre leur nourriture, autrement leurs grosses dents les empêcheroient de pouvoir arracher de terre avec leur bouche de quoi se nourrir. Ce Fœtus-ci porte déja de grandes & roides oreilles, qui dans les Eléphans plus âgés sont pendantes en bas par leur grand poids. Une portion de la langue sort hors de sa bouche, preuve que ces Animaux ont la langue assez longue, & qu'elle n'est pas attachée si profondément à leur palais, que Jonston & d'autres l'ont écrit erronément. Sa mâchoire inferieure est petite, & peu charnue comme celle des Pourceaux. La partie superieure de sa bouche est percée d'un trou rond, par lequel poussent les grosses dents superieures qui croissent quand le Petit finit d'être alaité. La Femelle de l'Eléphant a deux mammelles, semblables à celles des Cavales, & garnies de mammelons. Elle ne porte néanmoins qu'un Petit à la fois, & quand elle l'a mis bas, ce Petit tete pendant deux ans, au bout desquels ses deux dents superieures qui commencent à pousser, l'empêchent de teter davantage. Nouvel exemple bien palpable de la Providence du Créateur!

Le tronc du corps de ce Fœtus, ses cuisses, & ses pieds obtus, sont gros & mal-faits. Ses pieds de devant se fendent en cinq doigts courts & inégaux, ceux de derriere en quatre; ils sont tous munis par dessous d'un calus très-épais, sur lequel cet Animal s'apuye en marchant. Sa queuë est grande, finissant en pointe à la maniere d'une queuë écorchée d'Agneau. Dans les vieux Eléphans elle est garnie à l'extrêmité de gros poils, fibreux, & fort tenaces. Nous conservons dans notre Cabinet quelques-unes de ces sortes de queuës.

C'est ainsi que les merveilles de Dieu brillent en toutes choses! Qu'on considere seulement combien d'usages l'homme retire des dents d'Eléphant! Des milliers d'Ouvriers gagnent leur vie à en faire des ouvrages diversifiés pour l'ornement & le plaisir des autres hommes. Toutes les bêtes grandes & petites, domestiques & féroces, terrestres & aquatiques, sont sous l'empire de l'homme & créées pour son utilité.

N°. 2. *Fœtus Femelle d'une Negresse de Curaçao, rendu par une fausse couche.*

Ce Fœtus qui est de six mois, nous a été envoyé de Curaçao par un Ami, conservé dans une liqueur, & sous la figure que nous l'exposons ici. Il a tous les membres d'un Enfant entierement formé. Le nez des jeunes Maures d'Amerique, est d'ordinaire large, plat, & comprimé, leurs narines fort ouvertes, leur tête ronde, & couverte dans l'uterus de petits poils noirs. Leurs sourcils assez gros, sont aussi garnis de poils roussâtres. Tout leur corps quand ils naissent est noir, à l'exception du visage, des mains, & des pieds, qui quoiqu'alors blanchâtres, deviennent bien-tôt noirs. Puisque notre Ouvrage est uniquement destiné à la description des Animaux rares, & Etrangers, nous n'avions pas dessein de parler ici de l'Homme; mais nous avons cru pouvoir joindre à la figure du Fœtus d'Eléphant qui précede, celle de ce Fœtus d'une Negresse, en faveur de l'Analogie. D'ailleurs nous n'entrerons point dans une plus grande discussion. Tous les Voyageurs ont traité au long ce qui concerne l'économie des Maures, leur propagation, leur acouchement &c.

N°. 3. Voici deux petits Agneaux qui sont dans les premiers commencemens de leur acroissement. Un Boucher nous les ayant présentés comme quelque chose de rare, nous les conservons par cette raison. La matrice de la Brebis qui les portoit, ayant été ouverte,

cuidam vesiculæ, liquore pellucido repletæ, inclusos deprehendimus: liquorem vocant crystallinum rudimenti fœtus succum, de quo D. *Ruyschius* quondam egit accuratissimè. Placentæ funes umbilicales, Animalculorum umbilicis infixi, debitum huc adferunt nutrimentum. Placenta ovi Anserini æquabat magnitudinem, & à nobis inversa, quò interna conspici queat ejus substantia, ostendit glandulas plurimas, sui generis, admodum spongiosas, suis alligatas tunicis. Lanio, cui donum hocce debemus, referebat nobis, fœtus hosce nonnisi sex hebdomadum esse, matremque in ovili fuisse imprægnatam. Asservamus eos, spiritu conditos, in phialâ, ex funiculis suis umbilicalibus pendentes, partibus omnibus membrisque secundum naturam dispositis instructos, sic, ut vel costulæ etiam, nervi, & vasa sanguinea in ipsis clarè queant conspici.

Num. 4. *Porcellus Americanus, nondum natus.*

Caudâ caret: cæterum & formam, & membra reliqua prorsus, uti indigeni nostri porci, gerit. Adeo vero per totum orbem nota est Porcorum familia, ut prolixiore non egeat descriptione.

Num. 5. Ruffulum hîc Murem exhibeo, ex Americâ mihi missum, captum, dissectumque, antequam catulos suos excluserat: suis hi membranis adhuc inclusi, una cum intestinis, ex abdomine propendent. Catulorum singuli peculiari inhærent tunicæ, &, uti ova serpentum, inter se colligati sunt. Quin & pro quolibet eorum papilla è ventre matris, utrinque quadrigemina, extuberat, ut editis in lucem præsto sit pabulum necessarium. Murium hæc species curto crassoque gaudet capite, grandibus, latéque patulis auriculis. Cætera cum nostratibus conveniunt.

Num. 6. *Mus Americanus, masculus, pilis dilutè spadiceis vestitus.*

Bestiola hæc, in muscipulam subrepens, filo, quod plumbeam introitûs valvam sustentabat, adeso, hanc delabi faciens, se ipsam sic inclusit: inclusa dein rursus se expedire tentans, plumbo denticulis suis perroso, incauta caput per foramen emisit, antequam hoc adeo amplum erat, ut & corporis truncum transmitteret; ita, dum nec capitulum è foramine retrahi poterat, strangulata tandem interiit, nobisque, uti hîc æri incisa sistitur, transmissa est. Sic bruta æque, ac Hominum nonnulli, præ metu in perversas vetitasque vias abrepta, propriâ demum imprudentiâ sese illaqueant, & miserè vitam perdunt.

Fig. 1. Lit. A. Elephantis nondum nati abscissum sistit umbilicalem funiculum.
—— 2. Lit. BB. Funiculi umbilicales sunt binorum agnellorum, nondum editorum, abdomine non nisi expansione quadam membranaceâ hucusque vestito.
Lit. CC. Secundinarum superficiei internæ tunicas exhibent.
Lit. DD. Glandulæ sunt, quibus tunicæ adhærent.
—— 3. Lit. E. Umbilicus & fœtus Æthiopis.
Lit. F. Ejus Vulva.
—— 4. Lit. G. Funiculus Umbilicalis Porcelli nondum nati, curtè rescissus.
—— 5. Lit. HH. Inediti sunt mures, secundinarum adhuc in membranis hærentes.

Lit. I.

ouverte, nous les y avons trouvé renfermés dans une vesicule membraneuse pleine d'une liqueur transparente. Ils nomment cette liqueur pellucide, la substance des premiers rudimens du fœtus. Feu M. *Ruysch* en a traité avec une grande exactitude. Les cordons ombilicaux du placenta attachés à l'ombilic de ces petits Animaux, leur fournissent la nourriture dont ils ont besoin. Ce placenta étoit de la grosseur d'un œuf d'Oye. Nous l'avons retourné en dehors pour montrer sa structure interne, toute parsemée de glandes, très-spongieuses, & adhérentes à leurs membranes. Le Boucher qui nous a fait ce présent, disoit que ces fœtus n'étoient que de six semaines, leur mere ayant été couverte dans la bergerie. Nous les tenons dans une phiole pleine de liqueur où ils pendent à leurs cordons ombilicaux, ayant tous leurs membres dans l'état naturel, de sorte qu'on peut voir clairement leurs petites côtes, leurs nerfs, & leurs vaisseaux sanguins.

N°. 4. *Petit Cochon d'Amerique, que la Truye n'avoit pas encore mis bas.*

Il n'a point de queuë, mais du reste il a absolument la figure & tous ses membres faits de même que les Cochons de nos Païs. Cet Animal est si connu de toute la terre, qu'il seroit superflu d'en donner la description.

N°. 5. Je représente ici un Rat Femelle, de couleur roussâtre, qu'on m'a envoyé d'Amerique, & qu'on a dissequé avant qu'elle eût mis bas ses Petits, qui étant contenus dans leurs membranes, pendent hors du bas-ventre avec leurs intestins. Chaque Petit adhére à sa tunique propre, & ils sont attachés ensemble comme les œufs de Serpent. La Mere porte sous le ventre, entre les pieds de derriere, un mammelon pour chacun de ses Petits, afin qu'ils trouvent d'abord en naissant leur nourriture nécessaire. Cette Espece de Rat a la tête grosse & ramassée, les oreilles grandes & larges, & ressemble du reste aux Rats de ces Païs.

N°. 6. *Rat d'Amerique, Mâle, d'un poil bai-rouge clair.*

Cette petite Bête s'étant glissée dans la souriciere, & ayant rongé le fil qui soutenoit la trape faite de plomb, elle demeura prise dans le piege; tâchant cependant de se sauver en rongeant le plomb, elle sortit imprudemment la tête par le trou qu'elle fit, avant que ce trou fût assez grand pour y pouvoir passer le reste du corps, de sorte que ne pouvant plus retirer sa tête du trou, elle mourut étranglée dans la posture qu'on voit ici.

Fig. 1. Lettr. A. Le Cordon ombilical coupé du Fœtus d'Elephant.
—— 2. Lettr. BB. Les Cordons ombilicaux des deux Fœtus d'Agneaux, dont le bas-ventre n'est encore couvert que d'une membrane étenduë par dessus.
Lettr. CC. Les membranes de la surface interne de l'arriere-faix.
Lettr. DD. Les glandes auxquelles ces membranes sont adhérentes.
—— 3. Lettr. E. L'ombilic du Fœtus de la Negresse.
Lettr. F. La vulve de ce Fœtus.
—— 4. Lettr. G. Le Cordon ombilical du Petit de ce Cochon, coupé près.
—— 5. Lettr. HH. Rats qui sont encore renfermés dans les membranes de l'arriere-faix.

Lettr. I.

Fig. 5. Lit. I. Catulus Mus, iam iam exclusus, suo cum funiculo umbilicali membranaceo.
Lit. KK. Intestina.
Lit. LL. Glabrum internæ superficiei tegumentum.
—— 6. Lit. M. Plumbum muscipulæ peresum, quo mus supra memoratus periit.

Creata omnia à Sapientissimo & Omnipotente Deo eum in finem comparata sunt, ut Honorem Ipsius & Gloriam ubique amplificarent, & ut Homini tanquam totidem objicerent specula, in quibus magnificentia & immensitas Operum Dei repræsentatur. Quin & serviunt Homini, cujus in bonum cuncta sunt creata, excitando, ut sanctissimum Dei Nomen profundissimâ cum veneratione propterea deprædicet, & supremo Conditori pro infinitâ bonitate, Amore ineffabili, & immensis beneficiis, Humanum in genus collatis, humillimas agat gratias.

Hic primæ Partis Thesauri nostri esto

F I N I S.

Fig. 5. Lettr. I. Petit Rat qui vient d'être mis bas, représenté avec son Cordon ombilical.
Lettr. KK. Ses intestins.
Lettr. LL. Leur surface interieure.
—— 6. Lettr. M. La trape rongée de la souriciere, par laquelle le Rat du N°. 6. s'est étranglé.

Concluons, que toutes choses ont été créées par l'Etre suprême pour servir à sa gloire, & afin que l'homme voyant comme dans un miroir, quelle est la magnificence & l'immensité des Ouvrages de Dieu, il se porte d'autant plus à l'aimer, à le louer, & à l'adorer.

C'est par où je finis la Description de la premiere Partie de mon Cabinet.

FIN DU PREMIER TOME.



